BELLUM HUSSITICUM,

quo

M. JOHANNIS HUSSII VITA, DOCTRINAQUE ET MORS COMPREHENDITUR, UTQUE BOHEMI,

inprimis vero Ioannes Zisca & Procopius Rasus vindicationem ipsius susceperint, luculenter exponitur.

OMNIA E GRAVIBUS SCRIPTORIBUS, VETERIBUS

monimentis atque mmss. magno studio congesta, inque Germanorum gratiam, quæ necessariæ notitiæ sufficiant, ipsorum lingua in lucem edita

à

M. ZACHARIA THEOBALDO JUNIORE:

Nunc autem certis de causis Latino sermone reddita.



FRANCOFURTI,

In Officina Danielis & Davidis Aubriorum & Clementis Schleichii.

ANNO M. DC. XXI.

ILLUSTRI ET GENEROSO COMITI IACOBO

Haye, Vice-Comiti Doncastriæ, & Sereniss. IACOBO I. Angliæ, Scotiæ, Franciæ & Hyberniæ Regi à consiliis sanctioribus, atq; ad S. Rom. Imp. Vicarios Legato, Domino meo cl.

S. P. D.

GRATITUDINEM, illustris & generose Comes, Domine atq; fautor mi, non modo ipsam virtutem esse; sed etiam matrem virtutum omnium reliquarum, Cicero dixit. Venustissima vero vox, nec homine tantum, in quo nimirum aliqua virtutis scintilla emicat; sed & tanto viro, quamvis ethnico, nō solum innocentem, abs quo exul exceptus fuerat, periculo capitis immersum pie eripere: sed & omnem populum suo exemplo ad mutuam pietatem accendere cupiente dignissima. Quid ergo Christianos dicam?

Cum igitur I. & G. C. T. nuperrime Francofurtum transiens beneficio in me collato me sibi devinxerit; pro eoq; gratum animum nullo alio modo, quam hoc ostendere valeā: hanc qualemcunque huius autoris interpretationem I. & G. C. T. summisse dedicare volui, hac addita petitione, ut nimirum ea illam

clementer excipere, attente perlegere, codicemq; aliquo, quisquis is sit, loco benigne reponere dignetur. Res enim tales tantæque sunt, quales quãtasq; ipse autor in operis vestibulo, nimirũ c. 1. part. 5. describit. E variis monasteriis atq; bibliothecis, magno nec satis laudando studio, nec exiguis, procul dubio sumptibus, varia illa scripta noster hic autor sibi cõparavit, quorum quidem beneficio nõ parum adiutus historiam istam feliciter nobis edidit.

Etsi vero, mihi dubium omnino nullum est, quin ipse autor, nisi forte vel fata ipsum rebus humanis exemissent, vel, si etiamnum superest, alia negocia abstraxissent, opus hocce suum multo splendidiore toga Romana amicire potuisset: quia tamen hoc tempore certis de causis interpretatione illa nobis opus fuit: typographo petenti eam denegare nec debui, nec volui. Sicubi autem hallucinatus sum, nævos illos I. & G. C. T. mihi benigne condonet summisse oro, illud poetæ perpendens:

ἥμισυ γὰρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρυόπα Ζεὺς
ἀνέρος, εὖτ' ἂν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσιν.

Quodsi ab I. & G. C. T. impetravero, vehementer lætabor. Interea Deum opt. max. pro eo ac debeo humiliter pro tua totiusque regni vestri salute precabor. Bene vale illustris & generose Domine Comes, mihique favere perge. Dabam Neo Hanoviæ anno æræ Christianæ M. DC. XXI. Cal. Martii.

I. & G. C. T.

humiliter colens

Iacobus Pontanus Heidelbergensis.

ILLUSTRI ET GENEROSO COMITI, AC DOMINO, DOMINO IOACHIMO-ANDREÆ SCHLICK, Comiti Calesii & Albecclesiæ, Domino in Zuihana & Turnovia &c. Domino meo clementissimo.

SEXTVS iam annus agitur, Comes generosissime, Domine clementissime, ex quo in celeberrima Academia Wittebergensi, e libellis quibusdam tomisque M. Ioannis Hussii, martyris Bohemici, (præter Latina quædam scripta) singulari historiarum amore perlectis, quam iniquè contraq; fidem Christianam hic vir, cum Hieronymo Pragensi, à Concilio Constantiensi exustus fuerit, perspecto, quantum equidem in historiis invenire valui, conscribere, Hageciq; & Dubravii atque Lupacii, nec non aliorum historicorum scripta perlustrare cœpi. Postmodum autem cum quibusdam equestris ordinis adolescentibus, quibus lingua addiscenda erat; in Bohemicas urbes missus, studiose inquisivi, multaque gravia mmss. Bohemica, quæ non pauca Tustæ in Bibliotheca M. Procopii Lupacii reperi, in Germanicam linguam convertertenda curavi: imo ne quicquam prætermitterem, ipse nobilissimas Bohemiæ urbes peragravi, ecclesiastarum, ludimagistrorum & archigrammateorum familiaritatem captavi, ita ut non levia mihi compararem, atq; ita postmodum omnia & singula, quæ à quovis tempore ad tempus, de die in diem actionibus, rebus gestis, scriptis, querelis, sententiis latis earumque executionibus & impeditionibus acciderint, inprimis autem ut Bohemi à Concilio Constantiensi servato agendi modo lataque sententiæ non solùm ut iniqua, celebreque hoc Bohemorum regnum dedecoranti, eique gravissimas contumelias intorquenti, sed etiam à fide Christiana alienæ restiterint, vique, ceu sententiam impie & iniuste latam repulerint, ita etiam, ut de exortis turbis quibuscunque possent modis sedandis in Concilio Basileensi adversariis omnino cogitandum atque deliberandum fuerit. Multorum igitur magnorum virorum precibus evictus hoc scriptum meum Germanica lingua publici iuris facere volens, idq; de præclaro veterum more præstanti cuidam viro inscribendum videns, illustrem C.T. præ cunctis aliis eligere volui & debui: siquidem ipsius ergo sacrosanctam euangelii doctrinam animus toti iam orbi innotuit. Quē eundem illustris C.T. superioris anni rebus gestis inter alia ab Imperatore Rom. Domino nostro clementissimo, piæque pacis amantissimo studiosissimoq; liberum Augustanæ confessionis exercitium Bohemicorum ordinum nomine supplex petens, luculenter ostendit. Vnde iam omnes divini verbi & doctores & auditores, quotquot in hoc Bohemiæ regno sunt, pleno ore exclamant, dicentes,

semper honos nomenque tuum laudesque manebunt,

Digitized by Google

ſeque erga illuſtrem C.T. ob præclarum hoc negocium, quod ea non ſine gravi periculo ſuſceperat, non votis tantum precibusque, ſed & ſcriptis nonnulli ſeſe gratos exhibere ſtudent: quorum numerum equidem hoc meo labore claudere volo. Tum vero non tantum ob admirandum ſancti euangelii curſum; ſed & ideo, quia in eo primi Domini Comitis CASPARI SCHLICK, abs quo cæteri Chriſtiani Comites SCHLICKII, quibus doctrina S. euangelij ſummæ ſemper curæ fuit, deſcendunt, mentio fit, gratum futurum plane confido. Quæ cum ita ſint, & ego illuſtri C.T. merito id opus dedicarim, in eoq; eius originis mentio fiat: id ipſi placiturum gratumque futurum ſpero, meque deinceps ipſorum patrocinio ſubmiſſe commendo, id quod precibus, quibus Deum opt. max. pro I.C.T. omniumque ipſius cognatorum atq; affinium ſalute ſuppliciter & ardenter orabo, quantum in me erit, compenſare ſtudebo, quos omnipotenti ipſius tutelæ commendo. Dābam Witebergæ. 6. Cal. Maii, anni &c. 1609.

Illuſtris C.T.

ſervus

M. Zacharias Theobaldus &c.

Nomina autorum, quibus autor in hoc suo scripto historico usus est:

Abrahamus Bucholtzerus,
Acta Concilii { Constantiensis. / Basileensis
Æneas Sylvius.
Albertus Krantzius
Antiqui rerum Bohemicarum scriptores, qui è Bibliotheca Marq. Freheri prodierunt.
Antonius Archiepiscopus Florentinus.
Articuli 18. Ioannis Wiclephi, impugnati à Guilielmo Guidefordio, impressi cum descriptione concilii Basileensis, per Æneam Sylvium.
Baptistæ Fulgosi opus,
Bernhardus Lutzemburgus.
Bilibaldus Birckheimerus.
Blondus Flavius Forliviensis.
Caspar Peucerus,
Chronicon { Carionis / Mansfeldense
Confessio fratrum Bohemicorum.
Cyprianus Leovitius.
David Chytræus.
Daniel Adami
Gotfredus Viterbiensis.
Georgius Fabricius.
Hartmannus Seedel Norimb.
Heinricus { Pantaleon, / Kalt Eisen / de Langen Stein
Hermannus Monachus de campo.
Iacobus { Philippus Bergomas / Meyerus
Ioachimus Cureus
Ioannes { Dubravius. / Foxus / Cochlæus,
Ioannes { Funccius, / Crispinus, / Schleidanus, / Aventinus, / Ant. Campanus. / de Capistrano. / Cuspinianus, / Gerson. / Hagen, alias de indagine. / Plaeth. / de Ragusio. / Stumpfius. / Schindelius
M. Laurentius Professor Pragensis.
Leonardus Aretinus.
Martinus { Boregk / Cromerus. / Cuthenus.
Matthæus { Dresserus. / Palmerius.
Matthias Miechovius.
Nicolaus de Cusa.
Opera M. Ioannis Hussii.
Otto Brunfelsius.
Poggius Florentinus.
Procopius Lupacius.
Petrus { Albinus, in Chron. Misnic. / Notarius, alias de Mladonovviz
Salomon Gesnerus in libro de Conciliis.
Sebastianus { Munsterus / Francus.
Stephanus Petringonensis.
Theodoricus à Nien.
Thomas Walden.
Wenceslaus Hageccus.
Guilielmus Widefordus
Zacharias Rivander.

Autor Lectori.

Ex his autoribus, Lector benevole, hanc meam Hussitici belli narationem historicam desumsi, inque subsidium veræ continuationis non raro manuscripta vocare coactus sum, quæ multis in locis, inprimis tamen Tustæ à docto & honesto viro, Iacobo Budychio, alias Satecensi, privigno industrii viri & historici celeberrimi, M. Procopii Lupacii à Hlavvaczova, accepi. Adieci etiam antiqua monumenta, quæ in templis vel aliis locis publicis vidi & descripsi: nihil enim omittere volui, quod ad veram, planam, plenamque narrationem facit. His lector benevole vale, & si quid in scriptis reconditioribus invenire potes, supprimere noli.

EPI-

Epigramma.

ἑκκαιδεκάστιχον παλίνδρομον.

EGregiè Deus ex chartis his noſcitur heros
maximus & verax & ſimul omnipotens.
Veridicus benè: ſic loquitur nam pagina ſacra:
pectore præ reliquis do bona ſimplicibus.
Simplicibus quoque ſic Bohemis his contigit olim,
redditur ut myſtas per pia relligio.
Eximium ſimul & miſeris ut dederat HVSSVM,
ocyus ex vivis hunc tulit ANTITHEVS.
Omnipotens tamen in cineres cum corpore myſtæ
ſolvere non paſſus tam citò THEVLOGIAM:
Magnanimum mage ſed ZYSCAM cum robore miſit,
noxia qui vindex & dedit ANTITHEO.
Prævaluit quoque gens ſimplex de nomine dicta,
HVSSICA, ſic multis hic liber enumerat.
Propterea tibi per chartas has traditur HEROS
maximus & verax & ſimul omnipotens.

M. Chriſtophori Crineſii.

ALIUD.

SI quæ fama tuas forſan pervenit ad aures
Huſſiaci motus, geſti Ziska duce belli;
Huc ades, hinc varios proceres, varia armaque diſce.
Huc ades, & varias ludibundæ diſcito formas
fortunæ, excitamque locis Germaniam ab imis,
& concuſſa vide regni Bohemica ſceptra.
Huc ades, hicque necis vindictam numine ab alto
diſce, vide innocuæ Iovæque agnoſcito dextram.
Vinci, exure virum, Rhenoque inſperge favillas;
Huſſius aſt iterum redivivus virbius hic eſt.

Valentini Multzii.

M. IOHANNIS HVSSII DOCTRINA ET RES GESTÆ, QVÆ BELLVM HVSSITICVM ANTECESSERVNT.

CAPVT I.

1. Historiarum utilitas & gratia probatur. 2. dictum Ciceronis. 3. scientia nostra quid à brutorum sensu siue perceptione differat. 4. Propositio autoris. 5. res à morte Hussii gestæ quales. 6. ex quibus scriptoribus excerptæ. 7. admonitio ad lectorem. 8. eiusmodi rerum scriptori quæ obseruanda.

HISTORIARVM 1. utilitas & gratia sapientibus prudentibusque satis superque nota est. Ipse quoq; locus, in quo sumus, quem circumspicimus, finesque & conditionem eius perpendimus (nisi fortè instar pecudis eum ociosè contemplemur) eas exigit. 2. Cicero in oratione sua pro Archia literarum studia summis laudibus effert, quòd cultoris sui commemorationem nominis nõ cum vitæ tempore dimittere, sed cum omni posteritate adæquare soleant. At verò hoc argumentum totum de solis historiis accipiendum est. Et quẽadmodum cœli nobis Dei opt. max. gloriam enarrant: ita & historiæ eiusdem vim qua omnia potest, quaque omnia cognita perspectaque habet, iustitiamque graphicè depingunt. 3. Quid esset notitia nostra, si, bruti pecoris instar, præsentia saltem, nec præterita quoque cognita haberemus? nihil. 4. Quæ cum ita sint, vt breviter tamen verè quoque, quæ in M. Iohanne Hussio, quo ad ipsius doctrinam mortemq; sub Sigismundo Romanorum Imperatore, usq; ad annũ Domini nostri Iesu Christi hominis nati 1436. contigerunt, 5. ipsis quidem tum utrinque bellũ & inferentibus & propulsantibus, metus, terroris, mœroris plenissima; nobis verò iam pulchra, variis fortunę mutationibus admiranda, felici successu iucunda, exemplis insignia, optato lætoque exitu scitu maximè necessaria recensere constitui. 6. Has res gestas præcipuè è Pontificiis paucisq; Bohemicis scriptoribus collegi, tantoq; minùs cuiquam eo nomine suspectus esse possum, quòd alteri parti plura tribuerim. Quoniam etiam multa occurrunt, quæ veritati repugnare videntur, & ab uno solo autore describuntur, ipsius nomen indicavi: prorsus autem falsa paucissimis reiecta sunt. 7. Hunc laborem meum attente absque præiudicio studioseque benevolus lector legat, consideret, laboremque & studium meum intueatur. Neque enim, quod tamen fortè nonnulli rudes & imperiti existimabunt, neq; enim, inquã, revera facile est, sed satis grave, in quo 8. oculorum acies in omnis generis consilia, successus fortunamque intendenda est, imò ei, qui rem verè solideque cognoscere cupit, varia scriptorum iudicia sententiæque consideranda & perpendendæ sunt. Sed iam ad opus ipsum accedo.

CAPVT II.

1 Hussius in Papatum invectus 2. 5. capita quædam ab ipso docente proposita. 3. quando invehi cœperit. 4. quid principiò de Wiclephi doctrina senserit. 6. Doctrina Hussij summa.

EX quo Dominus & Servator noster Iesus Christus summo tum angelorum, tum piorum hominum gaudio homo natus est, anno 1401. Iohannes Hussius, liberalium disciplinarum Magister sacrarumque literarum Baccalaureus, in publicis suis

vide oper. Hussii tom. 1. fol. 10.

Hussius in Papatum inve hitur.

capita quadam concionum suarum.

concionibus, quas in templo Bethlehem (quod hodiè quoque in veteri urbe Pragensi est) habuit apertè in Papatum invehi cœpit, in quibus orationibus suis primū
religiosorum ambitionem, superbiam & arrogantiam, crudelitatem, impiamq; &
1 impuram vitam criminari, acerrimèq; accusare, tum ceremonias superstitione
2. pietatis speciem habente in Christianam ecclesiam invectas reiicere, tum Waldēsium doctrinam, quam illi anno Christi 1160. tradiderāt, imitari, videlicet, Papam
3. nō eminere inter cęteros episcopos & ecclesiastas, propterea quod inter religiosos & religiosos nihil differret, maximusq;, ex dicto Christi, minimū æqualē haberet.

4. Ad purgatorium precesq; pro mortuis cachinnum tollere, artem esse asserens, quâ (ceu occulto quodam fascino pecunia è nummariis hominum thecis eliceretur, quod quidem crimen oberrantibus quibusdam Ægyptiis infertur.

5. Invocationem Sanctorum vanasq; eorū ferias longè à se reiicere, atq; aspernari.

6. Abstinentiam præstandam, ad compescendam corporis voluptatem quidem permittere; quòd verò meritum hoc nos in cœlū vocet, aut neglectū, ab eo excludat, non posse se adduci ut credat, propterea quod bona opera nos in cœlum extollere nequeant, iuxta illud Christi: *cùm omnia feceritis, dicite*: servi inutiles sumus. *Luc.17.vers.*10.

7. Confirmationem ultimamq; unctionem è sacramentorum numero expungere, ut neq; chrisma sacro Baptismo adhibendum velle, propterea quòd Christus, Ioannes Baptista & Apostoli omnes simplici aquâ baptizârunt.

Hussius quando in Papatum invectus. Tom.2.oper. Huss fol.148. & seqq.

Verùm hæc ut & cætera pleraq; omnia, tandem demum facere: primùm enim Pontificiis astipulari, id quod ex 2. scriptorum suorum tomo in Epistolæ Iacobi caput 5. luculenter apparet.

Hussius quid principio de Wiclephi doctrina senserit.

In studiosum etiam adolescentem quendam Pragensem excandescere, qui in Anglia literis operam dederat, librumq; Wiclephi doctrinam complectentem, in patriam suam attulerat, Hussioq; bona fide clàm crediderat, qui eam erroneā esse acerrimè contendere, hunc studiosum admonere, ut librum illum aut combureret, aut in præterfluentem [Multaviam] abiiceret, ne in ullius hominis, maximè autem novarum rerum avidi studiosiq;, manus perveniret. Præcipuè verò caput illud de sepultura (quod ipsum tamen posteà quoq; asseruit) impugnare, inquiens, *Bohemi vixdum à pagano isto errore revocati reductiq́, sunt: quod si igitur iam sepultura in cœmeterio vana superbia, tellusq́, sine discrimine omnis par sive eiusdem generis esse assereretur, ecquid responderent?* Studiosus hic, quem dixi (quemq; Hagecus falsò M. Hieronymū nominat, hic enim nunquam in Anglia fuit, sed ille avitum sibi cognomen à putrido pisce deducebat) Hussio spondere, librum hunc à se suppressum iri, quem tamē alii mox secum allaturi essent.

Alia quadam capita doctrina Hussii.

Ne autem ab Hussii doctrina longiùs abeam, templum Christianorum esse totum à Deo conditum mundum, asserere, in quo Deus maximè verò summa temporis iniquitate, invocari possit: ideoq; non omnes preces, quæ quidem à Deo exaudiantur, necessario in templis aut monasteriis habendas, iuxta illud Christi:
8. *intra cubiculum tuum.*

9. Vestes sacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, cum aliis templorum ornamentis non esse necessaria; sed saltem ornandis condecorandisque templis inventa, ut & imagines statuasq;, quæ cultus gratia positæ minus tolerandæ essent.

10. Confessionem auricularem esse inanem.

11. Peccatis mortalibus politicos, multò verò magis religiosos sacrisq; initiatos, ad sua munia ineptos reddi. Exhorrescere enim debere ecclesiasten corpus Christi impiis suis manibus cōtrectare, qui vel peccati mortalis reus esset, vel ea nocte famulæ suæ, (quales tum quidam sacerdotes ceu equas ad omnem nutum alebant fovebantque) consuevisset.

12. Ecclesiastis non, Principum virorum more & exemplo, magnificè splendideq; vivendum esse; sed præstare, ut superflui illi redditus apud inopes alendos fovendosque collocentur.

13. Monachorū mendicantiū ordinē à Diabolo excogitatū esse. Cumq; Christus dixerit, *abite in mundū universum, & docete &c.* stultā esse in monasteria inclusionem.

14. Sacram Domini nostri Iesu Christi cœnam non una, sed utraque specie (prout

etiam

etiam inſtituta fuerit) miſeræ plebi, cuius æquè ac religioſorum bono Chriſtus mortem oppetiiſſet, exhibendam atque præbendam eſſe. Panem vinumq; ſacramenti non permutatione quadam (quam vulgus barbara voce *transſubſtantiationē* dicit) in corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti transferri; ſed verum corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti cum pane & vino à nobis arcano quodam naturamq; planè ſuperante modo ſumi. Utque doctrinæ ſuæ argumentum breviter & abſolute exponam, quantum quidem ipſi temporis ratio permittebat, papatui ſeſe opponere. Unde & Papam, (licet eum non apertè ſive expreſſe nominaret) velut Antichriſtum præcipue decoris coloribus depingere, id quod ex orationibus ſuis ad concionem habitis & Anatomia AntiChriſti liquet, ubi benevolus lector ipſus ea inquirere poterit, quæ ego iam temporis anguſtiis prætermittere cogor. *Oper. Huſſi tomo 2.*

Capvt III.

[1] Hieronymus Pragenſis & M. Iacobellus Huſſii adiutores. [2] religioſi ipſis obſtare conantur, [3] Wiclephi doctrinam damnant. [4] duorum ſtudioſorum Anglicanorū orſa. [5] Silentium ipſis indictum. [6] ipſorū aſſeclæ. [7] Huſſius ſe ipſis adiungit, Wiclephiq; libros hoc pacto adeptus, legit. [8] Teſtimonium ab Academia Oxonienſi Wiclepho datum. [9] Iohannis Wiclephi laus. [10] Huſſio encomium Wiclephi perplacet. [11] Anglorum pictura. [12] diſceſſus. [13] ſacerdotes Huſſium calumniātur. [14] Profeſſores Germanici Huſſio adverſantur. [15] Huſſii cauſa ad Regem Wenceslaum defertur. [16] Hieronymi propoſitum.

IAm itaque Iohanni Huſſio ita inſtructo, Papatumq; aggreſſo Deus opt. max. fidum, doctum exercitatumq; & prudentē conmilitonē mittere atq; adiungere, M. Hieronymum Pragenſem, è nova urbe oriundum, qui unà cum M. Iacobello de Miſa omne ſuum conſilium, ſtudiumq; & operam ad hanc rem conferre eamque plurimū promovere.[2] Id quod religioſis omnino intolerabile eſſe, qui omnia experiri & tentare, quibus negociū hoc à ſeſe impeditum iri ſperabant,[3] &, quod Germani ab ipſis ſtarēt, rem anno Domini 1403. eò deducere, ut 15. Cal. Iunii cōſiſtorium frequens convocaretur, & 45. articuli Wiclephi tanquam hæretici, dānarentur, publicoque Magnifici Rectoris edicto ſub pœna exuſtionis, palàm doceri prohiberentur. [4] Quid autem accidit? Ex Anglia duo anno 1404. Pragam venientes, alter nomine *Iacobus*, qui ſe ſacrarum literarum Baccalaureum eſſe volebat; alter *Conradus* nomine, Cantuarienſis, [4] nominibus ſuis confeſtim Academiæ datis, diſputationibus pleriſq; omnibus argumentis opponendis, theſibuſq; ſuis defendendis, intereſſe, ſtudioſiſque multas quæſtiones proponere, quarum hæ fuerunt præcipuæ:

Huſſii adiutor Hieronymus.

Religioſi Huſſio adverſantur.

Wiclephi doctrinam damnant.

Duorum ſtudioſorum Anglorum orſa.

an Papæ maior ſit poteſtas, quàm alterius ſacerdotis?

an panis eucharisticus aut ſumtum corpus Domini in Papa, quàm in alterius ſacerdotis, miſſa efficacior ſit?

Has & ſimiles quæſtiones hi in medium afferre: interrogatiq; à ſe fidei ſuæ firmandæ cauſa hoc fieri reſpondere.[5] Tandem ubi iam ſæpius hoc feciſſent, remq; acerrime diligentiſſimeque defenderent, M. Leonhardus Duha ſic exordiri: *Filii mei cuiates eſtis?* *Angli*, inquiunt, *ſtudiorum gratia huc venimus.* Quibus ille: *Quoniam inde eſtis, ubi multos eſt reperire hæreticos, metuimus, ne eiuſdem farinæ homines ſitis, id quod argumenta veſtra ſatis ſuperq; probant. Ideoq; pro autoritate publica, qua in præſentia fungor, vobis ſeverè præcipio, ut de eiuſmodi erroribus in auditorio noſtro taceatis. Quod niſi feceritis, ſcitote, cunctos hæretica docentes aut credentes ex Caroli IV. f. m. conſtitutione, etiam Studioſos, exuri poſſe.* Qui his auditis, quanquam ira perciti, ſilentium ſpondere:[6] clam autem nonnulli Bohemici Germanicique Magiſtri ipſorum partes ſequi:[7] inprimis autem ſe ſocium ipſis addere M. Iohannes Huſſius, qui ipſorum ope Wiclephi libros *de realibus univerſalibus*, in quibus ſimul de Canonico civilique iure, inprimis vero orthodoxæ eccleſiæ agitur, adipiſci.

Silentium ipſis indicitur.

Anglorum illorum aſſeclæ.

[8] Iidem quoque, quos diximus, Studioſi programma, quod in honorem Wiclephi univerſa Academia Oxonienſis publicè fixerat, ſecum habere, quod totidem verbis recitare libet:

Academia Oxoniensis testimonium de Wiclepho.

Oxoniensis Academiæ Cancellarius, cum omnibus liberalium disciplinarum Magistris, omnibus & singulis sanctæ Christianæ ecclesiæ fidelibus filiis felicitatem & salutem:

Quoniam res rectæ atque laudabiles ultra decus meritumque bonorum, commemorationem assiduam merentur; nec silentio obruendæ; sed tum testimonio, tanquam exempla rerum verè gestarum multis etiam longissimè à nobis dissitis significanda & indicanda sunt; tum natura, quam nemo unquam satis perscrutari valuit, singulari studio scripta hæc testimonia acerrimis calumniatorum, honestam bonorum famam crudeliter sæpè lædentium, telis clypeum opponendum effinxit, quo nos vivis testibus destitutos protegamus: hac permoti ratione, singulari favore, quo huius Academia nostra hactenus filium [9] *Iohannem Wiclephum, sacrosanctarū literarum Professorem, prosequimur, talem eum esse corde, ore scriptoque fatemur, faterique cogimur, id quod honesta ipsius constansque vita postulat, quod & ipsa rei veritas testatur, volumusq; ut suavissimi ipsius mores, ars subtilissima, nominisque celebritas eò citius omnibus Christianis magis magisque innotescant, ipsius labores studiumque ad Dei opt. max. laudem, proximique salutem, ultra incrementum propagationemque Christianæ religionis vergere passim constet. Omnibus itaque publicum hoc scriptum nostrum inspecturis notum facimus, Iohannis Wiclephi memoriam vitamque à primis annis usque ad vitæ suæ finem honestissimè sanctissimeque actam esse, quæ nec ulli ullius criminis, quodcunque quis dixerit, suspicioni locum dederit: verùm tum in prælectionibus, responsionibus, concionibusque & syllogismis sive ratiocinationibus ita prudens, sedulus, doctusque & acutus fuit, ut ceu impiger orthodoxæ fidei propugnator, omnes eos, qui voluntaria paupertate puram Christi doctrinam calumniarentur, divini verbi testimoniis expugnaret & everteret. Nec verò unquam clarissimus hic doctor ullius hæreseos convictus, nedum sepulchro effossus, aut religiosorum procerum iussu exustus est. Absit enim longè gentium, ut ita sanctus probatusque vir à nostris sacrorum antistitibus hæreseos damnatus fuerit, qui Dialectica, philosophica, Theologica ut & Ethica ita scribens tradiderit ut nullus (quod nos quidem arbitramur) ipsi par inveniri nedum haberi queat. Quæ omnia iis, quibus hoc testimonium nostrum obtigerit, summo studio summaque cupiditate cupimus innotescant, ut ita clarissimi simul carissimique nobis Domini Doctoris bona existimatio vindicetur & gloria amplificetur. Oxonii 3. Non. Octobris 1403.*

Iohannis Wiclephi laus.

Hussio encomium Wiclephi perplacet.

[10] Quo perlecto Hussius Wiclephum maioris facere, scriptaque ipsius M. Hieronymo intimè commendare, qui ea disseminare, hisque duobus Anglis sese adiungere. [11] Ii in nova urbe Pragensi cum Luca Welenskio habitare, ipsumque rogare, ut pictura quadam cænaculum ipsis illustrare permitteret. Quo in domus suæ ornatu acquiescente illi in uno cænaculi latere Christi in Hierosolyma ingressum pingendum curâre, quem plebs & pueri oliverarum insignes anteeant; ipse verò humilis asinæ insidet, quem discipuli nudis pedibus ponè sequuntur: in altero latere Papam, quem antecedant tympana bellica, tubæ, milites hastati; ipse sublimis equo aureis, argenteisque & gemmeis phaleris exornato fertur, quem Cardinales auro superbi similibusque equis vecti ponè sequantur. Quam picturam Angli vulgo ostentare, Hussiusque in concionibus suis extollere. Hinc multi ad cęnaculum illud picturam hanc spectatum accurrere, unde sæpe lites inter eam laudantes & criminantes exoriri. [12] Nec Anglis inde discessuris, eaque pictura extremam Bohemis salutem dicentibus, hoc benè cessisset, nisi discessum maturassent. [13] Sacrifici vero frenum sibi iniectum sentientes, nec sese idoneis hosti conficiendo armis instructos videntes, Hussium cum suis asseclis criminari & calumniari, hæreticos, seditiosos, factiosos, pacis violatores, periuros, infensissimosque veteris catholicæ ecclesiæ hostes dicere, atque id genus alia multa evomere. [14]. Præterea vero & Germanici Professores, autoribus & consuasoribus religiosis, huic negocio sese immiscere, Hussiumque & M. Hieronymum tum legẽtes, tum disputantes valde mordere, dicentes, ab universa Academia anno &c. 1403. damnata illa doctrinæ capita ab Hussio in lucem revocari, esse eum etiam ipso Wiclepho, qui ea tradiderat, deteriorem. Undè clandestinum odium enatum indies augeri, & tandem summo Academiæ Pragensis malo emergere, ut dicetur. [15] Quapropter id à religiosis ad Regem deferri, cuius ope literas Hussio in aliud monasterium detrudendo datum iri putabant. At quid accidit? is, quem aliæ res frivolæ magis solicitabant, subridens inquit: *vah, sinite ipsum: aurea mihi*

Anglorum pictura.

Angli discedūt.

Sacrificorum calumniæ & criminationes in Hussium.

Et Germanici Professores Hussio adversantur.

Hussii negociū ad Regē Wenceslaū defertur.

mihi anſer iſte ova pariet. Quo audito Huſſius maiores animos ſumere, Magiſtroque Hieronymo, ut in exteras Academias ſe conferret, autor eſſe,[16] id quod ille promptiſſime facere, & Heidelbergenſem, Colonienſemque & Pariſienſem Academias inviſere, ſtudiorumque & diſputationum ſuarum ardenti ſtudio ſatagere, & ex Wiclephi ſcriptis (quibus multos, qui ſibi non indocti Sorbonici philoſophi eſſe videbantur, expugnavit) non exiguum fructum percipere. *M. Hieronymi propoſitum.*

Caput IV.

Wiclephi perſona, doctrinaque & vita deſcribitur.

QUIA Wiclephi iam aliquoties mentio facta, & in poſterum quoque facienda eſt, omnino de ſua perſona, doctrinaque & vita aliquid dicendum eſt. Quapropter inprimis obſervandum eſt, quàm ardenti deſiderio multa orthodoxorum Chriſtianorum millia repurgationem religionis Chriſtianæ ſub Babylonica captivitate & verè Ægyptiaca Pontificum Romanorum ſervitute expectarint antè & poſt Huſſiũ, ab anno Chriſti 1000. Ubi ſana apoſtolica Evangelii doctrina traditionibus humanis, quibus Deus fruſtrà colitur, depravari cœpit, uſq; ad annum 1150. quo Petrus Lombardus, cognomento *Magiſter ſententiarum*, id, quod anteceſſores ſui Lanfrancus anno &c. 1071. Anſelmus 1094. Hugo 1127. & Gratianus ex humanis Pontificum traditionibus corraſerunt, in unam ſarcinam cõſtrinxit, & pro ſana, Chriſtiana Biblicaque doctrina venditavit, idque poſtmodum tãtæ autoritatis fuit, ut in omnibus diſputationibus ipſius ſaltem ſcriptorum ratio habenda, ipſique uſitata loquendi forma uſurpanda omninò fuerit, donec res eo devenit, ut, ſacroſancta divina ſcriptura neglecta, in id ſaltem reſpiceretur, quod ſedi Romanæ vel Magiſtro ſententiarum probaretur. Huius veſtigiis inſtiterunt Albertus Magnus, Suevus Monachus ordinis Prædicatorum & Epiſcopus Ratisbonenſis, Thomas Aquinas Italus, anno 1225. Pariſiis eruditus, & anno Chriſti 1274. vita functus, Ioannes Duns, Scotus, aliique plures, qui indies veritatem immiſſo falſo cultu obſcurarunt. At ne longius à re recedam, humanus lector norit, Ioannem Wiclephum, Anglum, in Academia Oxoniẽſi anno Domini 1370. Profeſſorem fuiſſe, cui Papæ cum ſuorum aſſeclarum vita & actiones diſplicebant (ut & pluribus aliis, in quorum numero & D. Bernhardus, qui Papam cum ſuis complicibus, epiſcopis, univerſoque clero, licet ſuo cum ſcholaſticorum ſeculo collato, aureo, Antichriſti ſervos appellare, & alibi: *Prælati ſunt veri Pilati*) quos ipſe ideo vehementiſſimè oppugnare, Papam Antichriſtũ, diviniſque in rebus nihil, excepto Dei verbo, quod lumẽ ſemitis noſtris eſſe debeat, ferendũ cõtendere. Wiclephus hic anno 1387. in ſua ſede eccleſiaſtica Luttervvort vita functus, tãdem quadrageſimo primo à morte ſua anno iuſſu Martini V. Pontificis Romani effodi & exuri. Hæc paucis de Wiclepho. Qui plura deſiderat, Iohannem Foxum in Commentariis rerum in eccleſia geſtarum conſulat. *in lib. ad Eugē.* *ſerm. 33.*

Caput V.

[1] *Huſſii dolor.* [2] *Studioſorum Germanorum & Bohemorum diſſidium, & hinc exortus tumultus,* [3] *eorum numerus Pragæ.* [4] *Inſurgunt in Huſſium.* [5] *Bohemorum de ſuperandis Germanis conſilium.* [6] *Huſſii oratio de electione.* [7] *Germanorum ſententia contraria.* [8] *lis ad Regem devolvitur.* [9] *Is coquorum ſuorum præfectum Rectorem creat.* [10] *M. Ioannis Rheineri ad Germanos oratio.* [11] *Studioſi Germanici conſpirationem ſuam iuramento confirmant.* [12] *Abeunt Praga.* [13] *Regis ſententia litem decidens.* [14] *Diſceſſus Germanorum cauſa vera, qua.*

VT autem ad Huſſium redeam, ſe apud populum, in primis autem Germanicæ gentis ſtudioſos, contumacius & arrogantius alias ſeſe ultro Bohemis opponentes[1] (id quod hi iniquiſſimo animo ferebant quidem, crudeliſſimo tamen diſſidio ſubinde ipſis reſiſtebant) à religioſis & Profeſſoribus in odiũ adduci, maxime *Huſſii dolor.*

dolere. Quo audito Rex, Boemos, inquit, *& Germanos inter se confligentes aequis oculis cernere possumus.* [2] Id quod etiam Pragae anno 1406. in foro pomario sive olitorio contigit: ubi Germanus Bohemi cuiusdam puerum verberare, cuius pater accurrens Germano colaphum impingere, unde turbae concitari, ad arma decurri, novem homines interfici, multique vulnerari. Germani sibi laudi ducere, Bohemosque ridere, quod hi plures illis caesi vulneratique fuissent: quin etiam sibi, Bohemos omnes ex urbe Pragensi vi expellere, facile esse, & hoc & sequente anno non obscure significare. Quo, quod facile animadverti potest, Bohemorum animi effervescere: quia tamen (ut Hagecus de anno 1407. scriptum reliquit) in sola Praga 1200. divites mercatores erant, qui *Lechiaci* dicti assidue ibi commorabantur, qui in horas ferè singulas novas merces vendibiles à suis famulis accipiebant, in nonnullo metu esse. Hi mercatores templum illud à B. Virginis ascensione denominatum condidere, reddituusque adauxere. [3] Praeterea erant peregrini Studiosi numero vltra 4400. id quod Hagecus ultra album Academiae (quam *matriculam* vocare solent) testatur. Hi omnes in Hussium insurgere, quem curiosiorem, quam doctiorem, aestimabant, etsi eos acriter reprehenderet, tantisper dum M. Hieronymus (fortassis Hussii precibus evictus) domum reversus se Germanis opponeret, ipsosque cum Hussio multis molestiis afficeret, usque ad annum Christi 1409. quo Bohemi Germanos, nimium (Hageco teste) superbos, nova quadam arte expulsos exterminarent. Ea autem haec fuit: Carolus IV. Imperator Germanis (quo nomine omnes exteri dicebantur) singulari favore tria suffragia in electione ferenda, Bohemis unum dederat. Hinc aut Rector, aut Decanus semper Germanus fuit, per quem ferè stabat, quo minus Hussius doctrinam suam vel disputando, vel multò magis docendo propagaret, tum vero exteros Studiosos licentia deteriores reddere, id quod domesticos valde male habere, ita ut convenirent, deque via, qua absque seditione Germanis liberari possent, in eunda consilium caperent. [5] Variis in eam sententiam actis, placuit ipsis, à Rege suo petere, ut de Academiarum Bononiensis in Italia, & Parisiensis in Gallia, ut Pragensis matrum, more, Bohemis tria, Germanis verò unum saltem suffragium ferendum tribueretur. Quid fit?

Studiosorum Germanorum & Bohemorum dissidium.

Lechiaci.

Studiosorum Praga peregrinantium numerus.

In Hussium insurgunt.

Bohemorum de superandis Germanis consilia.

Anno 1408. dum 5. Id. Maii officiis distribuẽdis atq; assignandis, electioniq; habẽdę in collegiũ Caroli cõvocati frequentes adsunt, M. Iohannes Hussius assumtis M. Hieronymo Pragensi, M. Zuicovecio aliisq; pluribus, quod hactenus diu conceperant, iam parere, Hussius surgens praesentibus Germanis in hanc fere sententiam Latine dicere:

Hussii oratio de electione.

[6] *Carolus IV. sanctissimae felicissimaq; memoriae Imperator Academiam hãc condens voluit, atq; ad tẽpus decidit, ut Teutonici Magistri, hic peregrinantes, in eligendo Rectore, ut & in caeteris actionibus, tribus; Bohemi verò uno saltem suffragio sententiam ferrent. Hoc autem laudatissimus Imperator hac saltem de causa fecit, quia Bohemi, qui alibi in literarum studiis versati, gradumque Magisterii assecuti fuissent, pauci numero erant. Iam vero (Deo laus) nos numero multi, iure tribus vocibus; vos Germani verò una saltem sententiam dicitis.* [7] Quo audito Germani Hussiuo irati extemplo contradicere, suaque libertate niti. Bohemi tum illico Bononiam in Italia praetexere, quae 925. annos ante Pragensem à Theodosio, Christiano Romanorum Imperatore, Arcadii filio, anno Christi 425. constituta fuit, nec, ut quidã arbitrantur, à Carolo Magno, qui Parisiensem eundẽ prorsus in modum anno Christi 791. id est, 557. annos ante Pragensem condidit, eoque Rabanum, Alcuinum, Claudium, Clementem, Scotumque evocavit.

Germanorum sententia contraria.

Dissidium hoc non parvum tempus durare: nihil autem amice vel fieri vel geri posse. Germani enim honorem illum, quo Caesar ipsos affecisset, vel vita sua à se redemptum potius, quam quicquam de eo remissum iri aperte publiceque asserere. [8] Quam tantam pertinaciam Bohemi ad Regem devolvere, ad quem, quoniam in arce Tocenicea degebat, Magistri Studiosique Germani frequenter exire, vehementerque etiam atq; etiam orare, ut digna ipsos sentẽtia ornaret. [9] Rex causae cognitione suscepta culinae suae Praefectum (id quod Fabricius lib. 7. hist. Misnic. contestatur) Rectorem creare, negociumq; integrum annum differre, dũ interea utraq; pars alteram criminari, conviciis consectari, & aperte & clam pulsare, ita ut neutra pars ab altera tuta esset, donec & Germani & Bohemi à Rege responsum flagitarent.

...lis ad Regem devolvitur.

Archimagirus Regis, Rector creatus.

Interea

Intereà Germanicos Magiſtros Baccalaureos & Studioſos à M. Iohanne Reinero, M. Rudberto Salisburgenſi & aliis in collegium Lazari convocatos, M. Reinerus ita alloqui: [10] *Pragenſes urbes, nobis Germanis destitutas, filii mei, miſeras eſſe, probe noviſtis omnes. Hinc ubi diſceſſerimus, Rex, Pragenſes, Bohemicique Magiſtri nos revocabunt, &, quod amplius eſt, certo per alios rogabunt, ut redire velimus; Quodſi ad creberrimas ipſorum humaniſſimasque literas nobis viſum fuerit, faciemus, tum verò eos, ut ad voluntatem nutumque noſtrum totos ſe convertant, acerbe cogemus.* [11] Magiſtri, Rege ſententiam contra Germanos ferente, ſub duorum priorum digitorum amittendorum pœna, remanenti infligenda, iureiurando ſeſe obſtringere.

M. Iohannes Rheineri ad Germanos oratio.

ſtudioſi Germanici conſpirationem ſuam iureiurãdo pœnaque ſancta confirmant.

[12] Studioſi novum hoc negocium mirari, quosque fortaſſe Rectoris pudebat, ſententiam Regis non expectare; ſed congregati non ſine acerrima civium hoſce hoſpites invite dimittentium & amittentium (id quod ex eo patet, quod Collegium Theologorum, poſtquam illi diſceſſerant, igne ſuccenderunt) ægritudine catervatim Praga diſcedere: maior tamen pars ſententiam expectare. Interea re diu deliberata M. Iohannes Huſſius Cæſareum diploma de Academia Pragẽſi accipere, in quo habebatur, Academiam, quam modo diximus, eodem planè modo, quo Pariſienſis, à Cæſare conſtitutam fuiſſe, quod diploma una cum epiſtola quadam, qua orabat, ut Rex cauſam bene ponderaret, ſine mora ad Regem mittere, [13] qui convocatis ſuis conſiliariis 5. Cal. Octobris anno Domini 1409. decernere, quod Bohemis, ut & Gallis, tres in ſuffragiis ferendis calculi deberentur. Id edictum poſtea 3. Id. Octobris publice promulgatum figi, quo nomine Bohemi ſummiſſe ipſi gratias agere, Germani contra expacto conventuque, pars in Miſniam, pars in Saxoniam, pars in Bavariam, pars in agrum Rhenanum diſcedere. Poloni tum pauci aderant, propterea, quod in ſua patria Academiam Cracoviæ à Rege ſuo Ladislao anno Domini 1400. 5. Cal. Auguſti cõditam haberẽt. Studioſorum octiduo 5000. Sylvius, 24000. Dubravius libro 23. ultra 40000. Hagecus diſceſſiſſe ſcriptum reliquerunt, in quorum numero etiam quidam Bohemi fuerint. [14] Verane igitur huius ipſorum diſceſſus cauſa fuerit, quam Hagecus memoriæ prodidit, quod nimirum ſe à Bohemis revocandos putarent, neſcio: equidem aliis, Germanos eam contumeliam graviſſime moleſtiſſimeque tuliſſe aſſerẽtibus, aſſentiri malo.

Praga abeunt.

Regis ſententia litem decidens.

Diſceſſus Germanorum cauſa vera, qua.

Studioſis digreſſis cives, maximè vero opifices, quantum ex ipſis commodum percepiſſent, ſentire, quorum omnium, Hageco teſte, graviſſime ſartores, ſutores, piſtores, cereviſiarii, caupones conqueri, Huſſiumque vehementer incuſare, qui horum malorum autor extitiſſet, ad quem iuvandum cæteri ambitione permoti fuiſſent.

CAPUT VI.

[1] Academia Lipſenſis condita. [2] primus Rector eiusdem. [3] Huſſius Rector creatus. [4] an de cœna Domini docuerit. [5] à calice controverſiam hanc eſt auſpicatus. [6] propagat ſuam doctrinam. [7] M. Hieronymus in Poloniam avocatus. [8] ad Sigiſmundum Imp. venit. [9] incidit in periculum, [10] capitur. [11] liberatus dimittitur. [12] Archiepiſcopi Pragenſis propoſitum. [13] reprehendit Huſſium. [14] ipſius Apologia. [15] Archiepiſcopus libros Wiclephi comburit. [16] Seditio in Archiepiſcopum. [17] Husſius in concionibus ſuis Archiepiſcopum inſectatur. [18] Academia Bononienſis de Wiclephi libris iudicium. [19] Husſii adverſarii rem ad Papam devolutam deferunt. [20] Husſius Romam citatur. [21] Rex Husſium defendendum ſuſcipit. [22] Husſius cur Romæ non comparuerit. [23] excommunicatur.

TANTA doctorum virorum ſtudioſorumque iuvenum multitudine Praga in Miſniam deveniente, Friderico I. qui alias *Bellicoſus* dicebatur, in ſua ditione Academiæ condendæ tempus videri, ad quam ex omnibus aliis urbibus Lipſiam deligere, & prid. Id. Novembris anni &c. 1409. eam auſpicari, [2] ubi primum Iohannes Otto Munſterbergius, qui antea Pragæ Decanus fuerat, Rector eligi.

Academia Lipſenſis fundatio Primus eius Rector Magnificus.

[3] Interea Bohemi ſua ipſi peragentes convenire, cumque nulla de electione litigandi cauſa eſſet, 16. Cal. Novemb. eiusdem anni in ſummiſſam gratiarũ actionẽ

Digitized by Google

Hussius Rector creatus.

pro labore M. Ioannem Hussium Rectorem creare, qui cum suis sociis & adiutoribus doctrinam suam, quanquam secreto, dilatare.

an de cœna Domini docuerit.

[4] Hinc nonnulli mirantur, cur Æneas Sylvius cap. 35. & Hageeus de anno 1414. caput illud de sacra Cœna non ab Hussio, sed postea à Petro Dresdano productum scribant, qui cum aliis Germanis discesserit, attamen postea ob hæreticū errorem, quo imbutus fuerit, Pragam redierit, munus scholasticum tenuerit, se M. Iacobello de Misa, regia quadam Bohemię urbe, nec ex Misnia, id quod Hageeus scribit, oriundo socium addiderit, inquiens: *Miror reverende domine Magister, te doctum sapientemque virum non videre, misera plebi quoque calicem prabendum esse, quia D. Ioannes evangelista cap. 6. ex ore & fundamento veritatis Christo ipso inquit*: næ næ dico vobis, nisi ederitis carnem filii hominis, & sanguinem ipsius biberitis: non habebitis vitam in vobis. Id quod M. Iacobellum ita permoverit, ut Patres diligentissimè perscrutaretur, idque apud Dionysium & Cyprianum reperiret, populum in publicis concionibus hortaretur, ut & calicem, absque quo nemo servari posset, sumere nequaquam cessarent. *Assentiri ipsi* (ait Sylvius) *omnes haretici, vehementerque latari, quod caput, quo Romana sedes vel inscitia & stupiditatis, vel malitia fraudisque convinci posset, in evangelica lege fundatum reperissent.* Hæc Sylvius & Hageeus.

In Hussii vero scriptis, maxime vero tomo 2. fol. 12. legere est hæc ab ipso in passione nostri Servatoris Iesu Christi tradita esse. Præterea in carcere suo libellum conscripsit, qui tomo 1. operum Hussii habetur, in quo calicem usurpari expresse vult.

Scribit etiam ad ecclesiasten summi templi S. Ægidii, Gallum (quæ epistola quoq; sequentibus subnectetur) hortaturque ipsum, ne se M. Iacobello id publicce docenti opponat. Et licet Dubravius scribat, Hussium dixisse, *calicem invenistis, in quem mihi* lethum infusum est: [5] ab Hussio tamen calicis præbendi initium factum esse constat, id quod &, quem acerrimum habebat hostē, Michael de causis, in accusationis suæ capitibus primo loco ponit, cum plebi quoq; calicem præbendum docere. Quid etiam de Pontificia ipsorum permutatione panis in corpus, vim in sanguinem Christi senserit, ex admonito, quod de sacrosancto Christi corpore in sacra cœna tradidit, luculenter apparet, ubi stolidorum ebriosorumq; sacrificorum, à se, Dei creatura, creatorem creari posse, ideoque se Deiparæ prævalere, quod Christum, quem illa semel saltem pepererit, singulis horis facere possent, iactantium, stolidissimam iactantiam satis ridet.

à calice controversiam hanc est auspicatus.

propagat suam doctrinam.

[6] At ut ad Hussii vitam redeam, is ea hyeme doctrinæ suæ propagatione non parum proficere: efficiens, ut non modo cives, sed & equestris ordo cum quibusdam proceribus sese ipsi adiungerent, doctrinæque suæ astipularentur. Præcipue vero accidit, ut ipso Rectore Baro quidam, Dominus Zedislaus à Zuirzeticz, liberalium disciplinarum Magister 5. Id. Martii anni 1410. crearetur, id quod nō solum ornatissima laude dignissimum, sed etiam hoc tempore, quo liberales disciplinæ spernuntur, ridenturque & reiiciuntur, observatu summe necessarium est. [7] Eodem anno M. Hieronymus, qui doctior perhibebatur, à Poloniæ Rege, Academiæ suæ constituendæ gratia Cracoviam, [8] & inde rebus suis confectis in Hungariam ad Sigismundum, tum Hungarorum Regem, ipsum audire volentem evocari, qui 13. Cal. Aprilis eo concedere, apud quem præsentibus plurimis & religiosis & politicis proceribus, nobilibus pariter & ignobilibus Budæ pro publica concione Wiclephum summis laudibus efferre, idque religiosis summopere displicere, qui ipsum aperte *hæreticum* appellare, qui sævas ipsi procul dubio manus intulissent, nisi Regis ope, cui sese de hæreseos suspicione purgarat, ex ipsorum manibus elapsus fuisset, iamque Viennam pervenisset, ubi, (quoniam adversarii, quos habebat, in omnibus viis ipsi insidias struxerant) [10] ab Academia, autoribus religiosis, qui ipsum in Hungaria deprehendere maluissent, in carcerem missus, in eoque tantisper detentus est, dum Academia Pragensis, ipsius [11] ratione habita, literis ad Viennensem Rectorem datis ipsum iam aliquandiu in carcere detentū ea ratione liberaret.

M. Hieronymus in Poloniā avocatus, ad Sigismundum Imper. venit.

in periculum incidit.

capitur.

liberatur.

Archiepiscopi Pragensis propositum.

[12] Interim autem Suinco Leporemontanus, (vulgo Hasembergius) electus Archie-

Archiepiſcopus Pragenſis, populum indies Huſſio magis magisque adhæreſcere, nec quenquam huic negocio obſtare velle videns, ex hoc ſilentio non leve periculum exoriturum pertimeſcens, Idibus Iuliis (quidam prid. Id. volunt) quos de ſumma rei conſultaturus in conſilium adhibere ſolebat (*capitulum* barbara voce dici ſolet) convocandos curare, de omnis generis confuſione, præſertim vero, q. Wiclephi hæreſis in Bohemiam traducta fuiſſet, graviſſimè conqueri, [13] Iohãnem Huſſium quoque vocare, & ob doctrinam ſuam reprehendere, rogareque, ut à Wiclephi capitibus recederet, nec per ſeſe novitatis avidiorem plebem perturbaret. [14] Huſſius reſpondere: *Ea ſaltem, venerande pater, quæ catholica Chriſtianorum fides complectitur, nec quicquam aliud doceo, nec verò alius convinci poſſum. Atqui inaudivi* (inquit Archiepiſcopus) *te proxima die Dominica pro concione aſſeruiſſe, non iuxta templum ſaltem, ſed & ruri, aut in viridante ſylva, ſine diſpendio beatitudinis, unumquemque ſeſe ſepeliendum curare poſſe. Bohemicam quoque gentem, dilecte fili, à S. Adalberto vix magno labore à ruſticanis iſtis ſepulturis averſam, hanc regionem variis dirarum fulminibus ab ipſo vexatam, atque à Deo opt. max. ad huius preces ſæpe graviſſime vehementiſſimeque, iam ſole, iam pluvia repreſſis atque retentis afflictatam, propterea, quod homines ſeſe invicem in loca cõſecrata ſepelire noluerint, donec anno &c. 1039. Ducis Brzetislai temporibus ſeque ſuosque poſteros omnes ad Chriſtianam religionem inviolate ſervandam ſeque invicem in deſtinatis ſepulchretis ſepeliendos iureiurando obſtrinxerunt, probe noſti.* M. Iohannes Huſſius reſpõdere: *Si quid, venerande pater, oblivione aut errore contra fidem Chriſtianam docui, id morigerans libenter corrigam.* Cui Epiſcopus: *Hoc te facere Deus opt. max. iuvet. Abi, nec poſthac ita pecca.*

reprehendit Huſſium.

Huſſii apologia.

[15] Huſſio gratiis actis digreſſo Epiſcopus de Wiclephi aliorumque, qui ipſi aſſtipulati fuerant, libris agere, quos biduo perlegendos dare, unoque cõſenſu damnatos, in quorum numero etiam quidam Huſſii, Iohannis Milicii, M. Hieronymi Pragenſis, M. Matthiæ Pariſienſis aliorumque plurium erant, tandem in epiſcopali ſua curia comburendos curare. Sunt qui ſcribant, eum ultra 200. volumina accepiſſe, mundiſſimè elegantiſſimeque deſcripta, quin & ſplendide compacta, auratisque umbilicis decorata, quæ omnia Bohemis invitis Ciſellæ combuſta ſunt. [16] Unde, ſimul atque hoc percrebuerat, ſtatim periculoſa ſeditio exoriri: præcipue Regis aulici in epiſcopum aliosque, qui in id ſua conſilia contuliſſent, ſeſe graviter concitatos oſtendere, aientes, à flamine iſto ſaltem odio Huſſii ea comburenda curata fuiſſe.

Archiepiſcopus Wiclephi libros exurit.

Sylvius cap. 35.

Seditio in Archiepiſcopum concitata.

[17] Huſſius, viſo non paucos eſſe, qui ſuas partes defenderent, animum erigere, proximaque die Dominica ſeſe Epiſcopo vehementer opponere, inter alia ſic dicendo: *Mirum eſt, dilecti Bohemi, manifeſtam veritatem, præſertim eam, quæ in Anglia aliisque locis lucet, vobis oſtendendam vetari, peculiarium nimirum ſepulchrorum, magnarumque campanarum uſum alium eſſe nullum, niſi quod avarorum ſacrificorum crumenas impleant. Multa quoque, quæ illi ordinem dicunt, omnium rerum in Chriſtianiſmo confuſionem pariunt. Imo illi vos ſimplices hoc ſuo inordinato ordine, ſeu potius confuſione, ceu catenis conſtringere volunt: quodſi vero viros vos præſtiteritis, facile catenas illas dirumpetis, quo facto tantam libertatem capeſſetis, quantam iam credere non poteſtis: imò vobis è carcere emiſſi videbimini. Libros veritatis cuſtodes, veſtro ſaltem bono conſcriptos, non ſine divini numinis offenſione contra omne ius & fas exuſtos eſſe turpiſſimum eſt.* Quod cum Epiſcopus reſciſſet, malè ipſum habere & quod motum maiorem fieri perſpiceret, rem ad Regem deferre, eius opem tamen fruſtra implorare. Præterea M. Ioannes Geſenicenſis Academiam Bononienſem in Italia ſuper Wiclephi ab Epiſcopo exuſtis libris ſententiam rogare, qui 7. Calend. Decembris anni 1410. hoc reſponſi accipere: [18] „propterea, quod Academiæ Oxonienſis Anglicana, & „Pragenſis Bohemica fœdus inter ſe feciſſent, non fuiſſe exurendos, ne quid aliud, quod fortaſſis ex hac contumelia pertimeſcendum eſſet oriretur. [19] Contra vero Huſſii adverſarii negocium hoc ad Papam devolvere, qui rem omnem Cardinali de Columna committere, [20] qui

Huſſius in concionibus ſuis Archiepiſcopũ inſectatur.

Academiæ Bononienſis de Wiclephi libris iudiciũ.

Huſſius Romæ accuſatus, eo citatur.

Digitized by Google

lib. 8. Rex Hussium defendendum suscipit.

Hussium Romam, ut ad accusationis capita responderet, evocare. [21] At vero Wenceslaus Bohemorum Rex, coniugis suæ, Sophiæ, Reginæ (cuius animum Hussius, cui hæc, Aventino teste delicta sua confiteri solita erat, iam omnem occupaverat instinctu, Hussii patrocinium suscipere: quod tamen rem differret, multi nobiles convenire, & cum Pragensium civitatibus Academiaque apud Regem instare, ut legatos suos Romam ablegare vellet, id quod ille facere, & 19. Cal. Februarii anni &c. 1411. summa præditos dignitate legatos Romã mittere, qui peterent, ut M. Iohannes Hussius excusatus, piusque & orthodoxus Christianus haberetur, [22] qui à suis æmulis falso accusatus ob varios ipsorum dolos & scelera fraudesque & nefaria consilia ipse Romæ comparere non posset. Papam etiam, si erroneam hæreticamq; doctrinam in Bohemia vigere putaret, Regis sumtibus legatos suos ablegare debere, qui rem omnem explorare & emendare deberẽt, ad quod omnis generis suppetias rex ipsis benigne laturus, nec hæreticos in suo regno nidificantes toleraturus esset. Præterea verò & Hussius ante statum terminum suos cum mãdatis miserat, qui multarum difficultatum, quæ ipsum ab itinere retinerent, commemoratione, innocentiæq; suę vindicatione excusare deberent: [23] Iohannes Hussius autem, quia negocium hoc omne in unius Cardinalis de Columna manibus erat, qui nullam excusationem accipere volebat, ut manifestus atq; pertinax hæreticus excommunicari. Cui ipsius Procuratores repugnare, atque ad Papam appellare, qui tandem, postquam sępiũsnè institissent, Cardinales Aquileianum & Venetum cum quibusdam aliis novos iudices constituere, qui rem in secundum ab eo annum protrahere, quo Hussius Papæ diplomatibus sese opposuit, atque omne negocium invertit corrupitque, ut infra capite 9. dicetur.

Hussius Romæ cur non comparuerit.

excommunicatus.

CAPVT VII.

[1] *Archiepiscopus Imperatorem adit.* [2] *de Rege Wenceslao conqueritur.* [3] *Pragenses ornamenta Imperatoria à Rege ablata repetunt.* [4] *Regis contumeliosum responsum.* [5] *Sigismundus fratri reconciliatus per legatos secreto cum ipso de quibusdam agit.* [6] *Suinconis mors.* [7] *de famulo suo supplicium sumtum.* [8] *Albicus ipsi suffectus.* [9] *eius avaritia.* [10] *M. Hieronymi actio in quendam institorem indulgentiarium & duo scorta.* [11] *seditio à quibusdam alias metalla fodientibus excitata.* [12] *tragicus ipsius exitus.* [13] *Hieronymi factum de sanctorum reliquiis.*

Archiepiscopus Imperatorem adit.

ARCHIEPISCOPVS, quem sæpe dixi, intellecto Regem Wenceslaum sese huic negocio immiscere nolle; sed in omnibus connivere, exsurgens in Hungariam ad Sigismundum Imperatorem profectus, suppliciter opem ab ipso petere, nisi singulari Christianismi amore ipse Bohemiam ingressus igniculum fumantem extingueret, hæreticos alia ratione coerceri non posse inquiens. [2] Graviter etiam de Imperatoris fratre Wenceslao Bohemiæ Rege conqueri, quod omnia imperatoria sacra sive ornamenta è templo, quod arci adiunctum est, tum etiam è cameris subterraneis sacelli corporis Christi, quod in medio novæ urbis foro est, abstulisset, atq; in arcem Carolinam (vulgo Carlstein) vel invitis Pragensibus devehenda, recondendaque & obsignanda curasset. [3] Quo permoti Pragẽses iam diligentissimè supplicarint, ne hoc commodi ipsis eriperet: qui tamen nihil aliud responsi accepissent, nisi: [4] *abite primum ad Bohemos vestros Magistros in Collegia, & interrogate eos, quis eam ambitionem ipsis indiderit, qua trium vocum avidi facti Germanis unam saltem concedere voluerint, quo studiosos omnes Praga expulerint, ex quibus maiora, quam ex hisce rebus, commoda percepistis? Cum ergo ipsi unius confusionis autores extiterint, quidni & ego vobis alteras turbas dem? uno eoq; præcipuo commodo vobis à Magistris vestris erepto, & cæteris carere potestis.* Sigismundus negocii huius cura suscepta indoluit, eique libenter consuluisset, nisi Turcico bello abstractus fuisset.

de Rege Wenceslao conqueritur.

Pragenses ornamenta imperialia repetunt.

Regis responsum contumeliosum.

Sigismundus cum fratre suo Wenceslao in gratiam redit.

Hagecus scribit de anno 1411. Suinconem alia de causa à Wenceslao in Hungariam missum esse. [5] Ex quo Wenceslaus cum fratre suo Sigismundo, qui ipsum captivũ Viẽnę detinuerat, in gratiã rediit, Cęsar, quę dixi, summa cum autoritate legatos in Bohemiã misit, [4] qui cũ Wẽceslao paucioribusq; intimorũ, quos habebat, cõsiliariorũ q̃ secretissimè agerẽt, de quorũ postulatis deliberãdi tẽpus Rex sibi

sibi sumsit, tandemq; responsum per Episcopum, qui ipsi à secretis, enũciavit. Norit autem benevolus lector, Suinconem antè, quam legati ii advenissent, in Hungariam profectum, ipsisq; legatis nihil aliud negocii fuisse, nisi quod Imperator Sigismundus hæresin compescere, fratrem suum, frustra tamen, monuerit. [6] Quod Suinco graviter molesteque ferens in Hungaria, ubicunq; potuit, cõmoratus est, quemadmodum & tandem Posonij sive Postinii (Germanis Preßburg) 3. Cal. Iulii, iuxta Lupacium, aut, id quod equidem propter omnes circumstantias credere malo, die Wẽceslai, quæ in autumno est, Hageco teste, anno 1411. ex dato veneno mortuus est, [7] quemadmodum & famulorum suorum quidam ad Brodam Bohemicam in vincula ductus, & ultrò, & quæstioni subiectus, Budæ à se venenum ipsi in potu, sibiq; à quodam Pragensi, (quem Hagecus nominare non vult) præter virus 15. florenos datos esse, confessus est, qui postea ob admissum facinus vivus eo in loco dissectus est. Episcopus defunctus, Posonii, ob sævissimam periculosissimi belli procellam, totos 25. annos hæsit loculo conditus hæsit, ac tum demum, anno videlicet 1436. sub initium mensis Iulii, Pragam devectus, inque templo arci adiuncto conditus est, Lupacius.

Suinconis mors.

Supplicium de famulo sumtũ.

[8] In Suinconis locum electus & suffectus est Albicus, genere Moravus, professione Medicus, & quidem Wenceslai Regis Medicus, [9] homo adeo avarus atque sordidus, ut cellæ vinariæ claves nulli nisi sibiipsi crederet, remotisq; coquis, quod sumtuosiores esse didicisset, abiectam anum, quæ nihil nisi lentes offamq; & pisa elixare didicisset, culinæ suæ præficeret. Hinc aliquando interrogatus, quonã sono aures suæ maximè offenderentur: *maxillarum*, inquit, *ossa mandentium: inde enim carnes devoratas esse necessario sequitur.* Pragenses hoc animarum pastore bono esse animo, in religionis negocio, quod volebant facere, sicut nec in toto regno vel ecclesiastica, vel publica, ut res postulabat, rectè administrabantur. [10] M. Hieronymus, alias non nimium audax, ob ignominiam sibi Viennæ à Romanensibus illatam, adiutoribus quibusdam suis, institorem quendam indulgentiarium cum duabus meretricibus capere, quibus currui impositis, pontificium diploma indulgentiarium meretricibus ad nudum pectus appendendum, per mediam urbẽ devehendos, diploma comburendum sacrificumq; cum scortis expellendũ curare. Hæc etsi anni seq. 5. Id. Iunii gesta esse probabile est: quia tamen M. Daniel Adami ea ex Cochlæo, Hussitarũ hoste in hunc annũ reducit, hic commemorare volui.

Albicus Episcopus creatus.

unicum extremum avaritiæ barathrum

M. Hieronymi actio de indulgentiis.

[11] Eodem tempore quatuor metallorum fossores Cuthnenses sive Cuthnomõtani, (Germanis von Kuttenberg) animi gratia deambulatum euntes iuxta pagum aliquem siliquas leguminis cuiusdam decerpere, quorũ tres, incidens in eos lictor, suo flagello ferreo [ad rusticani exemplum facto] occidere, quartũ quoq; aliquo usq; insequi, qui pedibus ipso tamẽ agilior, effugere, totiq; sodalitio suo tristia hæc nova referre. Quapropter illi extemplo conuenire, consultare, & deniq; istas horum rusticorum siliquas ita, ut ne unum quidem folliculum retinerent, à sese carpendas, ipsosque, si se fortè vi ipsis opponere vellent, omnino occidendos constituere. Quid fit? ubi agrum contigissent, leguminis siliquas libere deripere, pars, in primis autem pueri, in agro passim saltantes pedibus omnia proterere, lictor ab altero latere stans, nec vel unicum quidem verbulum effari ausus, cum dolore malum spectare, tandem in vicinum oppidum, nomine Malin, ubi nundinæ anniversariæ celebrabantur, clàm mittere qui cives opem ferendam rogarent, qui cum multis benè potis exsurgentes in hos irruere, mox tamen in fugam verti, ubi quisque de tectis domibusque tela & saxa in eos mittere, multosq; eorum cedere, resque eò devenire, ut nullus in foro se conspiciendum præbere auderet. Metallici visa vi, magis excandescere, subito consilium capere, domibusq; incensis omnia oppidi occidere atque prosternere. [12] In hoc tumultu ad 500. homines viros & mulieres 6. Cal. Aug. anni 1411. interiisse quidã asserunt. Rex Wenceslaus cognito hoc tã lamẽtabili malo in omnibus cõnivere, atq; in arce Toccenica cõmorari.

Hagecus & Cuthenus. Seditio à quibusdam metallorum fossoribus excitata.

Exitus seditionis tragicus.

[13] Quarto Cal. Octobris anni, quem dixi, (si tamen verè accidit, sequenti anno contigisse probabilius est) Pragæ Hieronymus novam rem moliri. Reliquias etenim sanctorum abolendas præcipere: defunctorum enim ossa adorare, vel auro gemmisq; includenda curare, non hæreticum modo, sed & stultum esse inquiens.

Hieronymi actio in sanctorum reliquias.

Digitized by Google

Duos quoque Monachos deprehendere, quorum alter ordinis prædicatorum, alter Carmelitarum erat, hos novæ urbis iudici tradere, addito mandato, ut eos inter cæteros facinorosos furesque collocaret. Imò nisi monachos hosce quidam nobili genere natus servasset, populus eos in Multavia submersisset. Hoc Cochlæus lib 3. hist. Huss. quod ego, ut reperi, sic retuli, iudiciũ autem lectori relinquere volui, ut & multi id Cochlæi aliorumve commentum esse arbitrabuntur, cuius initium inde, quod Wenceslaus imperatoria sacra in arcem Carolinam devehenda curavit, desumtum sit. Quod quidem Hieronymi factum nisi senatus & Academiæ consulto præmisso munitum, audax revera facinus sit necesse est: sed neq; cum præcedentibus, neq; cum sequentibus congruit.

CAPVT VIII.

1. Bellum inter Papam & Ladislaum Neapoleos Regem. 2. Roma obsessa. 3. Papa crucem decernit contra Regem. 4. Hussius se Papæ diplomati opponit. 5. ipsius programma. 6. argumentũ disputationis. 7. frequentia auditorum. 8. M. Marcus, Rector Acad. Prag. populum alloquitur. 9. & Hussius. 10. disputatio quomodo successerit. 11. D Leo Hussium asperiùs alloquitur. 12. seditio in populo coorta, 13. Hieronymus alloquitur coronam. 14. disputationis exitus quis fuerit. 15. conspiratio quorundã in indulgentias. 16. Hussius & Hieronymus in collegium Caroli vocantur. 17. M. Hieronymi responsio. 18. Magnif. Rector Hussium alloquitur. 19. seditio in ipsa concione. 20. Hussii actio pro captivis. 21. Hussius accipit responsum. 22. captivi capite plectuntur. 23. seditio in urbe coorta. 24. Hussius capite plexos laudat. 25. templi Bethlehem *descriptio.*

Bellum inter Papam & Ladislaum Neapolitanorum regẽ Roma obsessa.

SEQVENTI anno 1412. inter Papam Iohannem XXIII. & Ladislaum Neapolitanorum Regem crudelissimum dissidium fieri. Sedem enim Apostolicam à Iohanne Papa, cognomento, *Coba*, qui vivo adhuc Papa electus esset, illegitime occupari, Rex asserere, 2. ideoq; Romam obsidere ad quam tamen in fugam versus ita indignari, ut novis copiis conscriptis Papam cum urbe Roma delere iuraret. Quo cognito Papa cogitare: *Pauli gladius mihi iam clavibus Petri commodior atque utilior erit*, tympanoque per omnem Italiam alacriter strenueque pulsato & ipse milites colligere, utque vexilla sua absque magnis sumptibus tãto pluribus militibus vestiret, 3. crucem in omnes Christianismi terras decernere, addita hac promissione, quicunque ipsum quoque modo adiuvaret, eum ita ab ipso receptum & exceptum iri, atque si sedi apostolicæ ipsi opem tulisset. Maximè vero Bohemos, qui ad Mediolanum rem fortiter gessissent, hortari, ideoque Pontificium diploma plumbeo sigillo munitum in Bohemiam deferendum curare, 4. quod confestim Iohannes Hussius oppugnare, proximeque sequenti die Dominica in templo Bethlehem prolixe in id invehi, populique animum ita occupare, ut omnes ordines seditionem metuerent. 5. Sequenti die Lunæ 7. Id Iunii anni 1412. Iohannes Hussius publico programmate ubiq valvis templorum & cœnobiorum sive monasteriorum, ut & valvis templi, quod arci adiunctum, in arce Wissegradensi ad D. Petri, & in ponte Pragẽsi affixo, omnes Doctores, Licentiatos, Magistros, Baccalaureos, Studiosos, sacrificosque & Monachos, quibus cum ipso disputare liberet, in collegium Caroli, in quo argumenta sua publicè proferrent, solidumq; responsum expectarent, invitare. 6. In eo progrãmate, quæ sequuntur verba, totius disputationis argumentum complectuntur: *utrum secundum legem Iesu Christi licet & expedit pro honore Dei & salute populi Christiani, & pro cõmodo regni, Bullas Papæ de erectione crucis, contra Ladislaum, Regem Neapolis, & suos complices Christi fidelibus approbare?* 7. Quo publicè affixo quisque non sine magno desiderio statum tempus expectare, quo veniente & cives & studiosi auditum magno numero in collegium acurrere. 8. Rector Academiæ M. Marcus, visa tanta plebis multitudine, territus, quod tumultum metueret, Bohemico idiomate populum hisce alloqui: *discedite, quæso, paulum, amici mei: nihil enim, cuius vestra intersit, hic agitur: adeo à perpaucis vestrum, quod dicitur, nec rem, de qua agitur, dicam, intelligi.* Populus auditæ Rectoris voci magno strepitu refragari. 9 Quo cognito Hussius manu ipsis innuens silentium indicere, atq; ad ipsos orationem habere, in qua, cur hęc ita publicè affixisset, enarrare, tandem etiam, si quis esset, qui aliquid quod hisce opponeret, haberet, ut hoc statim faceret, rogare, 10. quo sermoni finem imponente, ordine opponendi initiũ fieri.

Papa crucem in Regem decernit

Hussius se Papæ diplomati opponit.

Hussii programma.

Disputationis Hussii argumẽtum.

frequentia auditorum & spectatorum

Rector magnif. Pragensis M. Marcus populũ alloquitur.

Hussius quoque populum alloquitur.

Primum

Disputationis successus.

Primum D. Wolffius iurisperitus se ipsi vehementissimè opponere, Papam cum iure Canonico defendens: post hũc D. Gœbelius, qui ius Cæsareũ sive civile tuebatur, ipsi repugnare. [11] Denique D. Leo sic Hussium affari: *te, virum iuvenem, tam ardua conari, Pragensis Academia universa summopere miratur. Tune, domine Magister, te omnium doctissimum censes? multi sane te doctiores sunt, nullus autem ita curiosus, ac tu? Rem omnibus, qui adsunt, Doctoribus, Magistris, totique Academiæ perpendendam & diiudicandã summitte, nil nisi calumnias ansamque seditionis in his urbibus atque cædis invenient. Vin te pontifici Romano opponere? abi Romam, & dic ipsi in os: eum enim lacerare, qui audire non possit, omnibus legibus adversatur. Præterea tu sacerdos es: unde igitur tibi sacerdotium, nisi ab Episcopo? Episcopus autem unde nisi à Papa? sic igitur & tu à Papa es, qui tibi spiritualis pater est. Impura avis proprium nidum conspurcat, & Cham, patris sui verenda revelans diris devotus est.* [12] Ad quæ Leonis verba populus vehementer fremere, & quod si lapidibus instructus fuisset, proculdubio quibusdam ipsum petiisset. [13] Qua tempestate ab Hussio sedata, M. Hieronymus prolixam & elegantem orationem habere, qua in omnibus capitibus Hussio assentiri, finemque faciens dicere: *qui nobis cum sentiunt, nos & sequantur: ego & M. Iohannes in Curiam ascendemus, hasque indulgentias vanas esse in ipso senatu asseverabimus.* [14] cum omnis populus acclamare. *verum est, rectè dicit.* At vero Academiæ Rector, M. Marcus, intercedere, ipsisque ne curiam ingrederentur, unde gravius quoddam malum fortassis exoriretur, interdicere, hinc unusquisq; domum suam se recipere. M. Hieronymum ceu doctiorem multi studiosi comitari, M. Hussium omnis plebs usq; ad templum Bethlehẽ sequi, indesinenter instans, ut constantem sese ostenderet.

D. Leo asperius Hussium alloquitur.

Seditio in populo exorta.

M. Hieronymi ad populum verba.

Disputationis exitus.

Conspiratio quorundam in indulgentias.

[15] Sequenti die quidam apud Valecum cauponem in taberna, quam vocant Schmerhoff, ni sese in omnia templa diffunderent, & ubicunq; sacerdotem indulgentias venditantem audirent, ei contradicerent, sese diris devovere. [16] Ultimo vero eius septimanæ die M. Rector manè M. M. Iohannem Hussium & Hieronymum in collegium Caroli vocandos curare, multisque Magistris præsentib. rogareque & hortari, ut ea, quæ ad seditionem concitandam valerent, intermitterent. Assessores, Doctores, Magistriq; etiam atque etiam instare, per Deum omnesque sanctos orare, ut ipsorum canos respicientes, suæq; ipsorum iuventutis rationem habentes ab istiusmodi proposito desisterent, ante quam laniena sive maxima cædes inde exoriretur, in qua ipsi autores facile perirent; maxime v. M. Luna, ut omnia cœpta intermitterent, cum lacrymis orare. [17] M. Hieronymus respondere: *clarissimi domini Magistri & patres, vos facilè quidem dicitis, quam grave tamen sit veritatem reticere, vos ipsi iudicate: Attamen hæc utut sint, cùm ita vehementer instetis, efficiam ut vestra petitio pondus apud me habeat.* M. Iohannes Hussius dicere: *ipse quidem, patres dilecti, seditionem metuo: quia vero pollicitus sum, absq; violatione æquitatis non ausim remittere; sed has indulgentias vanas esse, mihi omnino ostendendũ est. Vestra tamen petitionis ergo aliquanto lenius agam.* [18] Cui Rector: *nos tibi adversus Germanos astitisse, Magister mi, non te fugit: nullus tamen nostrum civibus tanto est odio, quanto tu ipse: illos enim abs te hinc pulsos, Pragensesque his sese alendi commoditatibus abs te privatos esse, aperte queruntur. Nec Germani nobis tam atrociter ac tibi minantur; sed asserunt, se, quocunq; saltem valeant modo, te interfecturos Præterea hanc ob causam in acerbum Imperatoris Sigismundi odium incurristi: maiori igitur malo evitando, vitæque tuæ conservandæ hæc in aliud tempus differ.* Hussius annuere, seq; ipsorum admonitioni convenienter congruenterq; victurum respondere, quo ipsi vehementer lætari.

Hussius & Hieronymus in Collegium Caroli vocantur.

M. Hieronymi responsio.

M. Rector Hussium alloquitur.

Turba in ipsa concione.

[19] Die Dominica manè, Iaroslao, ecclesiaste in templo arci adiuncto, quod à S. Vito nomẽ sortitum est, Hussio in suis concionibus adversanti, Stanislaus Passeccius, Polonus, arte sutor, in os resistere, sacrificumq; mendacii, quod per ipsius iugulum rediret, palam arguere, quem arcis custos, vir princeps, veteris urbis senatui captivum tradẽdum curare. In templo Theinano, ecclesiastes Papæ diplomata defendere: quidam autẽ, Martinus Krschidesco prodire, & dicere: *iam vero Papã, qui contra sanguinem Christianorũ crucem decernat, verè AntiChristum esse liquido patet,* qui & ipse similiter in vincula coniici. Alius quidam Ioannes Wschetetzkęus, alias Hudecius, Slana oriundus, Monachum [concionantem] in monasterio, quod est iuxta D. Iacobi, maximis conviciis consectari, qui eodem planè modo correptus in carcerem mitti. [20] M. Iohannes Hussius magno captivorum periculo perspe-

M. Hussi

Actio in senatu pro captivis.

Responsum Hussio datum.

ſpecto magnum numerum ſtudioſorum aſſumere, quæque veteri in urbe eſt, curiã anno 1412. 4. Cal. Iulii ingredi, petereque ut admitteretur, quo impetrato conſulem ſenatumque rogare, ne iuvenes hi propter haſce indulgentias de vita periclitarentur.[21] Conſul cum ſenatu paulum conferre, tum deniq; ſic reſpondere: *Te, dilecte Magiſter Ioannes, ad ignem, qui te non urat, exſtinguendum, periculoſamque eo pacto ſeditionem concitandam conatum habere, vehementer omnes miramur. Atqui quod Academiæ deſtructione, Studioſorumque profligatione celeberrimis hiſce urbibus, totique Bohemiæ regno irreparabile damnum dediſti, te ſatiatum putabamus: & tamen etiamnum pro hiſce hominibus, inter quos, ut ſacerdotibus contradicerent, ſeditionemque conflarent, conveniſſe ipſorummet teſtimonio evincitur, nos rogas; neve eos ob iſtas indulgentias puniamus, in petitione tua innuis: atqui de indulgentiis nihil omninò; ſed ſaltem de eo, quod ſacerdotibus concionantibus maledicentes, neque ſacrario, neque plurimis aliis bonis honeſtiſque parcentes, ſeditionem concitare voluerint, ut ita aliorum bona diripere, tantamque cædem efficere poſſent, ut quaſi rivus ſanguinis fluere conſpiceretur, de eo, inquam, nobis conſtat. Hoc igitur crimen impunitum dimittere nobis graviſſimum eſt. Tu tamen cum ſtudioſis tuis bona pace domum abi; illi tuam deprecationem pondus apud nos habuiſſe, vel hodie, vel cras perſentiſcent.*

Captivi capite plectuntur.

Tumultus in urbe excitatus.

Huſſius gratiis ipſis actis è curia diſcedere, in foro ultra bis mille viros plebeios reperire, quibus dicere: *ite ſaltem bona pace domum, gratia captivis impetrata eſt*: in quo cives acquieſcere.[22] Senatus intereà carnificem clam advocandum, captivosq; in veteris urbis curia capite plectendos curare, quod ut planè ſecretè geſtum fuerit, ſanguine tamen extra Curiæ ianuam effluente proditum,[23] tumultus in urbe cauſa eſſe, in quo interemptorum corpora vi rapta, graviſſimo populi, ſanctiſſimos Chriſti martyres eos aſſerentis luctu, linteo involuta precioſo, & in templo Bethlehem ſepulta ſunt. In foro ſupplicio affectos Hageus & Cuthenus ſcribunt, id quod tamen, ob civium & præcedentem & ſubſequentem tumultum, non videtur veriſimile: quiſque tamen quod vult credat. Proxima die feſta ſequente Huſſius nullam planè eorum mentionem facere;[24] ſecunda autem ſummis eos, & quidem ultra martyres, laudibus efferre, id quod ſenatum male habere, qui per nuncium ipſi valdè ſevere præcipere, ut hos tacens verbum Dei doceret.

Huſſius capite plexos laudat.

Templi Bethlehem deſcriptio.

Quoniam templi Bethlehem ſæpe facta eſt mentio, quod ab Huſſio quoque in ſuis epiſtolis celebratum eccleſiaſtis & Pragenſibus diligentiſſimè cõmendatur, quale hoc tempore ſit, deſcribam:[25] *Pontem* transgreſſus ſi veteris urbis Circum adire velis, ad dextram concedas oportet, perveniſq; ad D. Ægidii, nec procul inde ad Collegium Lazari, iuxta quod templum Bethlehem, quod dixi, ſtat, cui additum eſt hoſpitium pauperum. Latum eſt, nec altum templum, concameratum, in quo Auſtrum ſive Meridiem verſus puteus rotundus, elegãtibus lapidibus quadratis eductus, quatuor ulnas profundus, dulciſſimã aquam continens, ante aliquot annos conſtructus. In hoc templo multi Germani, & inprimis Norici, ſepeliuntur, equidem tamen nihil antiquum, meo propoſito conveniens, reperire potui, ſolum Huſſii ſuggeſtum adhuc ſtat, quod non rotundum, ſed quadratum ex tæda factum, pannoque circundatum, in quo ad dextram M. Hieron. depictus eſt, qui cippo alligatus exuritur: in medio M. Ioannes Huſſius, ſubter quo carnifices igni nutrimenta admovere certant, quorum quidam ipſius libros, alter lectum in ignem coniicit. In ſiniſtro latere D. Ioannes aheno fervidi & bullientis olei pleno inſider, cuius cacabum vel ſartaginem plenam lorarius quidam capiti eius offundit. Quod ſuggeſtum ſi conſcendere velis, primo per anguſtum oſtium templo exeas oportet, inde ad dextram ſacellũ eſt, in quo M. Ioannis Huſſii veſtis ſacerdotalis eſt, tota nigra, holoſerica. In eodem hoc ſacello capſa eſt, in qua in arcula quadam iacet infantulus quidam, ex eorum numero (quod populus docetur) quos Herodes interficiendos curavit, arcula illa trium eſt ſpithamarum, viridi ſed auropicto panno velatum obductumque. Aperta illa arcula apparet infans, totus, planè lapidis inſtar rigidus, viridi quoq; ſericoq; linteo involutus, in cuius capite nullam planè futurã equidem cernere potui, ictus punctu (ut aiũt) puello inflictus circa femur internè ſurſum ad cordis latebras ductus, oſtenditur. Ex hoc ſacello egreſſus, per ſcalas potes aſſcendere in ædes, quas adminiſtrator incolit, quas ſi inviſere nolis, cubiculum quoddam tranſiens ad ianuam pervenis, qua ad Huſſii ſuggeſtum, quod docens conſcendit, deduceris, ad cuius ſiniſtram

ſcamnum

scamnum est, cui insedit, id vero iam planè putre est & cariosum. De hoc suggestu omnes nationes minuta quædam segmenta abscissa, signum se cum auferunt, ut & quibusdam in locis ita conscissum est, ut pugnũ per foramen trãsmittere queas. E suggestu egressus ulterius asscendis, & pervenis in hypocaustum atque cubiculum, in quo Hussius habitavit. Hypocaustum omnino incrustatum est, habetque versus ortum solis duas fenestras atavito modo factas, per quas lumen hypocaustum irradiavit. Atque hæc de templo Bethlehem deque Hussii habitaculo, qui alias etiam in Collegio Caroli IV. quod alias *Collegium maius* dictur, in parvio quodam & satis obscuro hypocausto habitavit, in cuius honorẽ Nicodemus Frischlinus manu propria distichon hoc ianuæ inscripsit:

Frischlinus manu propria:
Hæc olim hæreseos damnati crimine falso
Hußi, dum vixit, parva taberna fuit.

Caput IX.

[1] *Albicus Archiepiscopatum vendit.* [2] *Hußius Romam à Papa citatus,* [3] *graviter in Papam dicit.* [4] *Gerson ad Archiepiscopum Pragensem literas dat.* [5] *Papa Hußii procuratores Romæ iniquius tractat.* [6] *Pragæ sacra suspendit.* [7] *Hußius Praga abit,* [8] *à Papa ad Deum opt. max. appellat.* [9] *in arcem Cracovitiam se confert.* [10] *cum rustico confabulatur.* [11] *dissidium Pragæ exortum* [12] *Legati Hußii causa Romam missi.* [13] *Papa ad Regem Wenceslaum dat literas.* [14] *prodigia bellum Hußiticum præcedentia.* [15] *Cometa.* [16] *eclipsis.* [17] *turbo.* [18] *tenebræ* [19] *nix sanguinea.* [20] *crux cum serpente & gladio.*

ALBICVS Archiepiscopus profundum avaritiæ barathrum, visis Pragæ seditionibus terreri, quidque factu optimum esset, cogitare, & quia neminem edentem æquis oculis videre poterat, cum Westphalo quodam Conrado, Decano Wissegradensi, regnique Bohemiæ (ut vocant) SubCamerario, de Archiepiscopatu contrahere, in quo contractu eum aliqua pecuniæ vi divendere. Quare Conradus, Regis Pragensiumque conventus (*capitulum* dicere solent) permissu eum 15. Calend. Februar. anni 1413. acceptare Hussium frequenter ad se vocare, doctrineque suæ rationem audire, parum tamen, nisi vt de indulgentiis sileret, efficere.

Albicus Archiepiscopatum divendit.

Germani, cognito quid Hussius Pragæ de indulgentiis fecisset, maxima lætitia perfundi, facile coniicientes, ipsum semet in summum periculum coniecisse, rem ad Papam deferre, [2] qui extemplo M. Iohãnem Hussium Romam, rationem redditum, evocare. Hussius, si se sisteret, quid de se futurum esset, prospiciens, sibi metuens eoque abire recusans, [3] in omnibus & singulis concionibus suis in Papã invehi, cui, quod æqualis ipsi sacerdos esset, nec ius, nec autoritas ipsum vocandi esset. Videns etiam hoc plebi probari, pergere, Wiclephique libros, quos Archiepiscopus Suinco per summam iniuriam exurendos curarat, commendare, dicens, ipsum de Papa quod cæteris similis esset, recte scripsisse: item, de statuis, quod nõ necessariæ siveinutiles: de sacerdotibus, quod pauperes esse deberent: confessionem auricularem, inutilem: mortuos non necessario in cœmeteriis sepeliendos: horarum observationem, quæ fiat à precantibus, abstinentiamq́; traditiones humanas esse, nullo in sacris literis fundamento nixas. Cui proposito suo sacrifici se ubiq́; opponere, Hussiũ in suis pulpitis supra modum criminari, id quod Rex quidem scire, nihil tamen dicere. ad omnia connivere, in arcibus Toccenicea, Ziebracca, & Cunratice commorari, nec Pragam, ne in seditione quadam forte caperetur, concedere velle.

Hußius Romã citatur.

in Papam strenue invehitur.

Sacrifici Hußium criminantur.

Rex Wenceslaus ad omnia connivet.

[4] Anno Domini 1413. 5. Cal. Iunii Ioannes Gerson, Theologicæ facultatis Parisiensis Decanus, ac postea Regis Galliæ Cancellarius, datis ad Archiepiscopum Pragensem literis ipsum, vt zizania (quibus doctrinam à M. Ioanne Hussio in Bohemia sparsam significans) ex agro Domini evelleret, (ita scribere pergit) potestatemque secularem, re ita postulante, ultra Regis operam assumeret. Circa finẽ suarum literarum inquit, se ipsi Regis Galliæ, ut & Academiæ Parisiensis diploma apertũ mittere. Sed quid bonus ille Archiepiscopus faceret? res apud nobiles ignobilesq́; & proceres eo devenerat, atq́; in tantum excreverat, ut nullo modo op-

Gerson ad Archiepiscopum dat literas.

Digitized by Google

primi supprimique posset: imò, quod & amplius erat, Archiepiscopus Hussium ne extremo levissimoque digito quidem attrectare auderet; sed rem omnem, quo erat loco, relinquere cogeretur. Multæ interea literæ, multi arcani clandestinique nuncii, quibus, quæ literis committenda non putabantur, expedienda verbis cõmittebantur & demandabantur, Romam mitti. Quare sanctus pater Papa aliud consilium capere, & quia Cardinales, quos dixi, Hussiũ excommunicarant, [5] procuratoribus ipsius Hussii ardenti studio instantibus silentium indicere, cui quidã refragantes in sævos carceres coniici, cæteri Roma expelli. [6] Præterea Papa 8. Id. Iunii eiusdem anni omnibus sacrificis, qui Pragæ erant, Missæ celebratione, aut ullius sacri, veluti sepulturæ mortuorum, baptismi infantum & similium administratione, quantisper Hussius (quem concionari, sacra celebrare, cæterosque ecclesiasticos ritus usurpare omnino prohibebat) Pragæ esset, interdicere. Quo mandato publice promulgato omnes sacrifici sacra intermittere, nisi in solo templo Wissegradensi: unde nova turba & rixa, cædesque inter eos, qui Hussium vel laudabant, vel vituperabant, exoriri.

Papa procuratores Hussii iniquius tractat.

Praga sacrorũ celebrationem suspendit.

[7] Hussius viso quid, se Pragæ remanente, fieri posset, ultro Praga exire, seque ad Dominũ suum, Nicolaum de & in Hussinecz (abs quo pago M. Ioannes cognomen suum traxit) conferre. Quo in loco multos libros scribere, qui tomis suis (postea anno 1558. à Petro Montano, & Ulrico Neuber Norimbergæ in folio, quod dicũt, excusis) inserti sunt, populum quoque docere, plurimosq; in suas partes pertrahere, [8] atque à Papa ad iustissimum Iesu Christi tribunal sequentibus verbis provocare: *Siquidem omnipotens, unus essentia, trinus personis, Deus, omnium, qui opprimuntur, perfugium & præsidium est, veritatis conservator æternus, eorumque, qui ob eam iniuste patiũtur, vindex, qui vinctos solvit, voluntatem eorum, qui liberali timore ipsum prosequuntur, adimplet, qui, absquibus diligitur, eos servat; qui autem obfirmati in peccatis peccare pergunt, iustis pœnis afficit; & Iesus Christus, verus Deus & verus homo, in gravissimis suis malis à summis sacerdotibus, legisperitisque & pharisæis, falsis iudicibus testibusque ignominiosa sua morte, ab æterna damnatione à Deo ante iacta mundi fundamenta, electos Dei filios redimere & liberare voluit; successoribus suis insigne hoc exemplum reliquit, ut omnipotenti cunctaque scienti Deo res suas demandent, hisce verbis*: Domine, respice mala mea, in me enim adversarii mei insurgunt, & tu mihi adiutor es, tu meus es liberator. Id quod tu, Domine, mihi notum fecisti, & intellexi, tu mihi consilia ipsorum aperuisti, & ego eram ut mitis agnus, qui ad occisionem ducitur, nec senseram. Consilia enim adversus me ceperunt, dicentes, venite adoriamur eum, & è terra viventium exterminemus, ne nominis sui memoria redintegretur. At vero tu, Domine Zebaoth, qui iuste iudicas, cordaque & renes scrutaris & exploras, suscipe vindictam mei, deque ipsis pœnas sume, tibi ego causam meam commisi: illi enim multi sunt, qui me vexant, consilia in me struunt, dicentes: Dominus ipsum dereliquit: eia, persequimini & capite ipsum. Respice me, Domine, & perpende: tu mea es patientia, libera me ab hostibus meis. Domine, tu mihi es adiutor, ne recede à me: nam urgeor angustiis, nec est qui me liberet. Deus mi, Deus mi, respice me: quid me dereliquisti? canes me circundederunt, malorumque caterva me cingit. Dolose veteratorieque & vafre mecum loquuti sunt, virulentis suis sermonibus me circumvenerunt, nulloq; labore me superarunt. Dum me amare deberent, infensi mihi sunt: bonum malo compensant, amorem, quo me prosequi debebant, in odium cõvertunt. *Sancto hoc utiliq; mei redemptoris exemplo, ego falsa iniustaque sententia, diris Papæ à Scribis, Pharisæis & iudicibus, Mosis cathedræ insidentibus crudeliter oppressus, Deum meum appello: ipsi causam meam commendo: sancti Patriarchæ Constantinopolitani Ioannis Chrysostomi, à duobus Episcopis ecclesiasticisque Conciliis condemnati, & sancti Episcopi Andreæ, quõdam Archiepiscopi Pragensis, Robertique Episcopi Linconiensis exemplis, qui à Papa ad summũ iustissimumq; iudicem, nullo metu contremiscentem, nullis donis inflexilemq; & corruptibilem, qui nullis falsis testibus decipi seduciq; potest, humiliter summo suo bono iniquissime oppressi provocarunt. Ex intimo quoq; cordis affectu opto, ut omnes Christiani, Principes inprimis, Despotæ equites, subditi cæteriq; regni Bohemiæ incolæ hoc rescisçant, mihiq; diris illis, quas dixi, oppresso, impulsoribus saltem meis acerrimis adversariis, Michaele de Causis, opera & Consilio Canonicorum Pragensium, qui eas è Petro sancti Angeli, Romanæ ecclesiæ Diacono, quem Ioannes XXIII. iudicem delegit, extorserunt, qui tamen meã causam agentibus Advocatisq; & Procuratoribus*

Hussius Praga excedit.

à Papa ad Deũ opt. max. provocat.

Psal. 25.
Ier. 11. v. 18.

Psal. 71. v. 11.

Ps. 22. v. 12.

Ps. 35. v. 12.

integrum

integrum fermè biennium neutram aurem præbuit, id quod tamen nulli vel Iudæo vel Ethnico vel hæretico denegandum: imò neque solidam excusationem, cur ipse emanserim, neq; me Romæ sistere & valuerim & voluerim, audire voluit, multo minus Academiæ Pragēsis testimoniū sigillo eiusdē munitū, ut neq; quorundā Notariorū, ceu testiū, subscriptione confirmatū documētū acceptavit. Ex quo, me nullo modo contumacē fuisse, siquidē nō ex contēptu, sed legitimis de causis, vocatus ad Pontificiam sedē, non comparui, luce meridiana clarius videre est. Insidiæ mihi ubiq; structæ erant: aliorū pericula me cautiorē reddebant, procuratores mei me improbo incendium sese subituros & ipsi spondebant, quem cum plena potestate Romā ablegaveram, nulla (arbitror) de causa in carcerem coniectus est. Quoniā igitur omni iure, tum divino veteris & novi testamenti, tum civili cautum est, ut iudices locum, in quo factum commissum & perpetratū est, adeant, atq; invisant, de rei cōditione eos, qui ex quotidiana conversatione ipsū probe norunt, nō aūt adversarios ipsius aut calūniatores, verū viros bonos Deiq; præceptorū amore flagrantes interrogent; deniq; quia mihi reo & vocato nec locus tutus dictus, iudexq; & testes mei hostes sunt; occasionē cōparendi mihi sublatā atq; resectā esse, meq; corā Deo à contumaciæ crimine vanisque illis diris atq; execrationib. excusariq; & liberari patet. Hoc meæ provocationis documētū ego Ioannes Hussius Domino meo Iesu Christo, iustissimo iudici, & uniuscuiusq; hominis iustam causam cognoscenti, tuentique & vindicanti, trado.

in arcem Cracovetiam se confert.

[9] E patria sua Hussius in arcem Cracovetiā se cōferre, passim in circūiacentibus oppidis pagisq; & vicis cōcionari, multāq; plebem ad se allicere, quæ ipsum catervatim sequi, doctrināq; ipsius præclarè commendare.

cum rustico confabulatur.

Accidit autem ut aliquando in deserto quodam Nachlistiovio in Papā & Cardinales (id quod in concionib. suis plerisq; omnib. facere solebat) vehementer inveheretur,[10] qua concione finita rusticus quidam fidelem se simplicēq; simulans ipsum adire, ac dicere: *dic, quæso, nobis domine Magister mi, quid Papa aut Cardinalis Bohemice significet: aut nū ipsorū, de quib. tot verba facis, quenquā videris?* cui Hussius: *nullū ego, homuncule mi, vidi, nec videre cupio. Quorsum ergo,* inquit rusticus, *nobis tā multa de ipsis, eosq; quos nunquā videris vel exploraveris, tā graviter accusas? equidē aliquando cum parente meo Romā peregrinatus sum, ubi Papā nonnullosq; Cardinales vidi, quos etiānū pietati ita intētos esse arbitror, quales unquā viderim. Cum ergo tibi mi senex, ita placeant* respondere Hussius, *redi ad ipsos, & cum ipsis mane, ævū exigens.* Rusticus caput quassans, regerere: *ego iam consenui, Magister mi, neq; possum strenuè pergere; tu vero iuvenis es: abi igitur, quæq; hic garris, ipsis in os dic, qui tibi mox respondebunt.* Quo rustici nobilis audito ipsi silentium indicere: M. vero Hussium secum in arcem suam assumptum benigneq; & honorifice habere.[11] Ut autem ad Pragam redeam, Hussio inde digresso maior populi motus fieri: maior enim populi pars doctrinæ ipsius desiderio flagrare: cæteri vero, qui Papæ adhærescebant, quiq; ob pulsos Germanos ipsum oderant, ne unquam pedem in urbē figeret, precari. Et quia diplomate Pontificis Wiclephi libros exurere, Hussii doctrinā exstinguere, intra novem menses ad sedem Petri mittere, qui hisce cæterisq; omnibus ex asse satisfactum referrent, debitāq; obedientiā omnē spponderent, utq; Hussius Romam veniret efficerent, Pragenses Bohemiq; & Moravi iubebantur;[12] Pragenses Bohemicæq; gentis nobilitas doctos sapientesq; & prudentes viros, qui Hussium (id quod ipsi quoq; consultum erat) venire nolentē, omnemq; Bohemiā excusarēt, proq; ipso orarent, ablegare.[13] Verùm Papa iratus audire nolle; sed 4. Id. Iunii literis ad Wenceslaum datis atrociter ipsi, nisi Wiclephi doctrinā opprimeret, minitari: Rege vero seditionem populi pertimescente, nec ullius huius rei, donec M. M. Ioannes Hussius & Hieronymus Pragensis exusti, bellaq; mota fuissent, omniumq; rerum maxima esset perturbatio, curā gerente, Papæ conatus isti omnes irriti esse. Ante vero quam ad causarū belliq; cōmemorationē deveniā,[14] ostenta quędā, quæ præcessere, puto operæ precium esse ut enarrem.

Dissidium Pragæ exortum.

Legati Hussii causa Romam missi.

Portenta belli Hussiticum portendentia.

4. Cometæ

Eclipsis.

Turbo.

Tenebræ.

[15] Inprimis, cuius tamen causæ naturales sunt, anno &c. 1401. 1402. 1403 & 1404. quatuor Cometæ apparuere, singulis annis novus. [16] XVII. Cal. Iulii anni &c. 1406. tanta erat eclipsis solis, ut qui paululum à sese invicē distarent, se vix possent agnoscere. [17] Anno Domini 1413. 8. Cal. Decembris biduū integrū tantus erat turbo, qui arcibus, templorū turribus, urbibus, oppidis, pagis, inprimis autē sylvis magnum damnū attulit. [18] Anno &c. 1415. 7. Id. Iunii sole in 24. gradu manè tantæ fuerunt exortæ tenebræ, ut volucribus in terram delapsis stellæ apparerent. Ideoq; M. Laur. in suis historiis scribit, *Constantiæ absq; candelæ lumine Missam*

» *nullam celebrari potuisse, in testimonium, solem iustitiæ, Christum, in Prælatorum, qui Hussium* »
» *interimere iam decreverant, cordibus obfuscatum esse.* [19] Præterea anno &c. 1416.

Nix sanguinea. Crux purpurea iuxta serpentē & gladium sanguineum.

8. Cal. Martii mane iubare diei exoriente in multis Bohemiç locis sanguinea nive tellus digitum altè cooperta est.[20] Circa Meridionalem quoq; plagã iuxta sanguineum serpentemq; & gladiũ purpurea crux, & ipsa tandem, sole ad occasum vergente, in ensem conversa eodem anno 6. Cal. Octobris multis visa est. Quid eiusmodi portenta portendant, ex hisce commentariis attẽtus lector facile perspiciet. Sunt (ut breviter dicã) Dei opt. max pœnã maturantis, præcones & apparitores.

Capvt. X.

[1] Dissidium inter tres Papas. [2] Sigismundus à Papa Concilium efflagitat. [3] Constantia Concilii locus. [4] Hussius ad Concilium vocatus. [5] Pragam venit. [6] Programma figit. [7] doctrinæ suæ rationem ecclesiasticis Pragensibus reddere vult. [8] à Rege contra ecclesiasticos Pragenses testimoniũ petit. [9] Episcopus Nazarenus Hussio bonũ testimoniũ impertit. [10] Comitia Pragæ facta. [11] Hussius ab Archiepiscopo testimoniũ postulat. [12] Bohemici proceres Hussio ab Imperatore publicæ fidei diploma impetrant. [13] Hussio comites adduntur. [14] Hussius abit Constantiam [15] ipsius literæ, quibus Bohemis valedicit.

Sigismundus Imperator, acer amator Christiani decori ordinisq; in dissidia Christianismi, maxime vero Romæ, ubi à morte Innocentii VII. qui Benedicto XIII. (qui vixerat usq; ad Concilium Constantiense) successerat, magnum certamen erat, oculos convertere. Gregorius enim XII. ecclesia Christiana poscente, se Papali dignitate se abdicaturũ iureiurando cõfirmarat, id q. tamẽ, etiã Concilio Pisano postulante, (q. & Alexandrũ V. elegerat, q. saltem 11. menses sederat, quo vita functo Ioannes XXIII. electus est, q. cũ Bened. XIII. & Gregorio XII. p̃sidebat) quia dulce erat, isq; dignitate & amplitudine illa mirifice delectabatur, p̃stare recusabat. Trium itaq; Pontificũ quisq; alterũ dirarũ fulmine petere: primus Romæ sedi B. Petri insidẽs Ioannes XXIII. alias *Balthasar Costa* dictus: alter Gregorius XII. alias *Angelus de Corario* appellatus, & Arimini in Italia habitans: tertius, iã pridẽ remotus, erat Bened. XIII. alias *Petrus de Luna*, sedẽ suã in Hispania habens. [2] Quã ecclesiç Romanç lacerationem Sigism. Imp. resarcire volens, crebris literis, ut cõmodo in loco Conciliũ convocaret, à Papa postulare.[3] Ioannes Papa, papatũ suum à Concilio approbatũ iri putans, acquiescere, Constantiãq; Germaniæ urbẽ ad id eligere. Cæsar lætari, unoq; anno Germaniã, Galliã, Hispaniã, Angliã, Italiã peragrare, apud omnes Principes Christianos, ut Cõcilio adsint, eiq; se submittãt, instare:[4] præcipue vero Bohemi, & ex iis M. Ioannes Hussius eo vocari, qui nõ cũctari, ab arce Cracovetia [5] Pragã redire, ibiq; aliquandiu privatus vivere.[6] Iamiam aũt abiturus, ad basilicas cæteraq; templa omnia, ad collegia, ad monasteria pontemq; Pragensem programma affigere, quo significare, se Concilio se staturũ, ibiq; doctrinæ suæ rationẽ redditurum:[7] q. si tamẽ Archiepiscopus postularet, se in p̃ximo omniũ Prælatorũ atq; religiosorum Pragensium conventu summisse cõpariturum, ipsorumq; sententiã auditurum. Eodẽ etiã die Bohemico quoq; idiomate programma eiusdẽ fere argumẽti, sed quo ad verba aliquanto asperius, p̃pterea quod adversarios suos aliquanto gravius adoritur, seq; ab ipsis calumnia opprimi, nulliusq; erroris convinci asserit, affigendum curare.

Tres Papæ simul.

Dissidium inter ipsos.

Sigismundus Imp. à Papa Concilium efflagitat.

Constantia Concilii locus Hussius ad Concilium vocatus Pragam redit.

programma figit.

Pragensibus ecclesiasticis doctrinæ suæ rationem reddere vult.

A Rege Reginaq; contra ecclesiasticos testimonium petit.

[8] Aliquot dieb. post ad Regẽ Reginãq; literas dare, quib. ait, se ab Archiepiscopo petiisse, ut audiretur, &, quem vocant, hçreticus error diiudicaretur: quo facto cum ille supsederit, eius rei testimonium sibi suppliciter à Rege omnino efflagitãdum esse.[9] Utq; insuper eo melius sese muniret, à Nicolao Episcopo Nazareno, Regni Bohemiæ Inqsitore missis p̃curatoribus petere, ut ubi & quo modo erraret, ipsi indicaret: quod si autẽ nullũ errorẽ in ipso animadverteret, id testimonio scripto cõfirmaret. Qua petitione audita Episcopus respondere: se p̃sentibus multis bonis viris & notariis publicis cum Hussio sæpius contulisse, *ipsumq; doctum sapientem piumq; & orthodoxum deprehensum esse*, nec sese habere, quod in ipso reprehendat, nisi quod à Papa excõmunicatus sive dirarum fulmine tactus atq; p̃scriptus esset, cuius quidẽ rei testimoniũ Episcopus scripto, quod sigillo suo munierat, ipsi perhibere.

Episcopus Nazarenus Hussio bonum testimonium dat.

Comitia Pragæ gesta.

[10] Interea Pragæ in cœnobio Iacobæo panegyris celebrari, in qua ordines frequentes congregari:[11] cum Hussius ad Dominos, Equites, civitatumq; proceres scripto petere, ut Archiepiscopum in suum & totius ditionis honorem interrogãdum curarent, an Hussius hæretica doceret? quod si ipsi ulla ex parte ostenderetur

Hussius ab Ar-

tur

tur, sese Archiepiscopo in Bohemia docilem se præbiturum, beneq; monenti obsequuturum: sin minus, orare, ut scripto suo testimonio id comprobarent. Domini extemplo ad Archiepiscopum super ea re mittere, respõsumq; accipere, *Hussium ab ipso hæresᵹos convinci non posse: saltem ipsi obstare, quod Papæ execrationibus devinctus & constrictus esset, quibus sese expediret, necesse esset.* [12] Quo audito Domini Cencho Wartembergius, Burggravius Bohemiæ, Bocceccus Poggiembracius, Guilielmus Wartembergius literis ad Sigismundum Imperatorem Romanũ datis petere, ut Hussio diplomate caveret, cuius præsidio tutus & cõcilium adire, & inde domum reverti posset. [13] Interea Bohemorum Rex Hussio ꝓmptioris defensionis ergo Dominum Wenceslaum à Lesten (alias à Duben vel Quercu denominatum, quæ familia, iam Despotæ à Berca dicuntur, primiq; Despotę in Bohemia sunt, qui à Iaromiro Duce privilegia sua anno 1003. acceperũt, quoniã ipsum Hoguora è Guirschovicciorum manibus liberavit) & Ioannẽ Chlumæum comites addidit, abs quibus Constantiã deducendus & inde in Bohemiã reducendus esset. [14] Hussius ergo Cracovetia exsurgens 5. Id. Octob. anni 1414. cum suis comitibus, Deo auspice, Constantiam abituriens has ad Bohemos vernacula lingua literas dare:

chiepiscopo testimoniũ petit. *Despota Bohemici ab Imp. Sigismund. fidem publicam Hussio efflagitant.* *Hussio comites adduntur.* *Hussius Constantiam abit.*

[15] *M. Ioannes Hussius, spe Dei servus, omnibus fidelibus fratribus atque sororibus, qui verbum Dei ex me audiverunt, atque acceptarunt, à Deo patre & Spiritusancto in nomine Domini nostri Iesu Christi pacem solidamq; consolationem, qua firmi via Domini insistere possitis, imprecor & exopto. Vos aliquandiu a me bona fide verbum Dei, nec à Christiana religione alienam hæreticamve doctrinam edoctos esse, dilecti fidique fratres, probe nostis, dum etiam vixero, animarum vestrarum salutis studiosus ero. Antequam Constantiam abirem, concionem equidem habere, qua vobis extremam salutem dicerem, falsaque testimonia una cum ipsis testibus, quibus me disperdere cogitant, refellere constitueram: temporis autem angustia prohibitus, idque in aliud tempus differre coactus sum. Quotquot igitur hoc nostis, ne me erronei dogmatis ergo grave aliquid fortasse subire cogitate, misericordia divina confisi in vero persistite, veritatem enim Deus opt. max. vobis per me bonum fidumq; animarum vestrarum pastorem agnoscendam, mihique, ut vos vobis à falsis doctoribus cavere possitis, defendendam tradidit. Ego iam libero regioq; comitatu munitus ad plurimos potentissimosque hostes abeo, nec, id quod re ipsa experiemini, falso in me testimonio parcetur. Plures insuper in Concilio mei hostes erunt, atque Domini servatoris nostri Christi fuerunt, primum quidem ex Episcoporum atque Magistrorum, deinde è profanorum Principum & pharisæorum numero: Ego vero Deo opt. max. creatori & redemptori meo innitor, qui sua promissionis virtute assiduisque & ardentibus precibus vest[illegible]n quo se facilem præbet) evictus, me sapientem facundumque reddet, ita ut ipsis resistere sanctique spiritus ope in veritate sua persistere potis sim, ita ut ne inferni quidem portæ me ab ipso divellere valeant. Nec mihi dubium est, quin gratiam suam mihi sit impertiturus, qua confirmatus læto constantiq; animo tentationes, vincula carceres, ipsamq; quãtumvis ignominiosam mortem asperner, quemadmodum etiam Christum suorum causa passum esse videmus, quo quidem exemplo nos sua causa nostroq; bono patienter omnia negligere docuit. Ille ille Deus est; nos res ab ipso conditæ: ille Dominus; nos servi ipsius: ille totius mundi dominus; nos miseri homunciones: ipsi nulla re; nobis omnibus opus est: ipse passus est; quid ni ergo & nos patiamur, passione inprimis sua nos à peccatis mundante? revera qui in ipsum credit, inque veritate ipsius persistit, dispereat fieri nequit. Proinde, dilecti, ut me, si ad sanctissimi nominis sui gloriam vergat, spiritu instruat, qui me ita confirmet, ut in agnita veritate persistam, quiq; me ab omni malo liberet, precibus assiduis contendite, utque mortem meam, si ea Dei gloriam celebrare debeat, acceleret, gratiamq; suam mihi largiatur, ut malum illud, qualecunque sit, alacri animo perferam. Quodsi vero mihi saluti sit, & ad vos redire valeam: fac dilecte pater, ut absque omni conscientiæ meæ labe atque violatione redeam, id est, ne vel minimum à sanctis euangelii Iesu Christi veritate recedam: verum ut claram hanc salutaremque veritatem magis magisque addiscam. AntiChristi doctrinam deleam, fratribus nostris insigne exemplum, quod imitentur, relinquam. Me Pragæ forte posthac non iterum videbitis. Quodsi vero Deus opt. max. ex divina sua voluntatis ratione hoc omnino faciat: tanto maiore alacritate in lege Dei addiscendâ proficiemus, maxime vero, ubi in æterna lætitia gloriaque convenerimus. Iustus est Deus & misericors, suisque & hic & illic pacem dat, eosque gaudio complet. Ille, qui nos, suas oves, sanctissimo preciosissimoque sanguine suo redemit atq; mundavit, cuius sanguis causa salutis est, vos servet atque custodiat, eamque vobis gratiam, qua voluntatem suam adimplere valeatis, qua perfecta pacem æternamq; beatitudinem cum omnibus præceptorũ ipsius observantibus cõsequamini, largiatur per Christum Iesum, verum Deum & verum hominem, è B. virgine Maria natum, cui honor in omnia secula. Cracovetia 6 Id. Octobris.*

ipsius ad Bohemos literæ, quibus ipsis valedicit.

Hanc epistolam Bohemice scriptam adversarii ipsius sinistre in Latinum sermonem transferre, & contra ipsum in Concilio producere.

CAPVT XI.

[1] *Ioannes Papa Hussium expectat.* [2] *Hussius Norimbergam perveniens programma figit.* [3]

cum

Digitized by Google

cum ecclesiarum ministris confert. [4] *inde ad Bohemos scribit.* [5] *Imperatoris diploma, fidem publicam concernens accipit, cuius verba recitantur.* [6] *pervenit Constantiam.* [7] *legatos ad Papam mittit.* [8] *Papæ responsum.* [9] *Hussii hostes.*

Ioannes Papa Hussium expectat.

IOANNES Papa in Concilio ad Cal. Novembreis anni 1414. indicto, reliquos duos Papas remotum, se verò in Papali dignitate confirmatum iri putare, ideoq; satis tempestive splendideq; Constantiam advenire, Hussiũq; cuius causa in Cõcilio cognoscenda erat, ardenti desiderio expectare. [2] Hussius autem sensim è Bohemia in Sueviam abire, in omnibusque oppidis, quæ transibat, dicere, M. Ioannem Hussium iam Constantiam doctrinam ibi suam defensum, proficisci, & 11. Cal. Novemb. Noribergam perveniens, quę sequuntur verba, Germanice Latineque ad valvas templorum urbis affigere: *M. Ioannes Hussius iam Constantiam tendit, fidem, quam habuit, etiamnum habet, & Deo opt. max. clementer aspirante, usque ad vitæ suæ finem habiturus atque servaturus est, defensum. Vnde, sicut & in toto Bohemiæ regno publicis literis testatum fecerit, se religiosis omnibus congregatis præsente Episcopo comparere, atque ante abitum suum fidei suæ rationem reddere velle: ita & in hac imperiali urbe libera publice testatũ facere, se iam Constantiam abire, & unicuique, qui ipsum erroris convincere velit, aspirante divina ope, respondere paratum esse.*

Hussius Norimbergam advenit.

cum ecclesiarũ ministris cõfert.

[3] Quibus publice affixis à prandio multi senatorii ordinis, mercatores, ecclesiastæque ipsum convenire, in primis vero M. Albertus, ecclesiastes ad D. Sebaldi, de religionis negocio privatim cum ipso conferre cupere, Hussius a. denegare, dicens, malle se publice de eo disserere: id quod ipsi non gravatè acceptare, & penè quatuor horas de omnibus materiis, in quibus Hussius errare dicebatur, pluribus conferre, denique etiam bona pace ab ipso discedere, [4]. Noriberga Hussius hanc epistolam ad Bohemos scribere:

hinc ad Bohemos scribit.

A Christo Iesu vobis omnia bona precor. Noveritis fratres dilecti, me nunquam vultu personato; sed libere candideque & aperte ab eo die, quo Bohemia egressus sum, equitem ita fecisse; & ante, quam Bernaviam pervenirem, ab ecclesiaste & præsule expectatum, qui me quoq; postquam in hospitium intraveram, magno vini cantharo donare, cum suis doctrinam meam placidè benigneque acceptare, seque veterem meum, nec mihi tamen notum, amicum dicere. Postea Neapoli Germani omnes me æquissimis oculis aspicere, & Vandali multi nos regionem suam transeuntes cum admiratione intueri. Sultzbachium[illegible]oque pervenientes, in ædes illas, in quibus eodem die iudicium provinciale celebratum fuerat, divertimus, & quia coss. scabinique etiamnum congregati erant, aiebam: ecce ego sum ille M. Ioannes Hussius, de quo procul dubio tam multa mala inaudistis: nunc itaq; num ea vera sint, experiri potestis: *qui postea quàm pluribus inter nos contulissemus, omnia gratis animis acceptare. Tandem Herespontum transeuntes Laviaci pernoctavimus, cuius quidem loci pastor, iuris non imperitus, & præsul nos convenire, quibus cum ego conferre, & ipsi in me placide acquiescere. Nos inde Norimbergam pervenire, ubi quibusdam mercatoribus de nostro adventu certioribus factis, populus se in omnes vicos plateasq; effundere, nos aspicere, & quærere, quisnam ergo Hussius esset? Magister Ioannes Helvelius quoque, pastor ad D. Laurentii, schedula quadã ad me missa mihi significandum curare, se cupere mecum colloqui: cui ego eidem schedulæ inscribens respondere, iubens ipsum statim alacriter ad me venire, id quod ille facere. Mihi programma meũ publice affigere volenti Dominus Wenceslaus iam studio suo præcurrere, mihiq; indicare, multos & cives & ecclesiastas ante hospitium nostrum stare, qui me cum conferre cuperent: ideoq; ego mox de mensa surgens ipsos adire, qui petere, ut secreto secum de quibusdam capitibus conferrem: quod autem dicerem, me publice docere, velleque, ut qui vellent, me audirent, illi acquiescere, & ab eadem hora præsentibus Coss. atq; senatorii ordinis viris usq; ad vesperam me cum conferre atque disputare, in quorũ numero Carthusianus quidã Doctor valde indocte inconsiderateq; & ineptè argumẽtari: ego populari approbatione M. Alber. ecclesiastẽ ad D. Sebaldi offensum perspicere. Vt summatim dicã, omnes Magistriq; & cives in me acquiescere. Sciatis quoq;, me necdũ in hostẽ ullũ incidisse, & cuiq; hospiti à me discedẽte, loco extremæ salutis dicẽdæ, Decalogũ cõmẽdari. Hospites cauponesq; me ubiq; benigne excipiũt, nulla re mihi interdicitur, Germanicũ inprimis programma omnes mirifice laudãt. Quare Bohemis acriores inimicos mihi nõ esse cõfiteri cogor. Et quid plura addã? Domini Wẽceslaus & Ioannes me honeste benigneq; fovẽt, suntq; mei quasi præcones, aut, ut rectius loquar, patroni veritatis, quorũ ope proxime à Deo opt. max. omnia in melius versum iri spero atq; confido. Imperator iã in imperii ditionib: est, ad quẽ D. Wenceslaus proficiscitur; nos autem Cõstantiã, quorsum & Papa se cõfert, properamus. Dominus Wenceslaus Imperatorem 60. miliaria (quod arbitramur) sequi cogetur, ac tum demum Noribergam veniet. Data Noribergæ:*

Hac

Digitized by Google

[5] Hac in urbe quoq; Hussius Cæsareum diploma, Germanicũ pariter atq; Latinum, quo ipsi securitas præstabatur, accipere, cuius hæc ferè erant verba: *Ibi Imperatoris diploma fidem publicam concernens accipit.*

Sigismũdus D. G. electus Rom. Imp. semper Augustus, Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ Croatiæ & Sclavoniæ Rex &c. omnibus Principibus, religiosis & profanis, Ducibus, Marchionibus, Comitib. Despotis sive Baronibus, Nobilibus, Magistris equitũ, Chiliarchis, & quacũq; autoritate publica insignibus, imò & militibus quibuscunq;, equitibus & peditibus, ut & subditis, seniorib. proceribus, iudicibus, senatoribus, publicanis cæterisque officio publico defungentibus, quacunq; in urbe, pago aut civitate sive communitate republicave, locoque, qui nobis sacroq; Romano imperio subiecti fidẽ præstant, hasce literas aspecturis aut audituris, Gratiam nostram & omne bonum. Reverendissimi, illustrissimi, nobilissimi, carissimique & fidissimi, clarissimum dominum Ioannem Hussinum S. Theologiæ Baccalaureum, & liberalium artium Magistrum, hæc vobis exhibentem atque è Bohemia ad universale Concilium, Constantiæ habendum, proficiscentem, in nostram, & S. imperii tutelam atque clientelam suscepimus, præcipimusque vobis omnibus atque singulis, ut ipsum defendatis, ad vos venientem benigne suscipiatis, honeste habeatis, omnibus, quibus in profectione sua iuvari, & in tuto collocari possit, terra marique, ipsum adiuvetis, vosque erga ipsum benevolos exhibeatis, ipsum cum suis administris, omnibusque, quæ se cum habet, bona pace per omnes aditus, portus, pontes, terras, ditiones, tractus, territoria, urbes, oppida pagos perque omnia loca absque argenti solutione, immunem à vectigali, tributo, omnique onere, transire, ibidem commorari, redireq; permittatis, imò &, re ita postulante, de singulari comitatu, nostro honori, nostraque Maiestatis gloriæ, ipsi prospiciatis. Datum Spiræ anno Domini 1414. 15. Cal. Novembris, regnorum nostrorum Hungarici 33. Romani 5.

Ad mandatum Domini Regis proprium

Michael de Pazest, Canonicus Vratislaviensis subsc. &c.

[6] Quo accepto Hussius Constantiam vehementer properare, & 3. Non. Novembris eò appellere, ad honestam viduam, *Fidam*, divertere, [7] & seq. die Dominos Ioannem Chlumæum & Henricum Lazenbogium ad Papam ablegare, qui mox admitti, & dicere, M. Ioannem Hussium Cæsareo munitum diplomate, quo in tuto collocaretur, ad œcumenicum Concilium à se deductos. Proinde ipsos à sua sanctitate petere, ut efficeret, ut Hussius absq; periculo & impedimento Constantiæ esse posset. [8] Papa primum Bohemis pro obedientia gratias agere, Hussiũque, si vel Germanum ipsius, [Papę], interemisset, tutũ futurum polliceri. [9] Interea & adversarii Hussii, M. Stephanus Palecius, quem Hussius à puero plurimis beneficiis affecerat, & M. Stanislaus à Snoyma, societatem inire, Stanislaus tamen, cuius modo mentio facta est, ante quam Bohemia exiret, repentino mori. *Constantiam pervenit.* *Legatos ad Papam mittit.* *Papæ responsum* *Hussii hostes.*

CAPVT. XII.

[1] *M. Stephani Palecii propositum contra Hussium.* [2] *Patres Concilii Hussium advocandum curant.* [3] *vocantibus is respondens cũ ipsis & Domino Ioanne Chlumæo ad illos abit.* [4] *qui venientem alloquuntur.* [5] *Hussius ipsis respondet.* [6] *custodes ipsi p onuntur.* [7] *explorator quidam Hussium tentat.* [8] *explorator ille quis fuerit.* [9] *Hussio captivo* [10] *Despota Chlumæus domum redire iubetur.* [11] *is ad Papam accurrit questum.* [12] *Papæ responsum.*

PALECIUS autem Constantiam properare, ibi in M. Michaelem de causis, Hussii hostem capitalem, incidere, ipsi se adiungere, qui coniuncto studio ex Hussii libris quædam capita excerpere, nec pauca fingere, omnesq; cogitationes suas eo conferre, quo ipsum è vivis tollere possent. Ideoque ad omnes Cardinales, Monachos, Prælatos, Episcopos & sacrificos accurrere, ea ipsis ostendere, utque rem bene perpenderent, ipsumque custodiæ traderent, hortari. Quid fit? Concilio 17. Cal. Decembris per Ioannem XXIII. Papam, (patres ex 8. cap. v. 16. Zachariæ, *diligite veritatem & iustitiam, & iudicium pacis iudicate in portis vestris*, exhortantem) inchoato, [2] Patres 8. Cal. secundum M. Laurentium, aut iuxta M. Petrũ de Mladonovecia 5. Cal. Decẽbris, congregari, & circa meridiem Episcopos, Augustanum & Tridentinum, cum Cos. Constantiensi & quodam Nobili in M. Ioannis Hussii hospitium mittere, qui ipsi indicarent, ut è vestigio ex mandato Papæ & Cardinalium ad ipsos veniret, doctrinamq; suam defenderet: ipsos enim ipsum audire promptos esse. [3] Quibus Hussius: *non huc veni, reverendi domini & patres, secreto à Papa Cardinalibusque audiendus & iudicandus; sed liberè aperteque & in pleno Concilii consessu iustam meam causam defensurus, divinaque aspirante ope ad omnia, de quibus interrogari possim, responsurus: Quia tamen hoc ex mandato Cardinalium à me petitis,* *M. Stephani Palecii propositum contra Hussium.* *Patres Hussiũ advocandum curant.* *vocantibus Hussius respondens cum ipsis ad illos abit.*

etsi scio, quomodo me excepturi sint, quam primum me sistam. Ea enim Dominum meum Iesum Christum, qui me ita confirmabit, ut propter suam gloriam, vitam meam citius profundam, quàm à semel agnita veritate recedam, fiducia complector. Episcopi autem, ut è vestigio se sisteret, valde humaniter amiceque instare, & clàm in ædes illas atque vicinas, armatos milites abdiderant, id quod tamen nec Hussio, nec Domino Iohanni Chlumæo innotuerat, ideoque tanto æquiore animo erant, inprimis Hussius, qui equuleum suum producendum curans, cum Episcopis, Dominoque Chlumæo ad Cardinales venire, eosq; humiliter salutare: [4] qui statim sic ordiri: *Multa variaque querela, M. Ioannes Hussi, de te ad nos delatæ sunt, quod si res ita habet, nullo modo feremus. Maximus enim rumor est, graves manifestosque errores contra orthodoxam ecclesiam abs te sparsos esse, quos quidem in Bohemia docens sparseris. Ideoque consulto te ad nos vocandum curavimus, ut quo modo res sese haberet, rescíscere possemus.* [5] Hussius respondere: *me eo esse animo, qui mortem oppetere malim, quam ullius hæreseos, non dicam multorum, graviũ, quos dicitis, errorum convinci, patres dilecti, noveritis. Proinde tanto alacrius ad oecumenicum hoc Concilium veni, vobis pollicens, si errare deprehensus fuero, à me errorem eum revocatum iri meque eum statim abiuraturũ.* Ad quæ Cardinales, *recte respondes*, [6] abeuntesq; Ioanni Hussio & Ioanni Chlumæo satellites custodes ponere.

ô dolum malum

Patres quidam Hussium alloquuntur.

Hussius ipsis respondet.

Hussio custodes ponuntur.

[7] Digressis ipsis astutus veterator, hominem se simplicem simulans, Hussium armatis custodibus stipatum accedere, ac dicere: *reverende domine Magister, ego simplex rudaque & plebeius homo volui te conventum, cupiens abs te doceri, maxime quia multa abs te in Romanam ecclesiam tradita dicuntur, id quod animum meum veritati semper assentiri promptum, non leviter permovet. Ergo per ipsam veritatem te oro, me simplicem certi aliquid doceas, & quia, quod panis post consecrationem panis maneat, docuisse diceris, dic mihi quid sentias.* Hussius, falso id sibi intentari. Ille, *quæso te*, inquit, *nonne id sentis? nequaquam*, inquit Hussius. Illo iterum instante, Dominus Iohannes Chlumæus animo commoveri, & dicere: *quid tu nobis negocii facessis? dixit tibi: equidem sufficere puto.* Monachus respondere: *quæso, generose Domine, ne mihi verte vitio. Miser & simplex idiota sum, bonoque animo facio*, seque ad Hussium convertens dicere: *domine Magister mi, quæ est illa naturarum unio, divinæ infinita cum humana circũscripta sive finita?* Hussius ipsum intuens ad Dominum Chlumæum Bohemico idiomate dicere, *hic homo revera non ita simplex est, atque se esse fingit, id quod hac gravi quæstione prodit*, hisque dictis monacho respondere: *frater mi, tu te simplicem fingis, veteratorque videris esse callidissimus.* Monachus negare. Hussius autem dicere: *non te fugit, frater mi, sermone & animo dissentientibus anguem in herba latere. Verbis quidem maximam simplicitatem simulas: animus tamen & intellectus tuus, id quod ex hac quæstione liquet, in magnis, arduisque & gravibus rebus captiosisque quæstionibus exercitatus est. Quod tamen utut sit, unionem illam esse personalem, inseparabilem, naturæ terminos modumque excedentem noveris.* Quo audito Monachus Hussio gratias agere & abire. [8] Papæ satellites ab Hussio rogati, quisnam hic esset? respondere, M. Didacum, præstantissimum totius Lombardiæ Theologum fuisse.

Explorator quidam Hussium tentat.

Explorator iste quis fuerit.

[9] Circa vesperam, hora 4. Cardinales iterum in Papæ cœnaculo convenire, ut, quid de Hussio facerent, statuere possent: quod vero Palecius & Michael de Causis inter cæteros vehementer instarent, ille captivus detineri. Idcirco hi duo Hussium ludere, dicentes: *tandem aliquando te habemus, hinc certe, nisi ultimo quadrante exsoluto, non exibis.* Sub noctem Romanæ aulæ Magister adveniens Domino Chlumæo indicare, ut domum se conferret; aliam enim Hussii rationem esse. [10] Quo audito Dominus Chlumæus commoveri, celerrimè ad Papam accurrere, peterèque ut imperiale diploma respiciens, suorum etiam ipsius verborum meminisset: [11] Papa respondere, *non suo iussu hæc fieri*: inprimis autem ad Dominum Chlumæũ: *ecquid mihi eius rei culpam imputas? nonne me in horum* (Episcopos & Cardinales innuens) *potestate esse vides?* Nocte ingruente, illi Hussio in Cantoris in templo Constãtiensi ædes deducto multos corporis custodes ponere.

Hussio captivo Dominus Chlũ ad Papam accurrit questum.

Papa responsum.

Capvt XIII.

[1] *Imperator Constantiam advenit.* [2] [6] *Bohemici proceres ad Imperatorẽ literas dant.* [3] [5.7.] *quid iis effecerint.* [4] *Bohemicorum Despotarũ, qui Hussio comites additi fuerant, ad Imp. literæ.*

Hussius

Hussius monachis Franciscanis traditur. [8] *prima sessio à Concilio habita, in qua Papa Ioannes XXIII. dignitate exuitur.* [9] *secunda sessio, in qua huius facti causæ reddũtur.* [10] *quarta & quinta sessio.* [11] *Papa mutato habitu de nocte effugit.* [12] *iterum prehensus, Ludovico Bavariæ Duci committitur.* [13] *eiusdem epitaphium.* [14] *Hussius Episcopo Constantiensi traditus.*

Imperator Cõstantiam advenit.

IMPERATOR in Concilio sibi omninò comparendum, controversiasq; decidendas esse videns, Aquisgrano Constantiã omni studio contendere, & 9. Cal. Ianuarij eo pervenire, Hussio iam 4. hebdomadas livore religiosorum, nec (quod Hagecus vult) instinctu Cæsaris, in vincula coniecto. In festo natalis Domini nostri manè Papæ Missam celebranti & Imperator ipsus adesse, depositoque imperiali ornatu amiculo linteo indutus evangelium, *Factum est autem ut exiret decretum à Cæsare Augusto &c.* canere, [2] at miser Hussius interea in vinculis detineri, id quod Bohemos valdè male habere, qui ad Imperatorẽ, quæ sequitur, epistolam mittere.

Bohemicorum procerum ad Imp. litera.

Nos Cenco Wartembergius, supremus Burggravius Pragensis, Bociccus Cunstadius, Guilielmus Wartenbergius, testamur atque notum facimus, nos frequentes in panegyri quadam nostra necessariis de rebus consultantes à reverendo domino M. Ioanne Hussio per literas rogatos, ut ex Archiepiscopo nostro Conrado, nobis tum assidenti cognosceremus, an ipse, quem diximus, M. Ioannes Hussius quicquam Christianæ doctrinæ ipsique veritati contrarium repugnansve docuisset: reum enim sese pœnæ ultro submissurum: contrarii autem demonstrati testimonium ab Episcopo sub episcopali sigillo suo petiisse. Quod quidem negocium habita deliberatione à nobis susceptum, episcopumque consultum, qui aperte libereq;, nulla vi coactus edicere, ne verbulum quidem erroneum in doctrina ipsius se reperire potuisse; nec se ipsius accusatorem esse: quod si etiam apud Papam delatus sit, ipsi respondere debere. In cuius rei testimonium annata nobis sigilla apposuimus, Cæs. M. T. orantes, Hussium, quem diximus eo clementer favore prosequatur, ut è carcere emissus, vinculisque liber publicè audiatur: ne inauditus falso adversariorum suorum testimonio calumniisque summa nostra, nostra, inquam, Bohemorum ignominia opprimatur. Ardui certè huius negocii feliciter expediẽdi spẽ proxime à Deo opt. max. in nullo, nisi in A. M. T. repositam habemus, cui nosque remque omnem humiliter summisseque committimus. Pragæ anno Domini 1414. dominica post Francisci.

Quid literis hisce effectum.

[3] Qua epistola Constantiam perlata res verti, inque deteriorem partem mutari. Nam 3. Non. Ian. anni 1415. Hussius è Cantoris ædibus in Monachorum ordinis Prædicatorum cœnobium deduci, ibique in odore fœdũ iuxta Rhenum & cloacam quandam horribilem carcerem condi, in eoque, idque non sine extremo vitæ suæ periculo, aliquandiu detineri: in letalem etenim febrem incidere, ita ut de vita sua dubitari inciperet. Inde igitur in mundum conclave delatum, ne tam leviter periret, medici, quibus id demandatum fuerat, curare. [4] Bohemici autem illi proceres qui ipsi additi fuerant comites, non quiescere, sed de omnibus mediis, quibus liberari posset, cogitare, iamque ad Cardinales, iam ad Cæsarem accurrere, proque ipso liberando suppliciter orare, [5] nihil tamen omnino impetrare. Hinc rem ad Bohemos deferre, qui dominica ante Bacchanalia husce literis Imperatorẽ compellare.

Despotarum Bohemorum, Hussii comitũ, studium.

Effectus.

Bohemorum ad Imp. litera.

[6] *Augustissime Princeps, clementissime Imperator ac Domine, A. M. T. noverit, Iohannem Hussium, Theologum doctum, Constantiam ad oecumenicum concilium venisse, non coactum,* sed sponte sua, *ut nimirum falsas illas criminationes, non ipsi tantum, sed & nobis Bohemis omnibus oblatas, refellat. Ex toto quoque cordeque & animo petit, ut in Concilio, quod dictum est, omnis generis suspiciones, mendacia, sinistramq; famam solido responso diluere, seque Bohemosq; omnes ea liberare, & deniq; purã sanamq; doctrinam suã omnibus orthodoxis tradere possit, quã ipsam, ubi falsa invẽta fuerit, id quod nos tamẽ nondũ deprehẽdere quivimus, dãnare atq; abiicere prõtus ac paratus est. Præterea à M. T. diploma accepit, quo in tuto collocatus est, de quo nõ in Bohemia solum, sed & in Moravia omnib. constat, quo etiã ipse Hussius nixus Constãtiã abiit, ubi, quod penitus cognovimus, in detestabilem carcerem inauditus, nedum convictus, cõtra omnia iura augustissimaeque C. M. T. diploma, coniectus est. Quod quidem factum ex quo apud nos aliosq; percrebuit, cur S. pater Papa eo usq; manum suã extendere ausit, ut contra omnia iura & C. M. T. diploma iustum innocentemque virum absque omni causa in tam sævis vinculis habere pergat, Principes ac proceres, divitesque & pauperes magnopere mirantur. Id quod A. M. T. bene perpendat, efficiatq;, ut M. Iohannes Hussius vinculis emissus libertati restituatur, bonamque causam suam in publico frequentis concilii examine defendere, divinamque veritatẽ tueri possit, per Deũ opt. max. rogamus. Nec vero cupimus, ut convictus, falsaq; doctrina ipsi ostensa, impunitus abeat; sed tum, pro eo ac potest, cum ipso agat, deque ipso, quod vult, faciat.*

iam saltem, ne A. M. T. fidem illam publicam violari permittat, oramus. Ex hoc etenim facto A. M. T. omnique Bohemiæ non leve malum exorietur: siquidem vir iustus, bonusque, & quidem A. M. T. fide publica munitus, adeoque omni protectione dignus, omnis generis malis cruciatibusque divexabitur. Quicquam quod in A. M T. contumeliam vergere possit, accidisse, nedum ipsam tam enormi iniquitate (quod tamen Deus avertat) sese polluisse si resciseremus, Deo opt. max. corda hominum scrutante teste, maximè doleremus. Hac enim res aliis malo exemplo est, ita ut deinceps A. M. T. fidem publicam liberumque commeatum quilibet aspernetur atque contemnat, ut iam quoque multi de eo asperrime loquuntur. A. verò M. T. pro singulari sua sapientia & prudentia hac omnia facile corrigere, remque sententia sua decidere potis est: cuius certè, inprimis autem & eius, quod A. M. T. bona fide causam hanc susceperit, neve calumnia veritati dominetur effecerit, à Deo opt. max. remunerationem fore, nullam dubitationem habet.

Laczecus CravatZius Marchionatus Moraviæ Capitaneus.
Bocciecus senior Cunstadius & Podiebradius.
Erhardus iunior Cunstadius.
Guilielmus Vrsopetræus, vulgo Bernsteinius.
Iohannes Lomnicius, supremus Camerarius Curiæ Brinnensis.
Iohannes Leippæus, supremus regni Bohemiæ equitum magister.
Petrus Cravartius & Straczniccæus supremus mensæ regiæ quæ est Olomucii, Camerarius.
Iodocus Lucius, Poschiccæus.
Vdalricus Hlavatitius, Marchionatus Moraviensis Sub Camerarius, cum cæteris Despotis iam Meceritiæ congregatis.

Effectus. [7] Quibus quidem literis etsi satis dentatis, tamen, animo videlicet Imperatoris à religiosis nimium occupato, nihil effectum.

Hussius Franciscanis traditus. Cochlæus lib. 2. (quod tamen cæterorum Scriptorum nullus habet) Hussium 5. Non. Martii ferè elapsum asserit: sed hoc à Monachis ipsum in aliud antrum detrudendi (quod & fecerunt, cum discalceatis sive Franciscanis traditus, atque ab ipsis usque ad diem Iovis, qui palmarum festũ præcedebat, captivus detentus est) ansam captantibus fictum esse verisimile est.

Concilii sessio 1. in qua Papa depositus. [8] Concilii patres interea pergere, & aliquoties cõsidere, ubi primum Papæ Ioanni XXIII. deposito modum, ad quem se papali honore abdicare deberet, constituere. At iste eum primo, propterea quod sese à Concilio in ea dignitate confirmatum iri speraret, non acceptare velle, id quod patres malè habere, qui ipsum eo adigere. *Sessione 2. causa commemorantur.* [9] Secundum considentibus patribus, qua ratione Papa Ioannes de sede Petri deturbatus esset, palam omnibus prælegi, idem quoque à se observandum atque præstandum Ioannes voce manuque, imo & iureiurando interposito, polliceri. *Sessio 4. & 5.* Quid autem fit? [10] quartum & quintum considentibus patribus, viso suum papatum sive papalem dignitatem planè evanuisse, aliumque, Martinum V. iam electum, dignitate ea sese abdicare nolle; sed quibuscunque modis posset, tergiversari, [11] *Papa Iohannes mutato habitu effugit.* tandem autem habitu veredarii assumto, arcuque de collo suspenso noctu eques sese in fugam dare, Suevorumque quorundam nobilium ope effugere. Quia vero omnes, qui ipsum foverent aut ipsi suppetias ferrent, Concilium detestabatur, Cæsarque proscribebat: pergere non posse, [12] *Reductus Ludovico Bavaro committitur.* sed captivus Constantiã reductus Duci Ludovico Bavaro, ne novos motus cieret, commendari, qui satis diu ipsum captivum detinere, tandem tamen cum sibi ad bellum pecunia opus esse cerneret, ipsi pro magna pecuniæ vi redemptionem sui concedere. [13] *Ipsius epitaphiũ.* In hunc episcopum hoc tandem epitaphium scriptum est:

Balthasar inprimis vocitabar, deinde Iohannes,
depositus rursum Balthasar ipse vocor.
Dives eram nuper, quo nullus maior in Orbe,
en, mihi delicias abstulit hora brevis!
Dum cathedram Petri lustro, paucisque diebus
possedi, plures procubuere mihi.
Pestis avaritiæ me cæcum reddidit, aurum
plus iusto sitiens munera sacra dedi.

Heu

Hei mihi, quam duxi, sponsa Christi sine ruga
scandala magna nimis sordida vita dedit.
Propter quæ scelera excelso Synodus sacra Petri
me velut indignum depulit è solio.
Pontifices igitur moniti sint temporis huius,
exemplo nostro ne sacra dent precio.

Eodem die, quo Papa sub noctem effugerat, Papæ administri Hussium custodientes, dominum suum sequi. [14] Ideoque Hussius Episcopo Constantiensi tradi, qui ipsum Gottlebiam in bene munitum carcerem mittere, in quo miser suum paschatis festum celebrare.

Hussius Episcopo Constantiēsi traditus.

Caput XIV.

[1] *M. Hieronymus Pragensis ob Hussium contra fidem datam desertum à quibusdam reprehensus,* [2] *ad Concilium proficiscitur.* [3] *M. Iacobelli programma Pragæ fixum de S. cœna sub utraq. specie celebranda.* [4] *Disputatio, eiusq. inchoandæ gratia habita oratio.* [5] *is doctrinam eam publice in suggestu asserit.* [6] *idem facit Sigismundus Rsepanskius.* [7] *id Hussius in carcere accipit.* [8] *ipsius hac de re iudicium.* [9] *& ad pastorem quendam Pragensem literæ.* [10] *Hieronymus Constantiam petit.* [11] *Iberlinga per literas Imperatorem fidem publicā eiusq. diploma rogat.* [12] *Imp. denegat* [13] *Hieronymus programma publice affigit.* [14] *Bohemici proceres Hieronymo dant testimonium.* [15] *hostes Hussii efficiunt, ut M. Hieronymus citetur.*

At vero hæc Bohemos non diu latere posse; sed assidue carceris Hussii mentio fieri, in qua multi M. Hieronymum reprehendere, quod in hoc periculo ipsum desereret, atque destitueret, cùm tamen nullo modo se ipsi defuturum sive ipsum deserturum Praga discessuro promisisset, hisce verbis: *Quæ hactenus, domine Magister mi, in superbiam, avaritiam, & cætera religiosorū vitia è divinis literis voce scriptisq. docuisti, iis firmus insiste. Si negocium tibi nimis arduum fuerit, vel tibi aliquid accidere rescivero, confestim mea sponte tibi suppetias feram.* [2] M. Hieronymus hisce sibi aliquoties obiectis & exprobratis, promissis stare cogitans, exsurgere, & prid. Non. April. anni 1415. Constantiam venire. Quo digresso, quod eo tempore factum, quo abstinentia à carnibus 40. dies præstatur, hebdomade illa, quæ à passione Domini nostri peculiare apud Germanos nomen habet, ingruente, [3] M. Iacobellus Misnensis surgere, publicūq; programma figere, quo, quod pridē ab Hussio didicerat, quā tum observabant lege ecclesiastica seposita neglectaque, Sacramentum altaris (quod vocabant) sub utraque specie miseræ quoque plebi porrigendum atq; præbendum statuere, [4] ad eamque disputationem omnes Magistros, Baccalaureos, Studiosos, quibus saltem opponere animus esset, invitare. Populus atque Studiosi die stato in collegium Caroli IV. convenire, quo M. Iacobellus veniens, sic ordiri. *A me in verbo Dei viam vitæ inventam esse, fratres filiique mei dilecti, noveritis: ubi nempe scriptum est: nisi ederitis carnem filii hominis,* & sanguinem ipsius biberitis, *non habebitis vitam in vobis. O quam male nobiscum actum, qui hæc ab antecessoribus nostris non edocti sumus, qui proculdubio omnes viæ, quæ ad orcum ducit, insistunt. Quid vobis videtur? scriptura S. certa est: verba, ipsius Domini Christi sunt; agite, veritati locum demus, populum recte doceamus, ne tacendo in divinam iram pænasque incurramus.* Quo audito cæteri professores se ipsis vehementer opponere: tandem M. Elias dicere: *M. Iacobelle, tu toto cœlo erras: Christus enim illo in loco non de corporali, sed de spirituali usu verba facit.* Quibus dictis Testamenti codicem aperire, & ex cap. 6. Ioannis v. 63. hęc verba recitare: *Spiritus est, qui vivificat; caro nihil prodest. Verba quæ loquor, Spiritus sunt & vita &c.* Hæc insuper addere: *quod si res ita habere deberet, Iacobelle mi, quidni tum corpus suum sumendum destinavit præscripsitq., aut sumtionem instituit?* cui Iacobellus: *at vero post S. agni cœnam omnibus ita sumere præcepit.* M. Elias respondere; *quin ergo & tu post cœnam sumis, sed mane? Iam itaq. differ, œcumeniciq. Concilii sententiam expecta.* M. Iacobellus tum usque ad seq. diem Iovis quiescere, [5] quo ad D. Michaelis hoc publicè docere, ac dicere: *evangelistæ omnes ita descripserunt, Christus ita instituit: itaque inde nec ad dextram, nec ad sinistram deflectendum.* [6] Postero die alius quidam sacerdos, Sigismundus Rsepanskius ad D. Martini multis hac de re differens, populum ad institutionem Christi observandam hortari, & sub finem dicere, ut & iuniores & adul-

M. Hieronymus ob Hussiū contra fidem datam desertū reprehensus.

proficiscitur ad Concilium.

M. Iacobelli programma.

Disputatio, eiusque inchoandæ gratia habita oratio.

M. Iacobellus doctrinam eam publice in suggestu asserit.

idem facit Sigismundus Rsepanskius.

Digitized by Google

tiores ad se venirent, se ipsis ita præbiturum. Populus catervatim accedere, ut & ad Iacobellum aliosque plures, qui S. cœnam secundum institutionem ritumque Christi distribuere inciperent. Tum id, quod pridem in lucem venerat, ipso actu quoque perfectum est. [7] Eo autem M. Ioannes Hussius in carcere audito perterritus dicere: [8] *intempestivum hoc inceptum mihi causa mortis erit.* Hoc dum Pragæ ita gereretur, diversa iudicia fieri: quidam dicere, eadem ab Hussio docente proposita fuisse; alii hoc negare, dicentes imo ne vel verbulo quidem unquam ab ipso significata esse, affirmare. Ad ipsum igitur literas dare, rogantes, ut suam sententiã ipsis exponeret, id quod ille promte facere, libellumq; in carcere scribere, qui tomo I. operum ipsius habetur, vbi qui legere vult, inquirat. [9] Ad Pragensem quoq; pastorem quendam hanc, quæ sequitur, epistolam scribere:

Hussius hac in carcere edocetur, ipsiusq; ea de re iudiciũ.

Literæ ad quẽdam pastorem.

Galle mi, frater dilecte, verbi divini præco, quæso te, ne te totius venerabilis sacramenti usurpationi, quam Christus ita instituit, & à discipulis suis ita observata est, opponas. Non est ulla sacræ Scripturæ litera, quæ ipsi adversetur, sola consuetudine excepta, quæ ex negligentia quadã ut equidem arbitror, enata est. Concilium, veteri consuetudine utens, proxime Laicis calicem porrigere vetuit, distribuentemque, nisi resipiscat, ceu hæreticum *puniendum voluit. Per Deum opt. max. te oro, ne te M. Iacobello opponas, ne, quo Diabolus gaudet, inter fideles dissidium oriatur. Te quoque, frater mi, ad aliquid pro calice perferendum accinge, Christique veritati absque turpi metu, cum tuorum fratrum solatio, ut evangelio Christi adhærescant, firmus insiste. Rationes, ex quibus quis ad sumendum calicem moveatur, ipsi tibi, ut arbitror, tradiderint, & ego eas Constantiæ in carcere meo conscripsi. Christianos omnes meo nomine saluta. Dabam in catenis & vinculis 5. Id. Maii.*

[10] Ut autem ad M. Hieronymum redeam, postquam Constantiam pervenisset, Hussioq; nullas ad sui defensionem aures præberi, nec patere, suis oculis vidisset: die octavo properè surgens, Iberlingam, quæ est urbs imperialis, non multum à Constantia distans, abire, [11] è qua ad Imperatorem totumque Concilium scribere, ab ipsisque publicæ fidei diploma, liberamque tum commeandi, tum remeandi copiam atque potestatem petere, unicuiq;, abs quo ullius hæreseos accusetur, cuiuscunque ordinis aut dignitatis ille sit, in facie frequentis Concilii, inprimis autem si publicè audiatur, respondere sese paratum asserens. [12] Imperator in Cardinalis Cameracensis ædibus hoc, nonnullis, quas prætexebat, ex causis subito simpliciterque denegare. Præterea vero qui à Concilio ad id design ati erant à Bohemis requisiti, respondere, *veniendi quidem, non autem iterum abeundi copiam potestatemque facile à nobis impetrabit.* [13] Quo ipsorum responso percepto M. Hieronymus subito aliud consilium capere, Constantiam redire, portis urbis, valvis templorum, monasteriorum, summorumq; Cardinalium ædium ianuis sequens scriptum affigendum curare:

M. Hieronymus Constantiam tendit.

publicæ fidei diploma ab Imp. &c. petit.

Imperator ipsi denegat.

M. Hieronymi programma Constantiæ affixum.

Illustrissimo invictissimoq; Principi ac Domino, Domino Sigismundo D. G. electo Rom. Imp. semper Augusto, Hungariæ &c. Regi, ut & S. æcumenicæ synodo S. P. Hieronymus Pragensis, in celeberrimis Academiis, Parisiensi, Coloniensi, Heidelbergensi & Pragensi liberalium artiũ Magister, me adversariis meis calumniatoribus atq; obtrectatoribus laudatissimi celeberrimiq; Bohemiæ regni respondere paratum, meaq; spõte, nulla vi coactum, puram orthodoxamq; doctrinam nostram iuxta & innocentiæ meæ vindicationem, non secreto remotisq; arbitris, aut privatim; sed publice & coram universo frequentique Concilio defensum, Constantiam venisse, publico hocce scripto meo cunctos certiores facio. Si quos ergo, cuiuscunq; gentis aut ordinis ii sint, me calumniandi libido titillat, aut me ullius vel criminis, vel hæreseos, quocunq; ea nomine appelletur, coram Concilio accusare velint: innocentiam meam sufficiẽter probabo, doctrinæq; puritatẽ demonstrabo, ad iustam quoq;, modo ullius hæreseos convincar, pœnam subeundam me ipsum offero. Itaq; A. I. M. universumq; S. Concilium per Deum opt max. oro, ut me honesto huic necessarioque & utili proposito exsequendo tutò veniendi iterumq; abeundi copiam à se impetrare sinant: Quodsi vero me ultro sistam, & ante, quam convincar, in angustias redigar, aut in carcerẽ coniiciar, aut alia aliqua violenta iniuria afficiar: oecumenicum hoc Concilium nõ ex iustitia & æquitatis ratione me cum aget, propter ea, quod me sponte mea huc venientem, quo minus summa hac æquitate uti potuerim, impedierit, id quod tamen in tam sancto Concilio à tot tamq; sapientibus eruditisq; viris factum iri ut credam, adduci nullo modo possum.

[14] At vero cùm neque hoc suo programmate Latino, Bohemicoq; & Germanico liberam commeandi remeandiq; potestatẽ impetrare potis esset: Despotæ Nobilesq;

bilesq; & milites, in primis Bohemicæ gentis, testimonium, in quo Hieronymo attestabantur ea, quę gesta erant, sigillis suis munitum dare, quo testimonio assumto Hieronymus in Bohemiā redire velle. [11] Interea vero M. Michael de Causis, M. Stephanus Palecius cęteriq; hostes Hussii Concilio instare, ut M. Hieronymus ob publicè affixum programma suum citaretur, id quod paulo post fieri, libellusque iste omnibus templis, urbisque portis affigi, cuius hæc fuere verba:

Despota caeterique proceres Bohemici testimoniū suū M. Hieronymo scripto dant.

CAPVT XV.

[1] Verba quibus M. Hieronymus ad Concilium vocatus. [2] Concilium dat M. Hieronymo fidē publicam. [3] Septima Concilii sessio Wiclephum planè Diabolo tradit. [4] in 8. sessione 4. Commissariis à Concilio delectis doctrina Hussii contrahenda traditur. [5] M. Hieronymus tristis Pragam redire incipit. [6] in itinere capitur. [7] vinctus Constantiam devehitur. [8] Ioannis Comitis Palatini literæ ad Concilium. [9] M. Hieronymus cur Constantia discesserit. [10] Gerson M. Hieronymo adversatur. [11] hic sese defendit. [12] non recusat mori. [13. 17] coniicitur in carcerem. [14] M. Petrus Notarius M. Hieronymum invisit. [15] abigitur. [16] & Domini Ioannis Chlumei famulus captus mox iterum dimittitur. [18] Hieronymus in letalem morbum incidit.

SANCTA synodus œcumenici Concilii Constantiensis, in spiritu sancto legitime cōgregata, & ecclesia Christiana militans, Hieronymo Pragensi, qui se liberalium artium in multis Academiis, quæ tamen omnes medium servant, neq; ultra modum sapiunt, magistrum profitetur. Die Dominica Quasimodogeniti *Constantiensis urbis portis templorumq́; valvis affixū, teq; autorem referens programma, nobis oblatum est, in quo calumniatoribus, adversariisq; & obtrectatoribus tuis, qui te erroris aut hæresis insimulare ausint (ut sane falsa doctrinæ, in primis autē erroris Wiclephi aliarumq; doctrinarum erronearum veræ catholicæ fidei repugnantium nomine sæpe multumq; apud nos in suspicionem adductus es) respondere fide publica munitum te paratum esse innuis. Cum autem, ut vulpes, vineam Domini Zebaoth vastare volentes agnoscamus, multum nostra intersit: autoritate & potestate S. huius Concilii te, qui multorum errorum, falsæ doctrinæ, temerariarum argumentationum nomine apud nos in suspicionem incidisti, sæpe etiam accusatus es, publico hoc edicto intra dies 15. ex quo hoc edictum publicum factum est (quorum quidem quinq; primi, quinq; secundi, & 5. tertii ultimiq; termini loco statuimus, atq; peremptorie definimus, aut si eo die Concilii patres non consederint, proximo, quo consederint, die post) vocamus, volumusq; ut ipse, non per ullum Substitutum aut procuratorem, compareas, ad tibi ab uno vel pluribus in religionis negocio obiecta (è programmatis tui verbisq; & mente) respondeas, in omnibus iustitiæ te summittas, eiq; satisfacias.[2] Ad quod tibi adversus vim (absque violatione iustitiæ) fidem publicam, quantum quidem in nobis est, quatenus id pura fides exigit, ex huius scripti verbis satis commode sufficienterq; damus. Insuper autem & indicamus, sive eo tempore compareas, sive non, tamen sanctum hoc Concilium per eos, quos ei negocio destinarit, nullo obstante in te aget. Datum Constantiæ, universali concilio sextum considente. 17. Cal. Maii, sub quatuor nationum præsidum sigillo.*

Verba quibus Hieronymus ad Concilium vocatus.

„ Concilium „ M. Hier. dat fidem publicā.

Gumberdus Fabri, nationis Germaniæ notarius subscripsit.

In eodem cōsessu & Wiclephi, panem Cœnæ Dominicæ manere panem, nec, ut & vinū, in corpus aut sanguinē Domini converti asserentis, doctrina damnari. [3] Septimum considentes, Wiclephum, de quo modo, diabolo planè mancipare hæresiarcham dicere, effossumq; ipsius corpus exurendum curare.

Wiclephi doctrina de S. cœna damnata.

Septima Sessio Wiclephum plane Diabolo mancipat.

[4] Octavum considentibus, quatuor à Concilio eligi, videlicet Archiepiscopus Syracusanus, Italus: Episcopus Flebensis, Germanus, M. Ursinus Zalvenda, Gallus; & M. Guilielmus Comes, Anglus, qui de Hussii doctrina contrahenda mandatum à Concilio habuerunt.

Doctrina Hussii quatuor cōmissariis contrahenda traditur.

[5] Dum hæc Constantiæ aguntur, M. Hieronymus mœrens, testimoniis instructus iis, quæ ab universa nobilitate acceperat, in Bohemiam redire velle, ubi eum non latere, quam ampla scurrilis dicacitatis materia ipse Bohemis futurus esset, tū etiam quoniam in carcere detento socio suo nullam opem ferre poterat. [6] Hirsaviam aūt perveniens, impulsoribus adversariis suis à præfecto Ioannis Comitis Palatini, Sultzbachii degentis capi, & 8. Cal. Maii Sultzbachiū deduci: id quod mox Concilio innotescere, quod literis ad Comitem Palatinum datis etiam atq; etiam orare, ut eum, quo deberet, mitteret: id quod ille non gravate facere; [7] sed paulo post M. Hieronymus currui impositus ferreis clavis affigi, Constantiamq; devehi,

M. Hieronymus tristis in Bohemiā redire cogitat.

capitur.

vinctus Constantiam devehitur.

quò perductum & longam valdeq; sonantem catenam brachio trahentem, turpiorisque ludibrii causa à satellitibus consistentibus detentum (qua eadem contumelia postea quoq; in Minoritarum sive Franciscanorum cœnobio conventuq; quò se & Cardinales, Episcopi, Prælatiq; & universus clerus contulerant, avidissime expectatum affecere) Comitis Palatini, quem dixi, cognatus, Ludovicus Bavarus, anteire. [8] Quo capto in ipsorum conspectu stante, accusariq; expectante, ipsi

Litera Ioannis Comitis Palatini ad Concilium.

ordiri, literasq; Ioannis Comitis Palatini huic prælegere, quib. ille enarrare, ut casu, nec sine providentia numinis iste Hieronymus Pragensis, cōmuni fama & sermone male audiens, falsæq; Wiclephi doctrinæ nomine valde suspectus, in ipsius manus incidisset, quem iusta pœna afficiendum Concilio traderet, quia non sine magno Cæsaris labore id hæresibus exstirpandis inceptum, quemadmodum & iā nunc magno ecclesiæ Christianæ bono fidum ei pastorem præfecisset, qui nullo alio ipsi intercedente, sapientia sua Christianismū regeret, id quod hactenus, tribus Papis, Gregorio XII. ultrò se abdicante, altero prudentia ipsorum eò adacto, tertio Alexandro, contumaciter emanente, ideoq; ab ecclesia Christiana planè excluso, fieri non poterat. Summum quoq; ipsorum studium ex virulentæ Wiclephi hæreseos, quæ huius Bohemorum defectionis causa esset, condemnatione elucere. Hæc & similia de Comitis Palatini literis, tum vero & quod supra diximus, diploma, quo citatus fuerat, ipsi prælegi. [9] Quibus omnibus peractis, Episcopus quidam sic ordiri: *audi, Hieronyme, cur hinc discessisti? quidni citatus te stitisti?* ad quę Hieronymus: *quia nec à vobis, nec ab Imperatore publicam fidem impetrare potui, id quod è Despotarum illorum scriptis, quæ habetis, cernere est; ego quoq; multos meorum hostium hic esse sensi: itaque temere me in magnum periculum conicere nec volui, nec debui: quodsi vero hoc scivissem, aut diploma, quo citatus sum, accepissem, sanè & è Bohemia huc rediissem.* Quibus dictis tota ipsorum caterva surgere, quorum hic hoc, ille illud, atque alius aliud magno clamore strepituq; proferre. [10] Facto tandem silentio, Gerson, Academiæ Pa-

Gerson M. Hieronymum obiurgat.

risiensis Cancellarius dicere: *mi homo, Parisiis facundiâ tuâ tibi angelus è cœlo esse videbare, Academiam concitabas universam, multos erroneos falsosq; & ineptos syllogismos cum annexis corollariis, inprimis autem de universalibus & ideis aliisq; pluribus offensionem habentibus, publice proponebas.* [11] Ad quæ Hieronymus: *quæ Parisiis publica disputatione proposui, ea philosophus & Magister illius Academiæ philosophicis quoque argumentis defendi. Si autem erroneum quid statui, vel docui, quæso me doceas meliusq; informes.* Vix hęc effatus erat, cum alius surgere & dicere: *imo & Coloniæ in thesibus tuis falsa proponebas.* Ad quę Hieronymus: *dic, quæso, quænam?* ille autem territus respondere: *iam mihi non occurrit; postea tibi exprobrabitur. Quid?* alius rursum: *an non Heidelbergæ clypeo picto S. Trinitatem quo ad personas, aquæ, niviq; & glaciei comparans falsum docuisti?* cui Hieronymus: *quod Heidelbergæ scripsi, idem & hic quoq; scribere ausim. Ostendas, domine mi, falsum esse, ego libenter revocabo.* [12] Ibi omnes incipere exclamare, *ad rogum, ad rogum*. Hieronymus respondere: *si mihi vitam eripere velitis, in nomine Domini.* Ad quæ Episcopus Iuvaviensis, sive Salinarum Noricarum, (vulgo Salisburgensis) *minime vero, Hieronyme: minime vero: scriptum est enim:* nolo mortem peccatoris; sed ut convertatur & vivat. [13] Tandem ipsum satis divexatum lictoribus tradere, cum mandato, ut eum noctu in carcerem coniicerent: ipsi vero in sua hospitia se conferre.

M. Hieronymus se defendit.

non recusat mori.

coniicitur in carcerem.

M. Petrus Notarius ipsum invisit.

[14] Interea Petrus notarius, postea M. Petrus de Mladonowitz dictus, ad fenestram venire, Hieronymum vocare, dicens: *ecquid agis, M. Hieronyme?* cui Hieronymus: *bene veneris, frater mi.* cui Petrus: *domine Magister mi, sis bono præsentiq; animo, nec pro veritate, de qua liber vinculisq; solutus multa disseruisti, mortem oppetere verearis. Verum dicis*, inquit Hieronymus: *multa de ea à me dicta esse scio: reipsa igitur ea quoque comprobabo.* [15] Petrum hunc plura cum ipso cōferre volentem lictores accurrentes discedere iubere: ni faceret, vim ei inferendam minitari. Is ergo illi valedicens mœstus & invitus abire; [16] post quem alius, nomine *Vitus*, Despotæ Chlumæi famulus venire ac dicere: *ut vales, domine Magister?* qui respondere, *bene adhuc, Deo laus.* At & iste capi: mox tamen, simul atque iniuriam à sese nunquam acerbe vindicatum iri promisisset, iterum liber dimitti.

abigitur.

& Despotæ Chlumæi famulus captivus &c.

vide supra num. 13.

[17] Episcopus Rigensis circa vesperam missis famulis suis M. Hier. vinciendum arcteq; constringendum, catenâq; collum ipsius circundandum curare, qui eum aliquot horas ita tenere, donec nox ingrueret, ubi quadrupedem cōstrictum trun-

coque

eoque alligatũ, quem in turri quadam ad D. Pauli in cœmeterio erectum pensilem fecerant. Erat autem truncus ille in modum lintris, è quo sues vorarent, factus, in cuius concavam partem M. Hieronymum catenis vinctum, atq; ita constrictum, ut sese movere non posset, intrudere. In ea turri undecim dies noctesq; stans detineri. Biduum nemini quicquam de ipso constare, tertio die excubitor quidam in Petrum, de quo paulo ante, incidens, ipsi indicare, M. Hieronymum ibi in vinculis detentum solo pane & aqua sustentari. Quo audito Bohemi quotidie ipsi cibũ mittere, [18] donec in letalem morbum illapsus cõfessarium postularet, quem sancti patres ipsi denegare, ac ne vix quidem plurimis etiam pro ipso intercedentibus ipsi concedere velle: ut autem eum catenis solverent, impetrari nullo modo posse: nihilominus tamen per totum eum annum, quem in hac turri captivus detentus fuit, amicis suis aditus ad ipsum patere.

M. Hieronymus in letalem morbum incidit.

CAPVT XVI.

[1] Bohemiæ procerum ad Imp. literæ. [2] Hussius è carcere ad Dominum Ioannem Chlumæum scribit. [3] qui literas illas in Bohemiam mittit. [4] Hussii comites una cum Nobilitate Polonica, quæ Constantiæ, ad Patres Concilii scribunt. [5] Lytomystius Episcopus sibi malè cõscius, se purgare nititur. [6] Responsum Bohemis ad literas suas datum. [7] replica Bohemorum & Polonorum. [8] Bohemi iterum ad Concilium scribunt. [9] Patriarchæ Antiocheni responsum nomine Concilii. [10] Bohemi ad Imp. literas dant.

HUSSIO igitur Constantia avecto nec Bohemici quidem proceres ociari, sed ea ad Bohemos scribere, addito, quod à Concilio, quod Hussiũ in fumo ad superos mittere decrevisset, planè nihil impetrare possent. Quare cũ Moravis Brinnæ in Moravia convenientes, tertium ad Imperatorem scribere:

Bohemicorum procerum ad Sigismundum Imp. literæ.

Superioribus literis nostris, clementissime Imperator, mærorem nostrum exposuimus, quo M. Ioannis Hussii, pii fidiq; divini verbi præconis, (quo nomine ipsum universa Bohemia & Moravia commendet oportet) captivitatem mæremus. Ab infensissimis enim hostibus suis fictorum criminum aut hæreseos accusatus, nec ipse solus, sed & omnis Bohemia, quæ ipsius causa communi sermone rumoreq;, licet innocens, male audit, doctrinæ suæ in frequentis Concilii consessu conspectuq; asstruendæ, eorumq;, quorum nomine tum ipsum, tum universum regnum nostrum criminantur, refellendorum causa, Constantiam se contulit. Vt a. eo tutior esset, ab A. M. T. sub fide publica liberam tutamq; atque adeo securam eo veniendi simul atq; huc redeundi potestatem copiamque impetravit, quo tamen illi viro bono, pio, honestoque & candido, modo illi causam ipsius bene & satis accurate cognoscendam suscipere voluissent, minime opus fuisset. Cum Constantiã doctrinæ suæ rationem redditum advenisset, nunquam ipsi libere, quæ sentiret, eloquendi copia facta fuit; sed contra divina & humana iura, contra omne ius & fas, contra bonam fidem indicta causa in carcerem coniectus est. Quo quanta A. M. T. ut de cæteris taceamus, labes aspergatur, ex eo liquet, quod omnes populi sanctam, liberam, tutamq; fidem publicam, violatam esse aperte dicunt. Proinde, clementissime Imperator A. M. T. splendorem ita obfuscari & inquinari, propterea quod fides illa publica violata est, non leviter dolemus, cum insuper, propterea quoque, quod hæreditario iure nobis quoq; dominatur, & nobis id sit ad dedecus. M. Ioannem Hussium singulari divinarum literarum amore flagrantem virum A. M. T. intercessione publice auditum iri, ut in frequenti Concilio innocentiam suam ostenderet, contra adversarios suos confictaq; ab ipsis crimina veritate se tueretur; aut erroris convictus, publicam, non privatam pœnam sufferret, in bona quidem spe ponebamus: at ante, quam verbulo se defendisset, in vincula carceremq; coniectus: inprimis autem autore Papa, ab Episcopo Constantiensi in alium carcerem, quo nullus intolerabilior esse possit, deductus est, in quo miserrime habetur, nec ille, (Episcopus sc.) ut veritatis clientem ab ipsa veritate defendi permitteret, ullo modo adduci potuit, id quod tamẽ in ethnicum sive profanum quendam hominem iniquum fuisset. Supplices itaque ad A. M. T. confugimus petentes ut ea Dei gloriam & veritatem ex officii ratione consideret, suam ipsius universiq; S. imperii, cuius & nos membrum sumus, autoritatem reputet, fidem publicam servet præstetq;, nec bonus innocensque vir ille vi misere opprimatur. Quodsi A. M. T. fecerit, apud omnes bonos laudem sibi gloriamq; comparabit, Deusque opt. max. procul dubio remunerabitur. Nostras certe mentes cogitationesque spes hæc valde sustentat: ab A. M. T. officio studioque nostro, quod semper hac tenus perspexit, lacessita, rem ita directum iri, ut eam ab æquitatis & iustitiæ norma ne latum quidem unguem recessisse palam perspici possit. Brinnæ, pridie assensionis Domini nostri Iesu Christi, in procerum frequenti consessu.

Digitized by Google

Hussius è carcere ad Despotam Ioann. Chlumaeum scribit.

[2] In hocce peregrino ignotoq; loco commorari Hussio valde grave erat, ideoq; ipse ad Despotam Chlumæum literas dare, quibus per Deum opt. max. orare, ut apud Imperatorem instaret, ut audiretur, quoniam hoc promisso inductus esset, ut forte hoc, nec minus publicã fidem servaret. Graviter etiam de Imperatore cõqueri, quod contra promissa carceribus ita in ipsum sæviret. Iisdem quoque literis optare, ut potius ad rogum deduceretur, quam ita in carcere ad cippos alligatus cõficeretur. [3] Hoc scriptum Dominus Ioannes Chlumæus in Bohemiã mittere, addito, Bohemos in Concilio ita spretos, ut vel fex vulgi ipsos irrideret: [4] utque nulla, ne vel minima quidem in parte studium ipsorum desiderari posset, cùm nobilitate Polonica, quę Constantiæ erat, se coniungere, communiq; opera prid. id. Maii anni 1415 hæc ad patres Concilii scribere:

Despota Ioh. Chlumaeus M. Hussii literas in Bohemiã mittit.

Hussii comites una cum nobilitate Polonica ad Patres concilii scribunt.

Non potest sibi temperare, venerandi Patres, Bohemicæ Polonicæq; gentis nobilitas, quæ iam hic est, quin vobis, qui frequentes iam iterum consedistis, significet, illustrissimum Principem ac Dominum, Dominum Sigismundum, electum Rom. Imp. semper Augustum, & Hũgariæ, Croatiæ, Dalmatiæ &c. Regem, ex quo in Bohemia, nonnullas controversias exortas esse inaudiit, honoris illius regni ratione habita, de negocio hoc suscipiendo, administrandoq; & conficiendo cogitasse, & deniq; M. I. Hussium sub fide publica per Desp. Wencesl. Dubaum, & Ioh. Chlumaeum, qui præsentes adsunt, ad sacrum æcumenicum Concilium vocandum atq; deducendum curasse, ut adversariis fidei suæ rationem redderet, id quod Despotæ illi, quos diximus, cum Ioanne Hussio summisse præstiterunt. Hussium autem sub fide publica huc venientem, indicta causa diro carceri inclusum esse, in quo etiamnum vinculis constrictus fame sitiq; crucietur. Et licet in Concilio Pisano anno &c. 1410. qui condemnati fuerunt hæretici, tuti securiq; & inviolati domum reversi fuerint: noster tamen dominus M. Hussius hoc impetrare non potuit; at neq; convictus, neque condemnatus, sed inauditus, ante quam ullius Regis, Principis, aut Academiæ legati advenissent, in carcerem coniectus est. Imperatore quoq; una cum hisce, qui hic adsunt, nobilibus sæpe à vobis postulante, ut decoris sui fideique publicæ ratione habita, M. Ioannem Hussium audiretis, fidei suæ rationem publice postularetis, convictumque, quod sacræ scripturæ cõtraria docuisset, de concilii sententia corrigere cogeretis: non tamen impetrare voluisse; sed, quem iam sæpe diximus, M. Hussium duriori carceri inclusum, arctioribus vinculis constrictum, illiberali cibo pastum, atq; ita consumptum esse, ut periculum sit, ne cum corporis, animi quoque sui vires deficiant. Et licet hi Despotæ, qui iam hic adsunt, apud Bohemos omnes male forte audituri sint, propterea quod, quid de Hussio fiat, videant, nec tamen rem apud Imperatorem eo deducant, ut fides illa publica, quæ ipsi cautum est, servetur præsteturq; nec adversariis eam violare vel infringere concedatur, propterea quod hoc laudatissimo Bohemiæ regno, quod à primo Christianæ religionis exordio nunquam à debita Romanæ ecclesiæ obedientia deflexit atque descivit, contumeliosum est: ne tamen sancti huius concilii turbandi ansa præberetur, omnia ista in hanc usque horam patientissime tulerunt. Proinde, venerandi patres ac domini, Bohemici hi Polonicique nobiles apud vos cupide etiam atque etiam instare voluerunt, ut ex ratione fideî publicæ, gloriaque tum regni, quod diximus, tum vestra ipsorum amplificanda, in M. Ioannis Hussii causam incumbatis, remque maturetis, (siquidem ingens in vestra mora periculum est) divinaque adiuti ope feliciter perficiatis, in quo quidem singularem de vobis spem concipiunt. Præterea quoniam iidem, de quibus dictum est, Despotæ resciverunt, à quibusdam Bohemicæ gentis calumniatoribus sparsum esse, à quibusdam in Bohemia sacratissimum Domini nostri Iesu Christi sanguinis sacramẽtum in profanis vasis circumferri, item à sutoribus peccata confitentes audiri, sacramq; cœnam distribui: idcirco orant, ne huiusmodi calumniatoribus ullam fidem habeatis, propterea, quod nefarii isti nebulones in regnum, quod iam sæpe diximus falsum testimonium evomunt. Quin potius, dilecti patres, hosce, nostrum regnum ita calumniantes, nihili homines esse perspicietis, quibus, re ita postulante, ad frigidas suas ieiunasq; calumnias ita respondebimus, ut A. M. S vestraq; ora turpes erubescant.

Lytomystius Episcopus sibi male conscius se purgare nititur.

[5] Quibus in Concilio relectis extemplo sorex indicio sese suo prodere. Lytomystius enim Episcopus surgere, suique, propterea, quod sese ultimo hoc capite tactum sentiret, purgandi copiam à patribus petere: qui in eo acquiescẽtes 16. Cal. Iunii, quo simul & Bohemis respondere vellent, statuere. Stato igitur die adventante Lytomystius episcopus, repetito prius ultimo Bohemicarum literarum capite apologiam primum suam scripto offerre: deinde referre, quanto cum dolore, Wiclephi doctrinam in Bohemia sparsam, à virisque & mulieribus utrumque S. cœnæ elementum sumique & percipi viderit: ex quo benedictum illud vinum

in

In vasis, ut corpus in pyxidibus circum maximeque ad ægrotos deferri, ***non solum colligere potuerit***, sed & è fide dignis resciverit. A fœmina quoque quadam hostiam è parochi manibus ereptam sumtamque, sibi ex aliis auditum; non se autore sparsum: proinde eos ipsi testimonium daturos: deniq; petere, ut Concilium ad has co hæreses salutare remedium inveniat.

Responsum Bohemis ad suas literas datum.

[6] Lytomystii scripto perlecto alius Episcopus surgere, Bohemorumque scripto in hæc verba respondere: *Pro Ioanne Hussio, legitime nomine Concilii huius in vincula coniecto, in proximo consessu supplices oravistis, ut libertati restitutus publice audiretur. Concilii patres igitur certe deliberantes hoc nequaquam faciendum esse statuerunt, mihiq; ut vobis breviter responderem, iniunxerunt. Et quia primum fidem publicam urgetis, eam nullo modo violatam esse patres respondent: siquidem Hussio tum ea nondum cautum fuerit; sed 15. demũ die ex quo in carcerem coniectus est, eam acceperit, id quod è fide dignis audierint.* Hoc ad primum. Deinde *patres mirari, Bohemos audere scribere, nondum esse auditum, itaque inaudita causa non damnatum in carcerem missum. A Papa etenim Alexandro Romam evocatũ fuisse, constare omnibus, unde tamen contumax emanserit, procuratoribus suis saltem missis, quibus auditis, quia falsus fallaxq; deprehensus fuerit, damnatum, & à Papa exsecratione devinctum, qua quidem exsecratione etiamnum partim constrictus teneatur, adeoque hæreticorum princeps habendus sit, qui contumaciter hac in urbe concionari insuper ausus fuerit. Nec vident,* inquit, *patres, quid velitis, dum in Concilio Pisano damnatos hæreticos tutos fuisse scribitis. Fortasse Pontificis legatos innuitis, qui ob ecclesiæ pacem, cuius spes qualiscunq; affulgebat, tolerati sunt. At huiusmodi pacis ergo cæteros condemnatos hæreticos in huncce consessum admittendos putatis, id quod in tam sancto loco ipsis concedere, longe absurdissimum esset. Denique ut ad Hussium deprecationis huius, qua pro ipso ad illos usi estis, aliquem fructum redire dilucide perspicere possitis, à se proxima occasione negocium eius institutum iri, pollicentur.*

Replica Bohemorum & Polonorum.

Quibus ab Episcopo in medium adductis Despotæ bidui moram petere, qua elapsa ad ea respondere vellent. [7] Qua impetrata 14. Cal. Iunii ita ipsis intercedere: *Siquidem, venerandi patres, ad Bohemicorum & Polonicorum procerumque & nobilium petitionem proxime respondistis, ex quo responso vestro, vos male, quæ causam hanc concernunt, edoctos esse perspexerunt: omnino, quæ sequũtur, regerere coacti sunt: non eo quidẽ, quo vos accusent, sed ut rectius hanc edocti causam, rectius & diiudicare possitis. Ad primum ergo sic respõdent, malè vos edoctos esse, quandoquidem M. Io. Hussius valde tempestive, ante quam Constantiam perveniret, publicæ fidei diploma accepit: id quod vel inprimis Despota Ioannes Chlumaeus qui hic asstat, comprobare potest, qui à Papa præsentibus plerisq; omnibus eo ipso die, quo in vincula carceremq; coniiceretur, interrogatus, an publicæ fidei diploma haberet, respondit, habere, iterumq; interrogatus comprobavit, exemplumque eius postulanti oblaturus fuisset. Vnde postridie ut & seq. die post apud Papam graviter de eo conquestus est, quod, cui fide publica cautum esset, is in carcerem mitteretur, multis etiam ipsum diploma authenticum exhibuit, id quod permulti Comites, Despotæ, Nobilesq; & egregii cives testimonio suo comprobare possunt. Ipse quoq; nisi id certo sufficienterq;, re ita postulante, probaverit, quamlibet pœnam pendere non recusabit. Insuper autem quosdam Electores, Principes, Episcoposq; & Notarios, qui A. I. M. tum aderãt, appellat, quib. præsentib. A. I. M. ardore studioq; singulari præceperit, ut de fidei publicæ diplomate ipsi prospiceretur. Ex quo quasi oculis vestris perspicere potestis, vos de fide illa publica à Desp. hisce multo certius doceri posse, quã ab iis, qui vos falsa docuerunt: nec tantum A. I. M. eiusq; Curiæ amanuenses; sed & Bohemicam Nobilitatem, perinde ac si fidei publicæ diploma malis artib. suffurati fuerint, accusant. Orantes simul hisce fide dignis hominibus ne ullam fidem habeatis, sed & partem adversam audiatis, atque ita rem penitus cognoscatis. Quod ad alterum caput attinet, de Papæ exsecrationibus sibi nihil constare: quod autem ipse Romæ non comparuerit, se è bonis viris accepisse, etiam Bohemorum Regem Wenceslaum una cum omnibus nobilibus testimonio suo comprobaturos, eum libenter sese sistere voluisse, stiturumq; omnino fuisse, nisi ubique structæ ipsi insidiæ deprehensæ fuissent. Porro procuratores ipsius Romæ ipsum defendentes alii in carcerem missi, alii male excepti sunt. Ipsas Pontificis diras non contumax, sed publice appellans, vanas & irritas indicavit, ut & ad Acta, causam suam concernentia, provocat, quæ quidem ex scripto illo, quod protocollo quoque insertum, quodque vobis tradidimus, perspicere potestis. Quod autem in hac urbe concionatus esse dicitur, ad hoc respondent, inprimis vero Despota Chlumaeus, qui, ex quo hic fuit, nunquam ab ipsius*

Digitized by Google

latere discessit, quicunq; Hussium quantisper Constantiæ fuit, concionatum esse dicit, falso de ipso spargere: imo Despota Chlumaeus iis, qui vos hac ita docuerunt, testimonio quo par est, id comprobare valentibus, ad quamlibet pœnam, sive ea cum vitæ periculo, sive cum bonorum iactura coniuncta sit, alacriter subeundam ultro sese offert. Et quia, quod dixistis, non assequimini, quos in Concilio Pisano damnatos hæreticos intelligamus, diversosque novis hæreticos dixistis: utrunque igitur genus à nobis intelligi noveritis, nihilq; nobis amplius in votis esse, quam ut M. Ioannes eadem immunitate frui possit, qui ad hoc Conciliũ venit, ut fidei suæ professionem doctrinãque suam sanctæ ecclesiæ summitteret, quæ ipsi, ubi errasset, ostenderet, ut errore correcto & ceteros idem docere prohiberet, eoque modo tristem illam, quam laudatissimum Bohemiæ regnum collegit, famam reprimere posset. Denique quandoquidem, venerandi patres, ad causæ caput benigne respondistis, Hussii causam proxima quaque occasione, quæ se divina aspirante gratia offerat, à vobis susceptum & diiudicatum iri: pro hoc responso, qui adsunt, Despotæ, vobis gratias, quas possunt maximas agunt. quod Deo opt. max. clementer adiuvante feliciter peractum, non hic tantum, sed & in Bohemia maximis laudibus ornabunt, maximamque vobis gratiam referent.

Bohemi iterum ad Concilium scribunt.

8 Ergo Bohemi nullum rei finem ex promisso Concilii videntes, iterum ad Concilium scribere, & simul Episcopi Nazareni, à se nullam in Hussio hæresin inventam esse comprobantis, testimonium addere. Exemplum literarum hoc est: *Proxime, venerandi in Christo patres, Despotaq; & Equites Bohemicaque & Polonicæ gentium à vobis supplices petierũt, ut, quam falso, imo quam manifesto cũm mendacio Hussii adversarii fidem publicam cæterosque articulos, quos proxima nostra apologia demonstravimus, vos docuerint, perpenderet.*

Quoniam autem necdum responsum accepimus: Despotæ ii, de quibus modo dictum, coram vobis comparent, orantes, ut causa mente agitata atque revoluta responsum ipsis detis. Inprimis autem etiam hac Hussio ex mera invidia (id quod etiam ex apologia nostra liquet,) affingi perpendatis: id quod etiam hoc ostendemus, quod omnibus Despotis, Nobilibus, civibus, religiosisq; & politicis notum est, M. videlicet Ioannẽ Hussium in omnibus scholarum & ecclesiarũ, actis, maxime vero in concionibus suis, aperte & ingenue professum esse, id, quod & absque omni dolo, quem quidẽ adversarii probare valeant, sensit, quodque ea, de qua modo, protestatio, arduæ quæstionis decisioni annexa ostendit, quæ hæc est: Cum inprimis Dei opt. max. gloriam & propagationem ecclesię quærã, ut genuinum membrum Domini mei Iesu Christi sim, qui redemptæ sponsæ suæ, ecclesiæ Christianæ, caput est: nihil à me docente hac tenus pertinaciter propositum, nec in posterum similiter proponendum esse, quod veritati repugnet, ut hac tenus sæpius, ita iam iterũ publice profitebor. Postremo, quia semper veritatis observans fui, & esse ex intimo cordis affectu cupio: vel summa cum ignominia atque dedecore, Deo opt. max. clementer adiuvante, perire malo, quam errorem verbo Dei contrarium defendere: imo miseram meã vitam pro lege Christi profundere malim, quam vel minimum ipsius apicem, instinctu sacrosanctæ Trinitatis per spiritum sanctum nostro hominum bono datũ, transiliendo violare. Credo etiam omnia divinæ legis capita, eo sensu, quo sanctissima & super omnia omni laude cumulata Trinitas credenda præcepit. Quapropter ut in responsionibus, omnibusq; actionibus, tum in scholis, tum in templis me sæpius divinæ legi submisi, sic & nunc & in posterum faciam: quin & falsi convictus revocare promptus atque paratus ero.

Ex qua cæterisq; M. Ioannis Hussii publicis professionibus quid sentiatque & senserit, videre est, nihil nempe, quod quidem erroneum offensum, seditiosumque & à piorum mentibus alienũ, aut omnino hæreticum esset (cuius tamen adversarii, quos habet, ipsum falso insimulant) eum in libris, scriptionibus, docendoq; & publice concionando scribere, dicere, aut statuere voluisse: verũ ultra hanc protestationem ea semper ipsum mente fuisse, ut omnia capita omnesque conclusiones, quæ quidem in suis libris scriptisque & doctrina reperiantur, fundamento evangelicæ veritatis, sacræ scripturæ, eiusq; à sanctis ecclesiæ doctoribus explicationi inædificanda censeret, & si quod forte caput mancum sive imperfectũ reperiretur, aut ab aliis non recte intellectum fuisset: id à se, ubi rectius edoctus fuerit, suppletũ, correctũ, illustratum atq; perfectius in lucẽ editũ, nec ullum contra S. Romanam ecclesiã fidemq; catholicã pertinaciter retentum atq; defensum iri. At vero M. Ioannis Hussii adversariis, venerãdi patres, summa malevolentia & livore quædã capita, de quib. ipsum accusarent, ex ipsius libris corradẽtibus, truncata allegantibus, atq; ita corradẽtibus, eorum probationẽ cum allegatis testimoniis omittentib. distinctiones negligentibus, multa quoq;

con-

Digitized by Google

eo saltem fine confingentibus, ut amore Christiano planè neglecto ipsum & honore & vita exuere possint, contra fidem publicam ipsi ab illustrissimo Principe ac Domino, Domino Sigismundo Rom. & Hungarorum Rege benigne datam, qua Hussius ab omnium adversariorum suorum insultu sese excusare, vanam ipsorum criminationem, qua in Hussium totumque Bohemiæ regnum usi sunt, elidere, & eiusmodi obtrectatores tam lividos in Bohemia & alibi exsurgentes cópescere possit; siquidem Imp. Romanus (tanquam hæres & Dominus regni) tam periculosum dissidium in Bohemia nequaquam ferre deberet: hinc Despotæ, de quibus supra, iterum à vobis supplices petunt, ut ea, quorum facta est mentio, & contumeliam Bohemicæ genti impositam perpendatis, officii vestri rationem habeatis, modumque præscribatis, ad quem M. Ioannes Hussius à clarissimis, inque Dei verbo exercitatissimis viris, de omnibus capitibus, quæ ipsi vel proposita sunt, vel in futurum proponentur, legitime audiatur, utque animum mentemque suam explicet, ecclesiæ doctorum, quorum testimoniis ad suam sententiam probandam usus est, discrepantes sententias illustret, erroremque, quem quis in iis committere posset, ostendat. Quemadmodum certè hostes ipsius in hisce duobus satis desudant, testibusq; qui iam perdiu capitales ipsius hostes fuerunt, impulsoribusq; suis adversariis eo rem deducere cogitãt, ut miser ille captivus Hussius indicta causa miserrime condẽnetur. Id quod vos, patres venerãdi, denegare nõ potestis, quia ipsius defensione doceri potestis, & quia ipse Hussius sese legitimæ Cõcilii sententiæ submittere promptus est. Perniciosa namq; capita à M. Hussio in docẽdo proposita esse, id quod ab adversariis suis, venerãdi patres, accepistis, falsissimũ esse dilucide perspicietis. In cuius rei fidẽ vobis reverendi in Christo patris ac domini, Nicolai episcopi Nazarethensis, diœceseos Pr. gẽsis Inquisitoris hæreticæ pravitatis, ab apostolica sede ad id peculiariter constituti, testimoniũ offerimus, quod diligẽter vobis perpendendum, atq; M. Ioannes Hussius, nondum convictus, neque condemnatus, è carcereque & vinculis emittendus, nonnullisq; Episcopis aut Commissariis, qui à Concilio ad id constituantur committendus est, ut amissas vires recuperare, tantoque rectius ab ipsis examinari possit. Quod ut tanto validius confirmetur, Despotæ & Nobiles, de quibus supra, rei isti eiusmodi hominibus cavebunt, qui ne totius quidem mundi splendoreq; & opibus fidem datam factaq; promissa fallere cogitant, quiq; ita expromittent, ut ex eorum, quibus tradetur, manibus, ante quam causa ad exitum pervenerit, effugere nequeat. Quocirca, dilecti patres, gloriam laudatissimi Bohemiæ regni, Romaniq; Imp. fidem publicam in tota hac actione diligenter perpendite: ac denique ne Bohemicæ gentis adversarii, Despotarumque, de quibus supra, obtrectatores ipsis aliquid affingant, perinde ac si absurda vel iniqua postulassent; orant, ut, nostros hosce libellos supplices per vestrum, dilecti patres, Notarium instrumento inserendum, nobisque tradendum curetis.

[9] Quibus literis perlectis Patriarcha Antiochenus Concilii nomine paucissimis ad omnia capita respondere: & primum quidem, [1] *utrum publica illa ab Hussio facta professio vera seriaque fuerit, causa exitus ostendet.* [2] *nũ capita illa ab adversariis suis falso è libris eius exscripta sint, tum quoque apparebit: eius enim convicti, revera infames fient.* [3] *Vades autem vel mille pro tali viro accipere, se omnino non posse, propterea quod ipsi Hussio nulla fides haberi possit.* [4] *Se tamen curaturos, ut Non. Iunii Constantiam reducatur, publiceque audiatur.* **Patriarcha Antiochenus nomine Concilii Bohemis ad suas literas respondet.**

Eodem ipso quoque die & Bohemici proceres datis ad Imp. literis primum indicare, quod hasce (quas verbo tenus repetebant) literas ad Concilium dedissent: tum vero orare, ut fidei publicæ, quam ipsi dedisset, memor esset; nomenque & gloriam regni Bohemiæ perpenderet, suaque autoritate patribus Concilii intercederet, ut è carcere emissus publice audiretur: postremo petere, ut hæc ipsorum scripta à se perlecta, sua subscriptione testaretur. **Bohemorum ad Imp. literæ.**

CAPUT XVII.

[1] *Concilium Ioannem Hussium indicta causa damnare cogitat.* [2] *Petrus Mladonovicius hoc Despotis Wenceslao Dubæo & Ioanni Chlumæo indicat.* [3] *qui celeriter se ad Imperatorem conferunt.* [4] *Is Patres Concilii remoratur.* [5] *Hussio sui libri exhibentur.* [6] *suos agnoscit.* [7] *Concilii iniquitas.* [8] *Imperator in Patrum Concilii conventum ingreditur.* [9] *Hussius à Patribus examinatur.* [10] *Hussii cum quibusdam disputatio de universalibus.* [11] *secundum caput, Wiclephi doctrina Hussio exprobrata.* [12] *tertium caput, quod Hussius animam suam à morte sua cum Wiclephi anima esse optarit.* [13] *quarto capite Hussius seditionis accusatur.* [14] *quintum caput, quod Hussius Academiam Pragensem vastarit.* [15] *Hussius episcopo Rigæo traditur.* [16] *Cardinalis*

Digitized by Google

dinalis Cameracensis Hussium monet, ut se Concilio summittat. [7] cui Imperator succenturiat. [18] de D. Fiscellino historia memorabilis.

Concilium Ioannem Hussiū indicta causa damnare cogitat.

ERGO Non. Iunii pleriq; omnes Cardinales, Episcopi, Prælati, cum omni clero in Minoritarum sive Franciscanorum cœnobio convenire, iubereque ut caput & testimonia, prius, quam Hussius produceretur, legerentur, quo facto ipsum absentē, qui neque vel verbulo se defenderat, condemnare velle. [2] At hoc M. Petrus Mladonovicius, simul cum ipsis ingressus audire, confestimq; ad Despotas Wenceslaum Dubæum & Ioannem Chlumæum advolare, Hussium ab ipsis inaudita indictaque causa damnari dicens. [3] Qui quam celerrime ad Imperatorem accedere, gravissimeque hoc nomine conqueri, remque eo deducere, ut [4] Imperator [5] Ludovico Bavariæ Duce & Marchione Friderico, Burggravio Norimbergensi ad Concilium missis in Hussii negocio, dum ipse quoq; advenisset, & ille benigne audiretur, pergere vetaret, per eosque postularet, ut Cardinales omnia illa capita, quæ ipsis erronea viderentur, ad ipsum Imperatorem, qui ea quoque doctis aliis tradere, eorumq; iudicium de iis audire vellet, mitterent. In priore Conciliū acquiesceret, exsecutionemq; suspenderet, oportere: alterum autem caput Cæsari simpliciter denegare. Bohemici proceres interea ad Cardinales accedere, Hussii libros, è quibus capita illa excerpta erāt, offerre, ea tamen lege, ut pro libitu suo eos reposcerent atque reciperent. Libris oblatis Hussioque in medium producto Principes abire: [5] Hussius a. à Concilio rogari, *num hi libri sui essent? an eos agnosceret?* ibi Hussius meditatus petere ut sibi exhiberentur: quo facto respondere, [6] *omnino, esse suos, erroremq;, quiscunque in illis ostenderetur, à se libentissimè correctum iri*: Ibi capita contra ipsum prælegi cœpta. [7] Hic autem erat agendi modus: perlecto uno capite, paucisque nominatis testibus, Hussioq; respondere volente, tantus exoriri clamor atque strepitus, ut nemo vel verbulum audire posset: verum (M. Petro Mladonovicio teste oculato comprobante) meras beluas inter sese dimicātes esse putavisses, nedum viros doctos, quibus de tam arduis rebus iudicandum ac decernēdum fuisset. Sedato paululum strepitu, Hussioque sacras literas allegante, omnes exclamare: *hoc nihil ad rem*: quidam ipsum criminari, alii ipsum ludificari, ita ut omnino cōticescere vellet. Hinc illi se iam victores arbitrari; sed, quod dicitur, Gyrgathum spirare: cunctis enim exclamantibus, *en tibi, nonne iam silet? hinc hoc caput hæreticum ab ipso docente propositum fuisse liquet*: Hussius respondere: *atqui me auditum iri putaram, quod quoniam ob tantum strepitum impetrare nequeo, conticescere cogor, id quod attēte auditus minime facerem.* Quod dictum nonnullis prudentioribus probari, qui rē in alium diem, quo à linea, quod aiunt, inciperent, differendam iubere, id quod & factum. [8] Quia vero Bohemici proceres videbant, quid de Hussio, dum audiretur, fieret, Imperatorem adeuntes omnem agendi modum ipsi exponere rogareq; ut ipse ei actui adesse, utq; omnia ordine gererentur, efficere vellet, quem quidem laborem Imperator suscipere, seque 7. Id. Iunii in Cœnaculum Minoritarum conferre.

M. Petrus Mladonovicius id auditum Despotis Wenceslao Dubæo & I. Chlumæo indicat.

Despotæ W. Dubæus, & Ioannes Chlumæus celeriter ad Imp. sese conferunt.

Imperator Patres concilii remoratur.

M. Hussio libri sui exhibentur. suos agnoscit.

Concilii iniquitas.

Imperator in Patrum Concilii cōventum ingreditur.

Hussius à Patribus examinatur.

[9] Universa igitur religiosorum turba congregata multis satellitibus armatis Hussium vocandum atq; adducendum curare: tum primum prælegi: *Hic Ioannes Hussius Pragæ in templo Bethlehem aliisque in locis multos errores tum è Wiclephi libris, tum à semet excogitatis hæresibus (quas defendit pertinaciter) docuit.*

I. *Primum docuit, à consecratione in S. Domini Cœna naturalem panem remanere, id quod Ioannnes Protivva, ecclesiastes ad D. Clementis, Pragæ, Ioannes Peclo, ecclesiastes ad D. Ægidii, Benes, concionator aulicus, Andreas Broda, Canonicus aliique religiosi plures audiverunt.* Ad quæ Hussius: *atqui me nunquam adduci potuisse, ut hoc crederem, multo minus ergo docuisse, Deum testem cito. Christum quidem recte panem vocari posse docui, licet hoc Episcopus Pragensis vetuerit, quia Christus seipsum Ioann. 6. panem angelorum appellat: Me vero tum de materiali pane verba fecisse, nemo citra iniuriam dixerit.* [10] Tum Cardinalis Cameracensis schedulam in manus sumta dicere, sibi eam nudiustertius à quodam eruditione insigni S. Theologię Doctore oblatam atque traditam esse, ex qua hæc verba legere: *num Universalia, Ioannes Hussi, de parte rei esse censes, cuius sunt universalia?* Hussius respondere: *imo vero: nam & Anselmus aliique plures idem docuerunt.*

Hussii cum quibusdam disputatio de universalibus.

Tum

Tum Cardinalis pergere ac dicere: *ergo à recitatione verborum institutionis materialem panem remanere necessario consequitur: id quod sic probabo:*

Pane post consecrationem in corpus Christi, ut inquis, converso natura universalis aut remanet, aut abolетur.

Iam priore concesso, panem materialem remanere doces, id quod perspicuum est: posteriore autem sumto, speciali natura universalem interire consequitur.

Ad quod Hussius respondere: *manente hac rei conversione, universalem naturam in hoc singulari contra naturam interire, in cæteris autem remanere oportet.* Quo dicto Anglus quidam surgere ac dicere: *cæteris omnibus naturis singularibus universalem naturam retinentibus hic idem fiat oportet.* Ibi Hussius: *puerile hoc est argumentum, quod & pueri in scholis trivialibus norunt. An tu theologus esse, nec tamen, quanta divinarum naturaq; terminos excedentium, & naturalium rerum differentia sit, scire? aut, si scis, quid duas diversas materias confundere vis?* Hunc alius Anglus vindicare volens, dicere: *materialis panis nisi maneat, evanescat oportet, id quod tamen non fit.* Ioannes Hussius respondere: *etsi materialis panis remanet, arcano tamen modo in corpus Christi convertitur.* Alius Anglus hoc audiens, sic ordiri: *Hussius planè ut Wiclephus loquitur, omnia concedens, & tamen à consecratione naturalem panem remanere censens: ab Hussio præterea Wiclephi illud caput de materia, in sua scripta Bohemico sermone translatum.* Hussius autem ingenue, quod sentiret, firmissimeq; asseverans Anglo interrogāti: *num corpus Christi totum & essentialiter in eucharistia esse crederet,* respondere: *imo verò: corpus Christi ex Maria virgine natum, passum, mortuum, sepultum, quod resurrexit, atque in cœlum ascendit, iamq; sedet ad dexteram Dei patris cœlestis, revera & essentialiter in S. Cœna esse, firmissime credo.* Illis autem multa de Universalibus in medium adducentibus Anglus ille, naturalem panem remanere contendens, argumentoq; quod non evanesceret, probare cupiens, dicere: *diu multumque de universalibus disputare, quid facit ad salutem æternam? de S. cœna, quantū equidem audio, rectè sentit.* Ibi Anglus quidam, nomine Stockes, *Pragæ*, inquit, *libellum vidi, qui tuus esse dicebatur, in quo hoc docebas.* cui Hussius: *hoc vero, salva gratia, est putidissimum mendacium.*

Ex omnibus igitur sermonibus ipsius nihil extorquere valentes, testium dicta urgere: Hussio vero hoc prohibere volente, Cardinalis Florentinus, *tu Magister*, inquit, *in ore duorum aut trium veritatem omnem consistere scies. Atqui hic plures vicenis doctos, prudentes, magnosq; viros omnes id asserentes cernis.* Hussius, *at hæc*, inquit, *mihi nunquam in mentem venisse, multo minus à me docente proposita fuisse, Deus & conscientia mea testimonio suo comprobabunt.* Ad quæ Cardinalis Cameracensis: *ex conscientia tua nos iudicare nequimus; nos ea, quæ testes dixerunt, observamusq; & sequimur, quæ ipsi quoq; de te non odio dicunt; sed eiusmodi rationes adducunt, ut in iis acquiescere cogamur, nec de ipsorum fide dubitare possimus. M. Stephanum Palecium tibi præ cæteris infensum esse dicis, qui capita quædam è libris tuis vafre excerpserit, quæ postea in medium adducentur: at revera ipsum iniuria afficis: quantum enim equidem iudicare possum, multo tolerabilius & maiore fide descripsit, ac unquā vel uspiam in libris tuis reperiri possint. Similia de aliis præstantissimis viris, abs te spargi, inprimisque Cardinalem Parisiensem, D. Gersonem, cui viro vix ullus in mundo similis, tibi suspectum esse audio.* " Ecce autem ipso respondere volente, secundum caput legi: *Ioannes Hussius etiam hæreticos Wiclephi articulos in universa Bohemia docuit.* Ibi Hussius: *nullum errorem vel Wiclephi vel alius ullius à se docente traditum. Quodsi Wiclephus omnino errarit, id ex Anglis, qui audiri possint, sciri posse.* Quo dicto adversarius ipsius surgere ac dicere: *Videte, sancti patres, vult negare, & publice cunctis Wiclephum damnantibus Romæq; & in papali consilio, & Pragæ in Academicoque & Episcopali consistorio restitit, seque opposuit.* Hussius respondere: *intempestivæ illi sententiæ, quæ omnia capita vere Catholicæ religioni adversa, erronea, hæreticaq; esse, offensionemque habere iudicata sunt, me me opposuisse fateor, cum præsertim & hoc caput simul cum cæteris condemnatum sit, quo Constantinus Imp. & Sylvester Papa, concessis ecclesiæ tot tantisq; immunitatibus atque privilegiis, errasse dicuntur. Similiter & quod Papa vel Episcopus mortalis peccati reus, neq; S. cœnam legitimè administrare, neque quenquam baptizare possit. Quod ultimum caput ita contraxi, ut à mortalibus peccatis immerso digne sacram cœnam administrari, aut quenquam baptizari negaverim.* Quibus dictis adversarii sui omnes insurgere, totum articulum totidem verbis è Wiclephi libris, in librum, quem in Palecium scripserit, trāslatum dicere, id quod multis quoque testibus comprobare. Hussio vero dicente, *nisi libri ita, ut ego dico,*

Secundum caput accusationis.

Wiclephi doctrina Hussio exprobrata.

Digitized by Google

» *habeant, vitam meam profundam* : Bohemici proceres urgere, ut libri ipsius exhiberentur, qui exhibiti verba, ut ea Hussius allegarat, referre. *Porro neque ideo sententiam,* inquit, *istam probare volui, quoniam & illud caput improbat, quo Wiclephus decimas stipem sive eleemosynam esse ait. Quid?* ait Episcopus Florentinus, *an non hoc est erroneum? ecce stips sive eleemosyna libere absque omni mandato debitove datur: decimæ vero non libere, sed ex mandato debitive ratione persolvuntur. Hinc decimæ non sunt stips sive eleemosyna.* Hussius respondere: *Maior huius syllogismi, reverende pater, falsa est.* Christus enim ipse Matth. 5. *sex illa misericordiæ opera recensens divites non ultro seu sponte; sed animarum suarum periculo eleemosynam dare iubet. Quid audio?* inquit Episcopus Anglicanus: *qui ergo sex illa misericordiæ opera non navant, damnatione tenentur: quorsum ergo inopes, qui ea navare non possunt? an ergo & hi damnatione tenentur?* Hussius, *de divitibus saltem,* inquit, *ut & Christus, quique opibus pollent, dixi; non de pauperibus. Tum vero & domini Cardinalis minor falsa quoque est. principio enim decimæ liberæ fuerunt; posterius autem quodam quasi debiti iure exactæ & acceptatæ sunt.* Quod probaturus silere iussus est. Plures etiam allegare rationes, ex quibus in capitum Wiclephi condemnationem consentire noluerit. Tandem nullum Wiclephi articulum à se vel approbatum, vel, quia necdum ullus ex verbo Dei falsus esse ostensus fuerit, damnatum fuisse. *Id quod,* inquit, *non ego solus; sed & cæteri Academiæ Pragensis Magistri fecerunt. Præterea Archiepiscopo Suincone omnes Wiclephi libros, quot quot Pragæ essent, ad se deferri postulante, ipse quoque nonnullos, quos habebam, ipsi tradidi, simulque rogavi, ut si quis in esset error, eum diligenter annotaret, eum à me quoque publice reiectum iri. Archiepiscopus autem nullo errore commonstrato omnes congestos libros unà cum meis exurere, quod tamen à Papa Alexandro V. mandatum non habere; sed dolo diplomatis cuiusdam, quod à Iaroslao, episcopo Sareptano accepit, quo Bohemiæ Regem cæterosque proceres eo à se adactum iri putabat, ut in erroneorum Wiclephi librorum condemnationem consentiret, etiamsi ipse nullum errorem ostendisset. Sed longè alium ipsique inopinatum res eventum sortiri. Et quanquam nonnullos Theologos convocandos curarat; tamen hoc saltem ideo factum est, ut res ea tanto honestiorem speciem haberet. Academia vero hoc comperto Regi supplicans petere, ut cœptum hoc negocium impediret, id quod Rex quoque quibusdam, qui rem omnem rescisceerent, ad Episcopum missis fecit: Episcopus vero nihil à se, Rege invito, in libros Wiclephi tentatum iri asserere: & licet eos postridie exurendos curare vellet: id tamen, quod sibi à Rege metueret, intermitti. At Alexandro V. Papa, vita functo, & diplomatis sui vim simul sepultam Episcopus cogitare, ideoque Palatium Episcopale occludendum, armatisque stipatoribus bene muniendum, librosque exurendos curare. Ergo non tantum iniquitate illa gliscente, sed & Episcopo sub fulmine execrationis, ne quis amplius in templo concionaretur, vetante: ego Papam appellare, quo mortuo, ad successorem ipsius Ioannem XXIII. provocare. Procuratoribus autem meis pene biennium non auditis, ad summum iudicem Iesum Christum provocare.* Quo dicto illi ipsum interrogare: *num à Papa absolutus esset?* ipso respondente; *quod non,* pergere: *an etiam ad Christum provocare, eumque appellare fas esset*: ibi Hussius dicere: *omnino: atque hoc vobis omnibus dico: nullam vel iustiorem vel efficaciorem appellationem esse. Quod enim in iure legitur,* Appellatio est, cum superior iudex requiritur: *Iam quis est Christo superior iudex? quis iustius æquiusque iudicare valet Christo?* quo dicto ab universo Concilio irrideri. [12] Deinceps legi: *Ioannes Hussius, ut indoctam plebem ad se alliceret, Wiclephumque commendare posset, docuisse fertur, in Anglia quosdam religiosos in templo quodam disputando se Wiclepho opposuisse: Deo opt: max. autem id intolerabile visum, ideoque ædem ab ipso fulmine tactam esse, ut adversarii ipsius vix effugerint* : item: *optasse, ut anima sua eum in locum, in quo Wiclephi esset, transferretur. Ad quæ Hussius: primum, quod de me confictum est, nunquam cogitavi, & hoc ipso die primum audio. Ad alterum respondeo: libris quibusdam philosophicis Wiclephi ante annos 12. in Bohemiam delatis, qui mihi mire placebant, hic sermo mihi excidit:* Wiclephū hunc virum ingenuum honestumque fuisse audio: ideoque ipsum æternæ beatitudinis hæredem esse omnino spero: & quanquam de beatitudine sua quadamtenus etiamnum dubito: tamen opto, ut anima mea ad ipsum perveniat. [13] Ad hęc illi ipsum iterum ridere & ludificari, novumque caput legendum curare: *Ioannes Hussius quoque plebi consuluit, ut, Mosis exemplo, omnibus religionis suæ adversariis gladio non inique resisteret.* Hinc statim programma publicum affigi, quo quisque gladio cingi nec fratri amicove aut vicino parcere iuberetur: Hussius dicere, se ab hostibus suis & hac in parte summa iniuria affici. Se enim populo, ut se galea fidei & ense iustitiæ,

Tertium caput accusationis Hussii.

quartum caput accusationis Hussii.

iustitiæ, nec materiato corporeoq; armaret, semper autorem fuisse; de programmate vero illo, ut & de gladio Mosis, sibi ne verbulum quidem constare. 14 Ad quod cum respondisset, legi: *Ioannis Hussii doctrina multam offensionem habet, ecclesiasticumq; & politicum ordinem inter se commisit, ex quo religiosorum & Episcoporum persecutio & spoliatio exorta est, & celeberrima Pragensium Academia interiit.* Hussius respondere, eius rei culpam sibi nullo modo imputari posse. *Nam quod ad priorem huius capitis partem attinet, religiosorum & politicorum dissidium hinc exortum: Gregorio XII. dum eligeretur. pollicito, se, ubi cardinalibus videretur, Papali dignitate se abdicaturum, & contra Regem Wenceslaum, Bavariæ Ducem, Robertum Rom. Imp. confirmante; paucis vero annis post, Cardinalibus postulantibus, se papatu abdicare recusante, Cardinales ad Bohemiæ Regem literas dare, & petere, ne huic Papæ, de quo modo dictum, se summitteret, quo facto facile fieri posse, ut à novo papa Romanum imperium recuperaret: id quod Rex facere, seque indifferentem præbere, ita ut neutram in partem propenderet, sive, ut neq; Gregorium, nec Benedictum, qui etiam Papa esse volebat, Petri successorem agnosceret. Archiepiscopo Suencone autem repugnante, nonnullisque religiosis sacra numinisq; cultum intermittentibus, Rex in eo quoq;, quod à quibusdam bona religiosis eriperentur, redditusq; subtraherentur, connivere: inprimis autem quoniam & ipse Archiepiscopus non nisi sepulchro Wenceslai violato & spoliato discederet. Ex quibus omnibus Hussium eius rei culpam non commisisse, perspicuum est.* Quibus dictis quidam, nomine Naso, surgens, dicere: *ideo religiosi suo munere defungi noluerunt, quia bona ipsis erepta essent; nec ideo, quod regio mandato parere noluerint.* *Iam* inquit Cardinalis Cameracensis, *mihi quoque aliquid in mentem venit. His enim in Bohemia gestis mihi Roma equiti egresso Bohemicos quosdam Prælatos obvios factos interrogati, quid bonorum novorum se cum adferrent, respondere, se indignis modis exceptos, religiososq; bonis suis spoliatos esse.* Hussius autem dicere: nullam aliam præter hanc causam esse, id quod diligenter & accurrate inquirens inventurus esset. Quod porro de Pragensis Academiæ dissipatione accusetur, se iniuria affici: *Bohemia enim Rege, iuxta diploma Academiæ primordia sua capiente confectum, Bohemis tres sententiæ ferendæ calculos, Germanis autem saltem unum addicente, Germani sese religione, imo sub periculo vitæ bonorumq; amittendorum, ne quis in ea remaneret, in eamve rediret, obstringere. A me quoq; variis meorum precibus expugnato negocium hoc apud Regem actum, imo actitatum, patriaque meæ honoris rationem habitam esse confiteor. Vtq; mihi fidem habere possitis, en vobis Albertum Warentrapium assidentem, tum philosophicæ facultatis Decanum, qui sese eodem cum ipsis sacramento discessurus obstrinxerat, qui rem omnem modo velit, recte enumerare poterit.* Alberto huic surgenti silentium imponi: Naso vero incipere ac dicere: *Res omnis mihi penitus nota est: tum temporis enim, tribus scilicet hisce gentibus, Bavarica, Saxonicaq; & Silesia Regi de benigno responso instātibus, ego Regi in sua regia inserviebam, qui ipsis molliter respondere: tandem autem in Hussiū & Hier. qui in ipsum assidue incursabant, Rex excandescere, ac dicere*: vos duo mihi non paululum molestiæ facessitis: quod nisi cessaveritis, iiq;, quibus causam hanc commisi, quod officii sui ratio postulat, fecerint; ego igne eam expediā. *Ex quo, venerandi patres, quo favore Rex hosce viros prosecutus fuerit, qui me, sub publica Regis fide incedentem vexare ausi fuerunt, perspicere potestis.* Huic Palecius succenturiare: *imo*, inquit, *venerandi patres, non exteros modo, sed & multos Bohemos ipsos, eruditione præstantes, & in Moravia exulantes, expulerunt.* Hussius respondere: *qui vero discedere coacti, à me, non amplius Pragæ degente, expulsos esse verum sit?*

quintum caput accusationis Hussii.

Dissidium religiosorum & politicorum Pragæ unde exortū.

15 Hæc eo die geri: nocte vero ingruente Hussius Episcopo Rigensi, M. Hieronymum quoque captivum tenenti, tradi: ante vero quam abduceretur, Episcopus Cameracensis ipsum hisce affari: *Audi, Hussi, primum in medio propositus dicere au ditus es, nisi volens ad Concilium venisses, nunquam futurum fuisse, ut vel ab Imperatore, vel à Rege, nedum à Concilio adducereris, ut compareres.* Hussius hęc respondere: *imo dixi: multi n. Domini in Bohemia mei tam sunt amantes, ut me clam sustentare facile valuerint.* Tum Cardinalis indignari, atq; ad Imperatorem dicere: *quam impudens hic homo sit, hinc apparet*: & quia murmur exoriri strepitusq; excitari, Despota Chlumæus dicere: *bene dixit: etsi ego tenuiore fortuna Dominus sum: tamen integrum annum, Deo favēte, adversus Imp. Regemq; protexissem. taceo alios opulentiores Dominos, quibus plures, quam mihi meisq; præillustriores arces propugnaculo sunt* Episcopus respondere: *Hæc omittamus: Tibi vero, Ioannes Hussi, dico, quod & in carcere pollicitus es, Concilio te summittas: quod si feceris, bono tibi fuerit.* 16 Ad quæ Imperator Hussium hisce verbis adhortari: *Etsi te*

Hussius Episcopo Rigao traditus.

Cardinalis Cameracensis Hussium adhortatur.

Digitized by Google

decimo quinto demum die, ex quo in carcerem missus fueris, publicæ fidei diploma à nobis accepisse nonnulli dicunt: tibi tamen ante, quam Praga discederes, redditum fuisse, nonnullorum Principum, multorumq́ præstantissimorum virorum testimonio confirmare possumus. Polliciti quoq́ tibi sumus, nos, ut libere audireris, effecturos, id quod venerādi Cardinales Episcopiq́ &c. fecerunt, licet ipsorum multi nullius hæretici, aut qui hæreticus habeatur, rationem habendam putent. Ideoq́ idem consilium, quod Dominus Cardinalis, tibi damus, volumusq́, ut te Concilio summittas. Quodsi feceris, pro autoritate nostra, Dominiq́ fratris nostri, Bohemiæ Regis, laudatiq́ Bohemiæ regni nomine rem eo deducemus, ut tolerabili satisfactione absolvaris, bonaque pace hinc discedas: sin minus, patres scient, quid de te statuturi sint. Nos sane neq́ te, neque errores tuos tutabimur; quin potius manibus hisce nostris ignem, quo comburaris, accendemus, quam te tam contumacem feramus. Quare de nostro Conciliiq́ consilio, quicquid Concilium decreverit, acceptabis. Hussius respondere: *pro fide illa publica A. M. T. gratias, quas possum maximas ago.* Et quod Despota Chlumæus terrore commotum contumaciæ culpam, quam Imperator ipsi imputabat, haud diluere videret, accedens ipsum eius admonere. Tum Hussius, *Deum opt. max.* inquit, *testem invoco, clementissime Imperator, nunquam me erroneum quicquam pertinaciter tueri animo meo concepisse; sed meliora edoctū correctionem adhibere huc venisse.* Quo dicto illi abducendum curare. [17] Tum considentibus Patribus memorabile quiddam accidit, quod Dubravius libro 25. & Sylvius lib. 4. Comment. in res gestas Alphonsi consignarunt. Imperatorem Hussium auditum ire volentem, quidam Despotæ, Nobilesque & Doctores comitari. Considente autem Imperatore quisque ad sui similes se recipere. At Imperator ante paucos dies I. V. Doctorem quendam, *Georgium Fiscellinum*, extulerat, & nobilitatis honoribus atque privilegiis decoraverat. Hic subsistere, nec quo se cōferret, videre, tandem autem Doctoribus missis Nobilibus assidere, id quod Imperatori cachinnum movere, qui & dicere: *mirus sane homo es, qui nobilitatem eruditioni præfers. Nonne vel sexcentos rusticos uno die à me immunitate donari, atque ad nobilitatis fastigium evehi; toto vero vitæ meæ tempore, ex ipsis omnibus ne unum quidem doctum effici posse cernis?*

Memorabilis historia de D. Georgio Fiscellino nobilitato.

Caput XVIII.

[1] *Alia sessio patrum Concilii.* [2] *capita de quibus Hussius interrogatus.* [3] *Cardinalis Cameracensis oratio ad Hussium.* [4.6] *Hussii responsio.* [5] *Card. Camerac. replicatio.* [7] *Imperator Hussium alloquitur.* [8] *Hussius abducitur, Imperatorq́ sententiam in ipsum fert.* [9] *quosdā ad ipsum ablegat.*

Alia sessio patrum Concilii

POSTRIDIE, sexto videlicet Id. Iunii, omnes iterum convenire, Cæsar, Cardinales, Episcopi &c. Hussio autem in medium adducto primum trigintanovem capita, quæ in libris ipsius haberi dicebant, ipsi prælegi, quorum is quædam, quæ nempe sua erant, fateri; quædam, quæ nempe dolo malo allegata erant, numero non pauca, reiicere; quædam, quæ plane probari demonstrarive non poterant, omnino aversari. Hæc capita, ut lector, cur ipsum exusserint, & quomodo ipsum verbo Dei convicerint, perspicere possit, recensebo.

Capita de quibus Hussius interrogatus.

[2] Quia vero capita dolo malo allegata è libro *de ecclesia*, item *contra Stanislaum & Stephanum Palecios*, exscripta fuerunt: Hussii responsum brevitatis ergo omittere, prudentemque lectorem ad primum tomum Hussii operum, quæ Hussius in carcere suo in unum coegit, atque in Bohemiam misit, remittere volui.

1. Ut autem ad rem accedam, primo capite lecto, *Hussius docuit, esse saltem unam sanctam Christianam catholicam ecclesiam, quæ omnium ad vitam æternam prædestinatorum cōgregatio sit:* Hussius dicere: *fateor: quoniam & D. Augustinus idem docuit:* id quod Cardinales suos notarios consignare iubere.

2. Ad alterum caput: *Paulus nunquam fuit membrum Diaboli, licet peccaret, ut neque Petrus, qui etsi gravi lapsu peccavit, tamen ecclesiæ membrum fuit. Atq́ Deus hunc lapsum permisit, ut, lapsus tanto maiore fiducia resurgeret.* Hussius dicere: *hoc caput in libris ex Augustino satis demonstratum est.*

3. Ad tertium: *nullum membrū veræ ecclesiæ ab ea recessit, quia amor prædestinationis, eam constringens, non recedit:* Hussius respōdere: *hoc fateor: atq́ ex* Ro. 8. & 1. Co. 13 *probo.*

4. Ad quartum: *à Deo electus, sanctæ ecclesiæ membrum est, etsi tum propter atrocia peccata sua non est cum Deo in gratia:* Hussius respondere: *non de omnibus, sed de iis saltem hoc intelligendum est, qui ovile Christi nondum ingressi sunt.*

Ad

Digitized by Google

Ad quintum: *nullus honos, nulla amplitudo, nulla dignitas, aut electio humana vel alia* 5.
quæcunq, aspectabilis nota, quenquam facit membrum ecclesiæ: Hussius dicere: *verum est.*
Ad sextũ: *nullus infidelis verum ecclesiæ Christianæ membrũ est*: Hussius dicere: *verum.* 6.
Ad septimum: *Iudas non fuit verus Christi discipulus*: Hussius dicere: *fateor:*
Ad octavum: *congregatio eorum, qui ad vitam æternam prædestinati sunt, sive ii cum Deo* 7.
in gratia sint, sive nõ sint, est ecclesia Christi: atq, hic est articulus fidei: hæc enim est, quæ nec ma- 8.
culam nec rugã, nec eiusmodi quid habet, quamq, Dominus Christus sponsam suam dicit: Hus-
sius dicere: *hoc fateor, quatenus tamen accurata vocis* ecclesia Christiana, *quæ in sacra*
scriptura significationem variat, ratio habetur.
Ad nonum: *Petrus non est caput ecclesiæ*: Hussius dicere: *si Christus est, Petrus esse non*
potest. 9.
Ad decimum: *si Christi vicarius sive legatus Christum in doctrina vitaq, imitetur, est i-*
psius legatus: quodsi vero aliter doceat aut vivat, est tuba AntiChristi, Christo Petroq, contra- 10.
rius: imo Iudæ legatus: Hussius dicere: *hoc trado.* Quo dicto Cardinalis alius alium in-
tueri, caput quassare & ridere.
Ad undecimum: *omnes avari & criminosi sacerdotes septem Sacramenta flocci faciunt:* 11.
Hussius respondere: *caput hoc mancum est*: cumque ad codicem reversum esset, hoc
ita se habere compertum, ipseque verum dixisse deprehensus est.
Ad duodecimum: *Papæ dignitas sive eminentia ab Imperatore est*: Hussius dicere: *o-* 12.
mnino: Constantinus enim doctrinam ipsi tradidit: (humanitus autẽ loquor: alias enim à Chri-
sto est.) Quo dicto Cardinalis Cameracensis exordiri, ac dicere: *nonne in synodo Ni-*
cæna Romano Episcopo primus locus datus est? quid tu ergo Concilio istud adimis? Hussius re-
spondere: *equidem de eo loquor, abs qui donatio illa facta est.*
Ad decimumtertium: *nemo, nisi speciali oraculo edoctus, aut alia quadam singulari reve-* 13.
latione scire potest, an ecclesiæ membrum sit: Hussius dicere, *verum est: Christus enim Lucæ*
17 inquit: cum omnia feceritis, dicite, servi inutiles sumus.
Ad decimumquartum: *nemo scire potest, an Papa sit caput ecclesiæ à Deo electum*: Hus- 14.
sius dicere, *verum hoc esse, Agnetis, quæ Papa facta fuit, exemplo liquet. &c.*
Ad decimum quintum: *nisi Papa Christo Petroq, similis sit, potestas ipsius vana est*: Hus- 15.
sius dicere: *hoc fateor*, & ad id explicantem Cardinales dicere: *ubi habetur hæc glossa*
sive explicatio in tuis scriptis? Hussius respondere: *in tractatu contra Stephanum Palecium.*
Ibi sese invicem intueri, sibique arridere.
Ad decimumsextum: *Papa non ideo quia in Petri sede considet, est sanctissimus; sed quia* 16.
maximis animi bonis instructus & exornatus est: Hussius dicere: *hoc falso allegatum est.* In
quisitus ergo locus id ostendere: sic enim codex: *idcirco Papa sanctissimus est: quia*
Christum in humilitate imitatur.
Ad decimumseptimum: *nisi Cardinales Apostolorum vestigiis insistant, non sunt veri* 17.
eorum successores: Hussius dicere: *etsi non iisdem verbis in libro meo scripsi: tamen ita sen-*
sisse fateor. Verbis suis è codice recitatis, cum ad ea verba perventum esset, *verum i-*
psi Cardinales non intrant per ostium ovilis, qui est Christus, quia ceu fures & latrones aliunde
ingrediuntur: tum Cardinalis Cameracensis usitatum sibi epiphonema addere: nẽ-
pe: *ne, qui capita illa conscripserunt, multo molliora ediderunt, quam in tuis libris reperiantur.*
Hussi, Hussi, tum concionibus scriptisq, tuis modum servare plane nequivisti. Nonne te ad audi-
tores tuos accommodare debuisti? Invectiva illa in Cardinales ad vulgus habita, quem usum ha-
buit? in os ipsis dicere debuisses. Hussius: *quoniam meis concionibus sacerdotes & docti quoq,*
interfuerunt, ut sibi à falsis illis Cardinalibus caverent, omnino mihi monendi fuerunt. Tum
Cardinalis: *in eo vero tu peccas, quod catholicæ ecclesiæ consensum divellere cogitas.*
Ad decimumoctavum: *nullus hæreticus, nisi Christianæ ecclesiæ iudicio in errore depre-* 18.
hensus, magistratui politico, qui in eum supplicio utatur, tradendus est: Hussius, ait: *hoc satis*
superq, in libro meo demonstratũ est. Cum ergo ad codicem reversum esset, hæc inventa
sunt verba: *Inauditum enim politico magistratui tradentes, sunt similes pharisæis, sibi non lice-*
re quenquam interficere fatentibus, Iesumq, Pilato tradentibus, qui, iuxta verba Christi, non ita
graviter peccavit, atq, pharisæi: Quibus auditis, murmurans quoque audiri fremitus:
illique Hussium interrogare: *quis pharisæis similis est?* Hussius respondere: *qui inno-*
centem magistratui politico, qui de eo supplicium sumat, tradunt. Cardinales dicere: *minime*
vero: tu de doctorib. hic loqueris. Inprimis Cardinalis Cameracensis suo more dicere.
passim in scriptis atque concionibus suis vehementior fuit, quam exscripta capita secum afferant.

Digitized by Google

homo Rex esse debebat? Atqui David ne vel impio quidem Regi, Sauli, manus afferre volebat, quoniam Domino consecratus atq; unctus erat. Hussius dicere: *Quid ergo Cyprianus? is nō est vere Christianus, qui non Christiane vivit.* Palecius respondere: *ecce, quam stultus hic homo sit, ausus allegare, quod huc non quadrat: cum norit,* Regem *esse nomen officii;* Christū *autem, meriti.* Hussius dicere: *Si Ioannes fuit verus Papa, cur eum papali sua dignitate privastis?* Imperator respondere: *Imo Cardinales sentiunt, eum fuisse verum Papam: ob gravia vero delicta sua loco motum.*

Ad vigesimumoctavum: *æterna ad vitam prædestinationis gratia, vinculum est Christiana ecclesiæ proprium:* 28.

Item ad vigesimumnonum: *Papa impius, est fur & latro, ut & Iudas; nec caput ecclesiæ:* Hussius respondere: *bene:* 29.

Ad trigesimum: *Cardinales impii, sunt lupi rapaces:* Hussius dicere: *hæc non ita simpliciter scripsi:* lectoq; codice, obesus sericaq; veste amictus monachus surgere ac dicere: *Cavete diligenter, Patres, ne vobis Hussius imponat. Ego cum ipso hac de re contuli, dixiq; quod si ita docuisset, bene: iam vero sententiam meam libro suo indidit.* Hussius respondere: *an vero tu librum, ante quam Constantiam veni scriptum esse non vides? verum autē esse, Papa Ioannes XXIII. ostendit,* Quo dicto Cardinales sese invicem intueri, ac dicere: *atqui fuit tamen verus Papa.* 30.

Ad trigesimumprimum: *Papa non debet dici sanctissimus, nec officii quidem sui ratione; nam & Reges, imo & carnifices atq; diabolos sanctos appellari oporteret:* Hussius dicere: *hæc aliter* (id quod postea quoque factum) *invenientur.* 31.

Ad trigesimumsecundum: *Papa Christo contrarius etiam legitime electus, tamen aliunde in ovile Christi ascendit, nec per genuinam ianuam intrat:* Hussius dicere: *hoc docui.* Palecius respondere: *videte, quam stultus & insanus sit: Iudam à Christo apostolum electū fuisse; & tamen aliunde quam per ianuam ovilis ingressum esse docet.* Hussius respondere: *hoc facile verum esse potest.* Palecius dicere: *nonne quis legitime potest creari Papa, & tamē Christo adversari? propterea tamen non aliunde ascendit in ovile.* Hussius respondere: *dico iterum, quisquis Episcopus, aut Papa, est eo animo, ut largitione munus suum consequi, in eoq; luxu superbiaq; diffluere velit: is aliunde in ovile ascendens est fur & latro.* 32.

Ad trigesimumtertium: *quadraginta quinq; illa Wiclephi capita iniuste damnata sunt; perperam quoq; Doctores illi capita illa omnia hæretica, erronea & offensionem habentia indicarunt:* Hussius dicere: *de hisce quid sentiam, iam ante satis indicavi.* Cardinale autem Cameracensi dicente: *atqui Wiclephi errores abs te defensum iri non putaram; iam vero eos abs te publice doceri video:* Hussius respondere: *dixi quidem hoc, venerande pater, sed ea tamen conditione, quod doctrinam suam, quæcunque vera est, bona conscientia reiicere non possim.* 33.

Ad trigesimumquartum: *ideo quis non est papa, quia à Cardinalibus eligitur; sed quia ea, quæ in Papa requiruntur, in ipso reperiuntur:* Hussius dicere: *hoc verum esse in Agnete liquet, quæ ad Papalem dignitatem evecta, &* Ioannes *dicta fuit.* 34.

Ad trigesimumquintum: *electum Papam non esse caput ecclesiæ,* 35.

& ad trigesimumsextum: *non esse necesse, in rebus sacris habere caput ecclesiæ:* Hussius respondere: *verum est. Quæ enim hæc est similitudo? quemadmodum Bohemiæ Rex Bohemorum caput est: ita & Papa est Christianismi, quia Christus caput sit.* 36.

Trigesimumseptimum: *à Christo per veros suos discipulos, absq; monstrosis istis capitibus ecclesiam suam regi pōsse,* Hussius approbare. 37.

Ad trigesimumoctavum: *Petrus non fuit caput Christianismi: multo minus ergo Papa Romanus esse debet.* Hussius dicere: *etsi verum est; tamen ultimum hoc caput in meis scriptis non habetur.* 38.

Ad trigesimumnonum: *Apostoli discipuliq; ipsorum ecclesiam rexerunt ante ullum in mundo Papam; idem ergo etiamnum facerent, etiam nullo Papa:* Cardinales dicere: *ecce Hussius est propheta:* Hussius autem dicere: *atqui hoc verum esse, vos ipsi vestro exemplo docetis: iam enim nullum habetis Papam; & tamen ecclesiam à vobis regi asseritis.*

Hisce igitur trigintanovem capitibus, quorum causa Hussius ut hæreticus exustus est, recitatis, Cardinalis Cameracensis ita ordiri: *Quam graviter atque frequenter, Ioannes Hussi, erraveris, audivisti: iam de eo, quid tibi faciendum sit, cogitare, tuum & penes te est. Bivium tibi à Concilio ostenditur, alterutram eius partem ineas oportet: primum Concilio te summittas, & quod uno omnium consensu decernitur, patienter feras. Quod si* *Cardinalis Cameracensis Hussium alloquitur*

Digitized by Google

feceris, & in clementissimi Rom. Imp. qui hic adest, & A. M. S. dilectissimi Domini fratris, Regis Bohemiæ, honorem tuamq; propriam salutem debita humanitate ac benevolētia te cum agemus. Quodsi etiamnum nonnulla, quæ recitata sint, capita defendere cogitas, non prohibeberis. Sed cogita te cum, & perpende rem: tot etenim hic tamq; illustres viros, tam valida argumenta contra tua allaturos cernis, ut mihi prorsus persuadeam, fore, ut ad ea solide respondere nequeas: atq; ut queas, faciasq; id tibi gravissimo damno futurum. Hoc tibi dico, non iudex, sed amicus te præmonens. Idem omnes ferè Cardinales facere, Hussiumq; admonere, quibus ille

Hussii responsio.

summisse respondere: *Me libere huc venisse, venerandi patres, non pertinaciter quicquā defendere; sed melius à vobis edoctum discere, sæpe dixi. Proinde rogo vos, ut me animum meum vobis explicare volentem benigne ulterius audiatis. Nisi enim rem, quod satis erit, demonstravero, libentissime vos audiam, vestramq; institutionem acceptabo.* Quo dicto quidam magno cum clamore dicere: *videte, quam callidus sit*; institutionem *dicit*, *non* reformationem, *aut* sententiam definitivam. *Imo*, Hussius dicere, *ut vultis*, institutionē, reformationem, *aut* sententiam definitivam: *Me enim ex animo loqui Deum testem cito.*

Cameracensis replicatio.

Ad quæ Cardinalis Cameracensis: *quando te Concilio summittes? Hoc abs 50. sacræ scripturæ doctoribus, quorum quidam abierunt, in quorum locum Parisienses successerunt, decretum est, cui ne unus quidē in toto Concilio contradixit: primum, ut te Concilio summittas, humiliterque errorem tuum confitearis: deinde ut deieres ea iterum vel docere, vel etiam credere: deniq; ut omnia revoces.*

Hussii responsio.

Quod multis ipsorum suadentibus, Hussius dicere: *iterum dico, doctrinam sive institutionem libenter admittam sive recipiam: interim tamen etiam per Deum opt. max. oro, ne me ad quidquam adigatis, quod tum conscientiæ mea, tum æternæ pœnæ (quam omnia ista capita defendens mihi accerserem atq; attraherem) ratione facere non possim. In Canone namq; legi*: abiurare nihil aliud est, quam à priore errore recedere: *Qui igitur errores illos, quorum accusatus sum, quos tamen nunquam docui, abiurare possim? à meis autem, nisi vos me meliora doceatis, recedere non possum.*

Imperator Hussium alloquitur

Ibi Imperator incipere ac dicere: *quidni absq; periculo omnem errorem, etiam falso testimonio tibi attributum, abiures? equidem omnem errorem abiurarem, nec quisquam tamen, à me falsa proposita esse inde evincere posset. Clementissime Cæsar,* Hussius dicere, *A. M. T. vocabulum* abiurandi *aliter accipit, atque accipi solet.* Quod animadvertens Cardinalis Florentinus, dicere: *scripto levis facilisq; modus tibi tradetur: itaq; num eum acceptare velis, te cum cogita.* Tum Imperator: *iam bivium tibi ostensum audivisti, cuius altera pars est, ut à damnata tua doctrina recedas, Concilioq; te summittas, id quod tibi bono erit: quodsi autem sententiam tuam tueri perrexeris, certe quod hi secundum leges de & in te statuere debeant, scient.* Hussius respondere: *quicquid à Concilio in me statutum fuerit, non recusabo: Hoc solum peto, ut conscientiam meam mihi liberam relinquatis, meq; ulterius de religiosorum amplitudine disserentem audiatis.* Illis autem priora repetentibus, & ipso suę sententiæ firmiter insistente, Cæsar dicere: *satis maturæ es ætatis, ea, quæ tum heri, tum hodie tibi dixi, prorsus intelligens. Quia in ore duorum aut trium testium omnis veritas consistit: multo magis in tot tantorumq; virorum, quorum testimoniis fidem habere nos oportet. Si sapis, obtempera Concilio, & abiura illa capita: sin minus, iam, quid faciendum sit, exploratum habent.* Tum senex quidam Episcopus Polonus incipere: *quid de hæreticis faciendum sit, probe novimus.* Hussius dicere: *falsa à me docente proposita fuisse demonstrate*: alii: *ecce, quam pertinax est?* quodam etiam dicente, non esse admittendum ad iuramentum, quod diceret, *os, non cor iurare*: Hussius respondere: *hoc falsò mihi attribuitur.*

M. Stephani Palecii & M. Michaelis de causis color.

Quibus multis transactis, quæ tamen eodem recidebant, omnes tacere: ibi M. Stephanus Palecius & Michael de Causis sese excusare, quod hæc non odio, sed vi iurisiurandi, quod sacris initiati præstiterint, fecissent. Hussius dicere: *ego rem omnem Deo commendo.* Tum Cardinalis Cameracensis: *nos omnes pietatemq; & humanitatem horum virorum, quam erga hunc hominem in hisce capitibus (quæ multo graviora in libris suis inveniuntur) exercuerunt, haud satis admirari possumus:* Deinde Hussium abducendum curare.

Hussius abductus: & ab Imperatore sententia in ipsum lata.

Tum Imperator: *quos errores hic homo docuerit, vos Concilii patres, audivistis, qui omnes, quantum equidem iudicare possum, imo & singuli, morte digni sunt. Nisi eos abiurarit, comburendum curate: si eiuraverit, nolite committere, ut in posterum suggestum conscendat, neve in Bohemiam revertatur: ab errore namq; suo non recedet; sed suorum ope plura capita inveniet. Tum vero capitum suorum refutationem, addito simul mandato de iis exstirpādis, totaq; illa doctrina ita prorsus delenda, in Bohemiam & Poloniam mittendam: deniq; & asseclas sive sectatores*

tores

Digitized by Google

tores suos, inprimis Hieronymum severe puniendos censeo. Cæsari hæc dicenti illi respondere: *magistro punito, discipulus quoq; iam voluntate remittet*: hisq; dictis ab invicem digredi.

Septimo Id. eiusdem mensis Imperator Episcopos illos quatuor, de quibus diximus, una cum Despotis Ioh. Chlumæo & Wenceslao Dubæo ad Hussium mittere, rogatum, *utrum iam demonstrata capita illa pertinaciter defendere; an vero sponte sua abiurare vellet.* His ergo in Minoritarum cœnaculum pervenientibus, Hussioq; adducto, sic Despota Chlumæus ordiri: *nos indocti idiotæ, dilecte domine Magister, in hac causa te consilio iuvare non possumus: tu, quid tibi faciendum sit, ipse scias oportet: utrum videlicet eorum errorum, quorum à Concilio accusaris, convictus sis; nec ne? Convictum ab errore recedere nec pigeat, nec pudeat: conscientia vero tua tibi innocentiam tuam contestante, cave in teipsum iniurius inq; Dei conspectu mendax sis, aut ut ullo vitæ periculo à veritatis tramite abripiaris.* Ad quæ Hussius amarissimarum lachrymarum vim profundere, dicens: *Deum opt. max. testem cito, generosissime atq; clementissime Domine, si quicquam scirem, quod contra verbum Dei, aut orthodoxam ecclesiam docuissem, aut scripsissem, libentissime ab eo recederem idque revocarem: imo etiam nunc è sacris literis melius doceri cupio: si ipsi quoque meliora doceant, quam ego unquam docui, idque demonstrent, libentissime à meis recedens, illa toto pectore amplectar.* Quo dicto quidam incipere: *ecce, tune toto frequentiq; Concilio doctior esse vis?* ad quod Hussius: *per Deum opt. max. vos oro, date mihi vel minimum ex hoc Concilio, qui me e verbo Dei aliter doceat, libenter ei astipulabor, ut totum Concilium taceam*: Ad quod Episcopi: *videte, quam in hæresi sua pertinax sit.* Quo peracto abeuntium iussu Hussius in carcerem coniici.

Quatuor Episcopi & quidã alii ab Imperatore ad Hussiũ ablegati.

Hussii responsio

CAPUT. XIX.

[1] *Epistolæ aliquot M. Ioannis Hussii, è carcere suo ad Bohemos scriptæ.* [2] *epistola prima.* [3] *D. Katharinæ virginis in fide Christiana constantia.* [4] *secunda epistola.* [5] *vaticinium Hussii.* [6] *tertia epistola.* [7] *quarta epistola.* [8] *quinta epistola.* [9] *Bohemia & Moravia à lata abs Concilio sententia tumultuantur.*

HUSSIUS autem, quem diximus, peculiares quasdam epistolas lectu dignissimas Bohemico idiomate in patriã suam scripsit, quas alii feliciter interpretati sunt: ideoq; earum versionem in benevoli lectoris gratiã huc asscribere visum est.

Exemplum primæ epistolæ, M. Iohannis Hussii:

[1] *M. Ioannes Hussius, spe Dei servus, omnibus fidelibus Bohemis, Dei ex toto pectore amantibus, gratiam ipsius precor.*

Vos à me admoneri, fratres in Christo dilecti, necessarium putavi, ut nempe perpenderetis, meos libros Bohemice conscriptos in Concilio Constantiensi, superbia, avaritia, omniq;, ad quod pietas offensionem atque fastidium habeat, plenissimo, velut hæreticos damnatos esse, qui tamen nulli nec visi, nec lecti, imo ut lecti, tamen non intellecti fuerunt. In hoc enim Concilio meri sunt Itali, Galli, Hispani, Angli, Germani aliorumq; idiomatum homines, nisi forte Episcopus Lytomyslius intellexerit, qui ei synodo interfuit, cum quibusdã aliis Bohemis & sacerdotibus Pragensibus, qui primi omnium convicium fecerunt tum verbo Dei, tum communi patriæ nostræ, terræ Bohemicæ, quam ego tamen, quia in ea verbum Dei & omne honestum expetitur, atq; magno in honore habetur, piis Christianis esse refertam arbitror, Deoq; autore spero simul & cõfido. Quodsi igitur vos ipsi Constantiæ fuissetis, Concilii huius (quod tamen sanctum dicique & haberi vult, perinde atq; si errare non posset) detestandam turpitudinẽ vidissetis. Ipsi etenim Suevi, id quod ex ipsis audivi, urbem suam Constantiam omnibus illis peccatis, quæ in hoc Concilio tam turpiter admissa sunt, expiandis intra triginta annos haud sufficere dicunt. Ad summam omnes hoc Cõcilio offenduntur, quod omnia tã turpiter administrantur atq; geruntur. Primum in hoc Concilium productus, ut me ab adversariis meis defenderẽ, visa hac tanta confusione tantoq; tumultu atq; clamore in me profuso, dixi: in hoc Concilio omnia honestius meliusq; gestum, maioremq; ordinis rationem habitum iri speraram. *Ibi supremus Cardinalis me iurgio adoriri, dicens*: siccine hic loqui audes? in arce moderatior in sermone fuisti: *ego vero ipsi dicere*: in arce non erat tantus in me clamor; iam omnes clamorem profunditis. *Quoniam ergo, dilecti in Domino, in hoc Concilio nullus omnino servatur ordo: ne sententia ista in libros meos lata terreamini. Ipsos sane ut tineas dispersum iri, doctrinamq; & iudiciũ vel sententiam ipsorum non aliter atque aranea telam constituram videbitis atque experiemini. Me quidem à veritate Christi deterrere conati sunt, idque tentarunt;*

Digitized by Google

divinam autem virtutem sive robur in me, superare non potuerunt. Nec vero ex sacris literis mecum agere unquam ausi sunt, id quod nonnulli generosissimi Despotæ, Dominus Wenceslaus Dubaus & Dominus Ioannes Chlumaus (hos duos enim Imperator Sigismundus ad Concilium mecum admisit) testabuntur, qui veritate Christi impulsi omnem contumeliam ferre parati fuerunt, mihiq; adstiterunt. Deinde cum institutionem me admissurum pollicerer, sicubi forsan erravissem: Despotæ, quos modo dixi, audiverunt, supremum Cardinalem respondisse ac dixisse: quodsi igitur te docilem præbere vis, doctrinam tuam omnem, ex quinquaginta horum S. Theologiæ Doctorum (insani vero Sophistæ erant) præscripto revoces oportet. Quid quæso, vobis de hoc videtur? annon hoc est instituere, docere, erudire?[3] Idem planè de S. virgine Katharina legimus, quæ ideo, quod 50. Magistros vel Doctores adversarios haberet, Christianam fidem negare debebat: verum pia virgo noluit, fideiq; Christianæ usq; ad mortem adhæsit, & 50. illos Magistros ad fidem convertit: ego vero hosce convertere non valui. Quæ omnia, dilecti fratres, ad vos scribere volui, ut, non sacris literis, nec aliis modis licitis; sed saltem terrore minisq;, quo revocarem, me cum actum esse sciretis. At Deus opt. max. cuius verbum ego maximi feci, mihi adfuit, etiamnum adest, aderitq; in posterum, id quod mihi de se polliceor, meque sua gratia vel in mortem usq; conservabit. Amen. Dabam die Mercurii ab Ioannis Baptistæ, in carcere, quo mortem expecto, etsi Deus iudicium suum adeo tegit, ut, quam nunc ad vos mitto epistolam, ultimam esse dicere non ausim. Omnipotens etenim Deus me facile eripere & liberare potest. Amen.

D. Katharinæ virginis constantia celebratur.

Exemplum secundæ epistolæ.

EGO M. Ioannes Hussius, spe Dei servus, omnibus credentibus, Deiq; & verbi sui amantibus, veritatis agnitionem Deiq; gratiam precor. Ne eo nomine, dilecti à me fratres, quod adversarii mei libros meos exurere decreverint, metueretis, neve terreremini; sed idem Ieremiæ propheta à populo quoq; suo accidisse; nec conciones ipsius tamen ideo oppressas atq; sepultas fuisse cogitaretis, vos monere volui. Combustis enim illis Deus opt. max. omnia iterum & quidem cumulatius aucta scribenda præcepit, id quod & factum est. Propheta enim Ieremias in carcerem coniectus librarium suum conciones illas ex ipsius ore denuo conscribentem se cum habuit, ut è libro vaticiniorum Ieremiæ 36. cap. [v. v. 23. 28. 32.] legere est. Biblia quoq; combusta, eosque apud quos reperta fuissent, interfectos, in Maccabæorum quoque libris legitur. Similiter & sanctos à Christi nativitate una cum libris à tyrannis exustos esse, in historiis legere est. Ac quidam Cardinales multos libros S. Gregorii combusserunt, nec ullum omnino superstitem reliquissent, nisi Deus opt. max. id per Petrum, Gregorii ministrum præcavisset. Sanctum quoq; Chrysostomum ceu hæreticum duo Concilia damnaverunt, & tamen sententiæ ipsorum iniquitas à viri sancti morte tandem luce meridiana clarius innotuit. Eiusmodi historiis admoneamini, ne metu quodam aut libros meos negligatis, aut adversariis meis exurendos tradatis: sed Despotæ servatoris nostri, quem diximus, memores vos eo confirmetis. quod Matth. 24. inquit ante diē novissimum tanta erit afflictatio, quanta nunquam fuit ab initio mundi, nec quāta unquam erit: ita ut, si fieri posset, etiam electi in errorem inducerentur: sed eorum causa dies isti pauciores erunt. Huius admonitionis, dilecti à me fratres, memineritis, & imperterriti sitis: Deo enim opt. max. auspice, fore ut Antichristi sedes sibi à vobis metuat, vosq; missos faciat, & Constantiense Concilium vix in Bohemiam perveniat, confido. Multos quoq; ei interesse puto, qui prius, quam vobis meos libros eripiant, morte obita extinguantur. Imo ab hoc Concilio in ciconiarum morem hinc inde dispergētur, & hyeme addiscent, quid æstate fecerint. Ecce, Papam, caput suum, quorundam atrocium peccatorum nomine morti addixerūt: Ubi ergo iam sunt Papæ oratores sive concionatores? respondeant hisce, qui pro suggestu clamant, Papam esse Deum terrestrem, nec posse sacra divendere quod iurisperiti dicunt: esse caput sanctæ ecclesiæ Christianæ, eam enim ab ipso regi: eum esse cor ecclesiæ, quod ei vitam spiritualē det: esse fontē, e quo omnis virtus & omne bonum effluat: esse solem sanctæ ecclesiæ Christianæ, unicū thesaurum, quem omnes Christiani studiose inquirere debeant. Ecce caput hoc gladio abscissum, Deum illum terrestrem vinctum, & peccata ipsius luce palam, fons hic exaruit, sol hic exstinctus est, cor hoc è corpore raptum & abiectum, ne quis unquam ad id confugiat. Papam quoq; in Concilio idcirco dānaverunt, quod indulgentias, episcopatus, sacerdotia, sive, quas vocant, præbendas & similia argento vendidit. Multi vero suū quoq; calculū sententiæ ferendæ addiderūt, qui tamē hæc & similia à Papa redemerūt, aliisq; divenderant. Lytomystius enim Episcopus (qui & ipse adest) bis Episcopatū Pragensem emere voluit, ast alii ipsum anteverterūt. Nonne igitur hi sunt profani nebulones? trabē nō extrahūt è suis oculis, cū tamē propriū ipsis ius dicat, ei, qui eiusmodi

sacer-

sacerdotium argento emat, adimendum, ipsumq́; eo privandum esse. Quisquis igitur aut emit, aut vendit, aut ullo modo sese ei negociationi interponit, palam damnandi sunt. Ea ratione Petrus Simonem, argento spiritumsanctum emere volent damnavitē, & exsecratus est. Idcirco & in hoc Concilio ita res gesta est, ut Papa ideo damnaretur atq; proscriberetur, quod eiusmodi mercaturas fecerit: illi vero, qui ab ipso redemerunt, & eiusmodi contractus permiserunt, immunes abeunt: imo in ipso Concilio eiusmodi emptionem & venditionem fecerunt. Hic enim Constantiæ duo sunt, quorum alter episcopatum suum vendidit, alter emit: Papa vero accepto ab utroque argento contractum firmavit. Similia in Bohemia quoq; contingere nostis. Vtinam a, in hoc Concilio Deus dixisset: qui vestrum immunis est à peccato, is *sententiam ferat de Ioanne: procul dubio alius alium pedetētim secutus fuisset, tantisper dum omnes sese subduxissent. Cur ante hac se ipsi inflexerunt, pedesq; ipsius exosculati sunt, sanctissimum ipsum appellantes, cum tamen hæreticum, latronem, imo damnandum peccatorem esse scirent & viderent, quorū omnium sufficientibus testimoniis manifeste convictus est? imo cur Cardinales eiusmodi hominem elegerunt, abs quo priorem Papam interfectum esse sciverunt? cur, ipsi, iam Papæ eam sacrorum mercaturam facere permiserunt? ideo namq; sanè ipsius consiliarii sunt, ut optima quaq; ipsi suggerant, ipsumq; ad ea persequenda adigant: cum autem ipsi non faciant, æque ac ipse reprehendendi sunt, maxime verò, quia ipsi, ipsi, inquam, ad multa talia perpetranda suam operam ei navarunt. Quid causa est, cur nullus ipsorum ei hoc ante, quam Concilium haberi inciperet, exprobrare ausus fuit; sed tanquam sanctissimo paruerunt? iam vero, quia imperium politicū, divino quodam eoq; singulari fato, eum in carcerem miserat, omnes idem æque student, ut scilicet interficiatur. AntiChristi turpissima imo detestanda opera iam in lucem exisse, piosq; Christianos iam procul dubio videre, quidq; Christus sic i dicto illo Matth. 24. voluerit,* cum videritis abominationem desolationis, de qua propheta Daniel, qui legit, intelligat &c: *singularemq; & intolerabilem superbiamq; & avaritiam atq; Simoniam religiosorum Prælatorum, esse veram illam abominationē desolationis, sub qua nec pietas, nec humilitas, nec aliæ virtutes locum habent intelligere certè reor. Si mihi temporis satis esset, quæ iam ex hominibus intellexi scelera, ad vos omnia perscriberem, ut nimirum pii sibi tanto melius cavere possent;* alios tamen, qui hoc gnaviter præstituri sint, à Deo opt. max. post me excitatum iri confido: *quemadmodum iam nonnulli sunt, qui AntiChristi nequitiam palam facient, atque in apertam lucem proferent, vitamq; suam pro Domini nostri Iesu Christi veritate libenter profundent, qui quidem Dominus noster Iesus Christus mihi vobisque vitam æternam dabit. Amen. Dabam die Ioannis Baptistæ, in carcere, vinculisq; & catenis, & D. Ioannem in carcere propter verbum Dei capite plexum esse reminiscens.*

Vaticinium Hussi.

Exemplum tertiæ epistolæ.

EGO M. Ioannes Hussius, spe Dei servus, omnibus fidelibus Bohemis, Deiq; amantibus, ut in gratia Dei vivantq; & moriantur, atq; tandem æternum beati reddantur, ex animo precor. Amen.

Vos potentes, divitesq; & pauperes, ut Deo obediatis, verbum suum magni faciatis, atq; secundum id vivatis, vos rogo simul & moneo. In Dei veritate, quam è verbo suo sanctisque doctoribus vobis & voce & scriptis tradidi, persistatis oro. Si quis etiam vestrum in publica concione, aut alias, aliquid ex me audivit, aut in meis scriptis legit, veritati divinæ contrarium (etsi nihil usquam tale unquam à me scriptum mihi in mentem venit) ne id acceptet, obsecro. Si quis leviter aliquid à me vel dictum vel factum unquam animadvertit, ne me hac in parte imitetur; sed Deum, ut gravem levitatis illius culpam mihi clementer condonet, pro me precetur, oro. Ecclesiastas, pro eo ac debent, honestam vitam agentes, inprimis autem in verbo Dei tractando occupatos, ut ametis, atq; præ cæteris honore dignos iudicetis, oro. A malis vobis, quæso, caveatis, inprimis autem, à profanis impiisq; flaminibus & sacrificulis illis, de quibus Dominus dixit, quod veste ovem referant; intus autem sint lupi rapaces. *Vos Despotas, quæso, subditis vestris moderate utamini, rempublicamq; bene geratis: vos cives oro, quisq; in suo vitæ genere ita vivat, ut bona conscientia sustentemini. Vos opifices quæso, opus bona fide faciatis, victūque cum pietate quæratis: Vos servos quæso, dominis vestris bona fide inserviatis. Vos ludimagistros oro iuventutem vobis commendatam habeatis, eamq; diligenter & bona fide instituatis: primum ut Deum timeant, & semper ante oculos positum habeant: tum ut, non avaritiæ aut ambitionis ergo: sed in Dei honorem, reipublicæ emolumentum, suamque ipsorum æternam felicitatem atque beatitudinem omni studio literis incumbant. Vos Studiosi in Academia Pragensi, cæterique scholastici omnes, obsecro vos, magistris vestris in omnibus rebus honestis*

Digitized by Google

honestis atq; laudabilibus obtemperetis, honestamq; ipsorũ vitam imitemini, diligenterq; libris incumbatis, ut Dei gloria per vos augeatur, & vos una cum aliis ita ædificemini. Deniq; vos omnes oro, ut generosissimis Dominis, Despotis Wenceslao Dubæo, Ioanni Chlumæo, Henrico Blãblavio, Guilielmo Lepori, Domino Nicolao cæterisque Despotis Bohemis, Moravisq; & Polonis gratias agatis maximas, studiumq; ipsorum probetis: sæpius enim sese universo Concilio opposuerunt, veritatem fortiter defenderunt, omnibusq; viribus ipsos aggressi sunt, ut me liberarent: inprimis vero Despota Wenceslaus Dubaus & Ioannes Chlumaeus, quibus bene fidem habebitis in omnibus, quibus omnem hunc actum vobis exponent. Aliquot etenim, nec omnino paucos, dies mihi, me coram concilio defendenti, adfuerunt, Bohemosq; illos, qui tam inique graviterq; detulerunt, utque omnis conventus clamorem in me profuderit, & ego ad omnia interrogata responderim, noverunt. Oro vos etiam, pro Romano vestroque Rege, una cum ipsius coniuge, regina vestra, Deum opt. max. serioque & ardenter invocate, ut & ipsis & vobis & in hac & in illa vita adsit. Amen. Hanc epistolam in carcere catenis vinctus, crastino die Concilii sententiam de me comburendo expectans, scripsi: prorsus tamen in Deo confido, me à se non desertum iri, nec ipsum permissurum, ut veritatem suam negem, aut revocans errores illos confitear, qui falsis testimoniis mei esse dicti sunt. Quam benigne autem Deus opt. max. me cum agat, mihiq; in mirandis illis tentationibus adsit, tum, cum Christi ope in futura vita læti nos invicem iterum videbimus, experiar. De dilecto à me socio meo, M. Hieronymo, nihil audio, nisi quod in dirum carcerẽ missus, propter fidem, quam contra Bohemos illos strenue defendit, mortem (ut ego) in dies expectat. Verum illi Bohemi, nostri hostes infensissimi, nos aliorum hostium custodiæ carceriq; dediderunt. Oro vos, Deum pro ipsis orate. Præterea vos Pragenses seorsim oro, ut templum, nomine Bethlehem, ametis, omnique studio id agatis, ut quamdiu Deus opt. max. volet, verbũ ipsius in eo publice annuncietur. Ei enim templo Diabolus singulariter infensus est, atque in id hos ecclesiastas sacrificosq; concitavit: eo enim, regno suo plurimum adimi videt. Ego vero de Deo opt. max. quod, quam diu volet, templum hoc servaturus, utque verbum suum per alios magis adaugeatur, quam per me miserum hominem factum est, effecturus sit, spero. Vos invicem ametis, veritate neminem prohibeatis, neve pii opprimantur, caveatis oro. Datæ die Lunæ vesperi, pridie S. Viti, per eximium tabellarium.

Exemplum quartæ epistolæ.

DOMINVS vobiscum, dilecti à me in Domino. Cur literas illas, quas proxime ad vos dedi, ultimas esse cogitarem causa mihi fuit & multa & gravis satis: propterea scilicet, quod mortis meæ terminus iam instaret: iam vero cum eam differri audiam, plura ad vos scribere posse, mihi summo gaudio est, utque me erga vos gratum ostendam, iam iterum ad vos scribo. Quantum autem mortem meam concernit, novit Deus causam, cur ego & dilectus à me frater meus M. Hieronymus, supplicio nõdum affecti simus, qui, ut spero sanctus & plane innocens morietur, eumque iam ad cruciatus atq; mortem subeundam me misero peccatore multo alacriorem esse novi. Vt autem admissa peccata nostra eo rectius perpendere, eaque eo maiore fiducia lugere atque deplorare possemus, Deus opt. max. nos tantisper in carcere detinuit, nobisque satis temporis dedit, utque diuturnitate & gravitate afflictionis peccatorum magnitudine æstimata, consolatio tanto facilior esset: item ut eo maiore fiducia summam ignominiam horridamque mortem dilecti à nobis Regis, Domini nostri Iesu Christi, perpendere possemus, es alacriores ad patiendũ essemus, atque ita ad æterna gaudia noñ huius mundi deliciis perveniri, sed pios per multas afflictiones & angustias in cælum penetrasse disceremus. Quidam enim eorum in frusta dissecti sunt, quidam verubus transfixi, quidam elixi, quidam tosti, quidam vivi deglubiti, sive excoriati, vivi sepulti, lapidibus obruti, in crucem acti, inter lapides molares commoliti, atque hinc inde distracti, donec morerentur, quidam aquis submersi, combusti, suspensi, dilacerati, & ante, quam morerentur, contumeliose simul & misere in carcere excepti & habiti. Sed quis omnis generis cruciatus atq; tormenta, quibus sancti tum in veteri fœdere, tum deinceps quoque, præcipue vero maximeque qui religiosis, sese opposuerunt, eorumque nequitiam patefecerunt, divexati sunt, recenseat? ideoque mirum iam esset, nisi iam quoque ii, qui prava reprehendunt, inprimis autem religiosos, qui tamen reprehendi nolunt, omnis generis malis divexarentur. Quod meos libros, in quibus ipsorum nequitiam non obiter delineavi, legere coacti sunt, equidem lætor: & scio eos diligentius ab ipsis lectos esse, evangelio ipso, ut saltem aliquid invenirent, quod reprehendere possent. Datæ die Iovis ante vincula Petri.

Exemplum quintæ epistolæ.

SAlutem à Christo Iesu. Paleciũ, amiciq; & fautores mei, mihi hoc consilii dedisse noveritis, ut nimirũ non eiurandi dedecus, sed utilitatem inde resultantem perpenderem. Cui ego, me ab igno-

ignominia illa mihi non metuere; quia multo maius sit damnari, atq; exuri, quam eierare. Dic mihi tamen (*inquam*) quid faceres? si nullum eorum errorum, qui tibi attribuerentur, unquam fovisses, ipsosne deierares? *ibi ille respondere*: grave est: *& lachrymari. De multis inter nos contulimus, quæ ego probare non potui.* Michael de causis (*accipias, benevole lector*) *aliquoties una cum Commissariis in carcerem meum veniens mihi adfuit, interea; dum ego cum Commissariis locutus sum, custodibus meis dixit:* brevi, Deo volente, hæreticum istum, qui me tot nummis aureis, (*quos* Ducatos *dicimus*) orbavit, exuremus. *Verum hæc à me non eo, quo vindictam postulem, scripta esse sciatis: Deo opt. max. ego rē omnem commisi, & pro ipso ardenter oro. Vlterius autem vos admoneo, ut literas diligenter curetis. Michael enim effecit, ut nemo amplius ad me in carcerem admittatur, nec excubitorum sive custodum ipsorum uxores quidem.* Deus meus! Deus meus! quanta quamque valida est AntiChristi potentia & crudelitas? eam tamen à fidelibus revelandam & tandem abrumpendam spero. *Fidelium certe suorum, quos ante iacta mundi fundamenta elegit, corda Deus opt. max. confirmabit, ut nunquam marcescentem gloriæ coronam adipiscantur. AntiChristus fremat ut velit, in Christo tamen devincendo vires in ventum effundet, qui spiritu oris sui ipsum interimet, ut Apostolus loquitur, & tum condita omnia à corruptionis servitio in filiorum Dei suamq; libertatem vindicabuntur. Domini servatoris nostri dictū:* quod si homines vos oderint, vosq; à se separarint, vos exsecrantes, vestrumq; ceu facinorosorum nomen detestantes, propter filium hominis: beati estis. Gaudete & exultate: ecce enim magna est merces vestra in cœlis, Lucæ 6. *mire me solatur. Grata sane & insignis: sed quæ intellectu q; & opere sive factu gravis, quæq; nos in istis afflictionibus consoletur. Regulam tamen hanc probe intellexit D. Apostolus Iacobus, inquiens:* omne gaudiū existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis: scientes quod probatio fidei vestræ, patientiam operatur: Patientia autem opus perfectum habeat, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. *In tentationibus animo immoto gaudere lætariq;, revera arduum est; facile quidem dictu; difficile vero factu: siquidem patientissimus & animosissimus heros Christus, qui se tamen tertia die à morte resurrecturum, morteq; sua suos hostes omnes à se devictum, electosq; ab æterna morte redemptum atq; liberatum iri scivit, ab ultima cœna sua spiritu contristari, ac dicere:* tristis est anima mea usque ad mortem. *Ipsum quoq; mœrere & contremiscere cœpisse, ita ut angelus cœlitus ipsum consolari iussus fuerit, quum cum morte luctaretur, sudorq; ipsius, ut guttæ sanguinis in terram deciderēt, evangelistæ testantur: in gravissimis tamen malis suis ad discipulos suos dixit:* ne terreatur cor vestrum, *ne metuite vobis ab hostium vestrorum sævitia: me enim semper vobiscum habetis, ut hostium nequitiam devincere valeatis. Hinc dilecti apostoli suum gloriæ Ducem, quinimo regem semper ob oculos sibi statuere, maximaq; mala sustinere, flammas undasq; transire, & anima ipsorum consanescere, coronamq; gloriæ à Domino Deo suo accipere, de qua D. Iacobus in sua epistola loquitur:* Beatus vir, qui suffert tentationem : quia probatus accipiet coronam vitæ, quam Deus se diligentibus promisit. *Huius corona, ut firmiter credo, meq; vosque, ceu Christum, pro nobis passum, nobisq; exemplo, quod imitemur, præeuntem, ardenti amore complectentes, Deus participes faciet. Ipsum necesse fuit pati: nos ergo sua membra, cum capite quoq; oportet patiamur, maxime quoniā dicit:* qui meus discipulus esse volet, abneget se ipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. *O benigne Domine Iesu, nos infirmos trahe ad te: nisi enim tu hoc facias, nos te sequi non possumus. Da nobis validum spiritum, qui etsi caro infirma est, omnia inchoare, ad medium pergere, atq; ad finem perducere instructus sit & valeat: sine te enim nihil possumus præstare, nec acerba mortis vim sustinere. Da nobis spiritum promptum, cor cordatum, veram fidem, validam spem, sinceram perfectamq; dilectionem ut propter te vitam nostrā patiēter & cum gaudio profundentes offeramus. Amen. Amen. Scripta in sævo carcere meo, in catenis & vinculis pridie Ioannis Baptistæ, in carcere, quod malitiam & improbitatem culpasset, capite plexi.*

Ioannes Hussius, certa spe Dei servus.

Atq; hæ, benigne lector, fere sunt maxime præcipuæ literæ, quas M. Ioan. Hussius in diro suo carcere, calamitateque & angustiis, in vinculis, in dilectam à se patriam suam Bohemica dialecto scripsit, ex quibus, qui vir fuerit, facile perspici potest. *Bohemia & Moravia tumultuantur:* ° Ut autem quid latam in Bohemos Moravosq; sententiam (id quod 17. Cal. Iulii factum, quo die omnes HÆRETICI, damnati) statim subsecutum sit: in Bohemia Moraviaq; horrendas seditiones exortas esse sciendum est. Quidā enim sententiam exsequendam velle; cæteri, istis omnibus viribus repugnare: ut & III. Cal. Iulii Olomuciæ duo à quibusdam studiosis hæreseos accusariq; & comburi.

Digitized by Google

Capvt XX.

Vltimus actus, quo Hussius exustus est.

[1] Species confidentium iudicum. [2] Landini Episcopi (alias monachi) oratio. [3] Heinrici, Concilii oratoris oratio. [4] Hussium se defendere volentem iudices impediunt. [5] iniquitas Concilii summa. [6] Hussius Christum alloquitur. [7] Imperatorem erubescere cogit. [8] Sententia in Hussium lata. [9, 15] pro suis adversariis orat. [10] profanatur. [11, 14] animam suam Christo Deoque commendat [12] alacri animo ad locum supplicii pergit. [13] libros suos exuri videt. [16] custodibus suis valedicit. [17] palo alligatur. [18] in igne canit. [19] moritur. [20] cineres in Rhenum effunduntur. [21] Carmina quædam in honorem martyris Hussii conscripta.

Vltimus actus de Hussio.

PRIDIE Non. Iulii (quidam falso *Iunii* scribunt) ultimus actus de M. Ioanne Hussio haberi, isque hoc modo: Secunda ab ortu solis hora Episcopus Rigæus in cœnobium Minoritarum venire, Hussium è carcere evocandum, atq; ad summum templum, in quo Cardinales, Episcopi, Prælati, Sacerdotes, Monachi, multaque plebs, quæ spectatum venerat, congregati erant, deducendum curare. Ad templum pervenientes ipsum in atrio relinquere, ne hæreticus, dum Missa perageretur, sacra profanaret. Qua peracta, in examen, quod non secus ac apes altiora subsellia ad parietes circumcirca affixa, occuparat, introduci.[1] Imperator ipse sub aurea corona regio solio insidere, iuxta quem Ludovicus Bavariæ Dux auream illam sphæram, cui crux imposita; ab altero latere Burggravius Norimbergēsis strictum gladium tenere. In medio templo mensa editior exstructa, in qua vestis sacerdotalis, qua Hussius profanandus erat. Ad hanc igitur mensam ipsum in genua prolapsum & aliquandiu precantem, statuere.[2] Interea Episcopus Landinus, qui alias *Monachus* dicebatur, suggestū, de quo decreta sua legere soliti erant, conscēdere, longumq; ex 6. c. epistolæ D. Pauli ad Romanos, (qui inquit: *Quid ergo hic dicemus? an ergo in peccatis perseverabimus?*) verba facere, in qua concione, quot quātorumque malorum autor esset hæresis, Christianam ecclesiam dissipās, homines Christo abducens, Diabolo in fauces intrudens, fuse docere. Dicere quoque, politici magistratus esse, eam opprimere, eius a. autores è medio tollere: Hos etenim hæreticos tyranno quocunque multo deteriores esse. *Quare æquum tuæq; A.M. est, invictissime Imperator, pertinacem hunc hæreticum, quoniam in manibus nostris iam est, ad supplicium abripere, quo A.M.T. tam eximium Deoq; perplacens facinus edens, tum apud pueros, tum apud adultos immortalem nominis gloriam assequetur.* [3] Quo sermoni finem imponente, quidam, *Heinricus* nomine, Concilii orator, ascendere, totamque concionem hortari, ut rem diligenter perpenderēt, nec quiescerent cessarentve, tantisper dum pertinacē istū hæreticū, propterea quod adeo pertinaciter in damnato errore persisteret, exussissent. Post hunc Episcopus quidam surgere, ad pluteū, de quo alias sua Decreta recitare solebant, accedere, quid Hussio cum Archiepiscopo Pragensi, quid item cum iis, quos *Capitulares* appellant, negocii fuisset, recensere: omnia quoque, quæ illi cum ipso egerant, relegere: tandem etiam quorum testes ipsum arguerent, & similia relegi. Cum autem primū caput legeretur, *Hussius docet, esse unam sanctam catholicam ecclesiam, quæ est multitudo omnium recte credentium ad vitam æternam, à Deo electa, id quod hæreticum est*: Hussius alta voce respondere: *esse sanctam ecclesiam Christianam, quæ est congregatio omnium electorum tum in hac, tum in futura vita, plane non dubito.* [4] Ad quæ Cardinalis Cameracensis: *quin contines vocem? sine lectioni imposito responde. Quid?* inquit Hussius, *an & iam mihi os obturare vultis? quomodo ad omnia respondeam, quæ tam multa sunt, ut non omnia memoria retinere queā?* Ad aliud, quod legebatur, responsuro Episcopus Florentinus (qui iudicum unus erat) dicere: *sile hæretice*, lictoribusq;, ut ad id ipsum cogerent, iniūgere. Ibi Hussius incipere, manus ad cœlū tendere: altaq; voce dicere: *per Deum opt. max. vos oro, audite me, saltem eorū causa, qui circum astant, ut me excusem suspicionemq; ex eorum cordibus eximā: quo facto de me facite, quod potestis.* Cū necdū impetrare posset ut audiretur, in genua prolabi, oculosque & manus ad cœlum tendere, Deo rem committere, idq; dum illi legerent, persæpe facere. [5] Cum testium dicta legerentur, (idque summa cum iniquitate & iniuria, quia nemo hominum, quisnam edixisset, scire poterat, exempli causa, lecto capite quodam, illi addere, *id duo Canonici Pragenses, duo pastores, Diaconus & Doctor quidam audiverunt*) ille silere, usque dum lectum esset: *Hussius docuit,*

post

Iudicum confidentium species sive forma, pōpaq; & apparatus.

Landini Episcopi, alias Monachi, oratio.

Heinrici Concilii oratoris oratio.

Hussium se defendere volentē iudices impediunt.

Iniquitas Concilii summa.

Digitized by Google

post verba institutionis super pane recitata esse & manere verum, naturalemq́ & essentialem panem, id quod hæreticum est: item, *à pastore peccatis morte expiandis immerso, nec sacramentum altaris recte distribui, nec Baptismum administrari posse, id quod hæreticum est*: ibi Hussius se non continere posse, & velle respondere; sed Cardinalis Florentinus ipsi silentiū indicere, quod ille præstare nolle; sed dicere: *at vos per Deum opt. max. oro sinite me loqui, saltem propter eos qui circum assistant, ne hæc à me docente proposita fuisse credant. Primū enim, non fateor, me panem benedictum, simplicem naturalemque panem esse, unquam credidisse, nedum docuisse. Deinde dico, omnia ea, quæ à sacerdote peccatis morte expiandis irretito geruntur, Deo exsecranda atq́ detestabilia esse.* Cū legeretur, *Hussius docuit esse quatuor personas Deitatis, id quod hæreticū est, idq́ audivit Doctor quidam*; Hussius dicere: *proferatur mihi nomen huius Doctoris*: id quod Episcopus legens recusare, dicens: *iam non est necesse.* Ad quæ Hussius: *absit ut ego misera creatura quartam Deitati personam addam: hoc mihi, Deo teste, totum vitæ meæ tempus nunquam in mentem venit, nedum docui, qui semper unicam divinam essentiam in tribus personis, patre, filio, & spiritu sancto confessus sum, atque etiamnum confiteor, idq́ morte mea testificabor.* Tum prioribus capitibus hoc addere: *Hussius hic coram omnibus ad Christi tribunal provocavit, id quod hæreticum est*: [6] Hussius dicere: *ecce, Domine Christe, Concilium hoc legem & mandata tua hæretica habet, qui tamen ipse ab hostibus tuis oppressus cœlesti patri tuo, iusto iudici, negocium tuum commisisti, nobis miseris imbecillibusq́ hominibus, qui in nostris afflictionibus atq́ angustiis ad te iustissimum iudicē recurreremus, summisseq́ opem quæreremus exemplum relinquens: ego vero Dominum Christum, qui nulla largitione corrumpitur, nullis falsis testibus decipitur, nec ullo dolo elabi potest, qui solus iusta rependit, certissime tutissimeq́ appellari dico.* Deniq; ipsum cōdemnare, *quod Papa exsecrationes aspernatus fuisset.* Ad quod Hussius: *minime vero aspernatus sum; sed publice ad iudicem provocavi. Præterea ter ad Papam misi, qui meo nomine respondere debebant, (gravibus enim de causis ipse comparere non potui) qui, quod satis notum est, indignis modis excepti sunt. Quidam in carceres coniecti, quidam non auditi, quidam aliis modis vexati fuerūt; Ideoq́ satis tempestive sub fide publica Romani Imperatoris, qui hic adest, ad hoc Concilium veni, bona spe fretus, nunquam fore, ut ulla hac in parte mihi fieret iniuria; sed ut saltem meam innocentiam ostenderem.* [7] Hoc dicens Imperatorem Romanum intueri, in eoque defixus hærere, qui sanguineo rubore vultum perfundi. [8] Quibus peractis iudex Pōtificius, senex calvus, natione Italus, surgere, sententiam de Hussio latam legere: quæ capita Hussius refellere cogitarat, id quod certe fecisset, nisi lictores intercessissent: Cum tamen multos annos in hoc errore pertinaciter perseverasse legeretur, Hussius dicere: *hoc non fateor, quia semper, ut & hodie quoque validioribus sacræ scripturæ argumentis erudiri cupio: atque utinam vel unica litera in divinis literis esset, ego libenter recantarem.* Illis, quos de ecclesia, una cum aliis Latina & Bohemica dialecto cōscripserat, aut per alios in alias linguas Constantiæ pluribusq; in locis interpretatus erat, libros comburendos curantibus, Hussius respondere: *quo iure scripta mea damnare potestis, quia semper melius doceri cupivi, id quod adhuc non factum, multo minus unica litera falsa in ipsis ostensa est? præterea, cur ex mandato vestro libri mei exurantur, quos nunquam vidistis, aut si vidistis, tamen Bohemici sermonis ignari non intelligitis?* [9] Quo dicto illis in sententia legenda pergentibus, in genua procumbens, oculos in cœlum attollere, atque ita precari: *ex intimo corde te precor, Domine Deus, per immensam misericordiam tuam hoc meis adversariis ignoscas. Tu enim me falso accusatum, falsis testibus confictisq́ erroribus gravatum, & inique condemnatum probe nosti. Quapropter per misericordiam tuam, quam nemo unquā oratione comprehendere valebit, te oro, ne hoc in ipsis vindices.* Quod cum alta voce dixisset, sacrifici, maximeq; Episcopi, ipsum torve intueri, & ridere. [10] Tum septem Episcoporum, qui ipsum profanaturi erant, iussu vestes sacerdotales induere: calasiridem autem (quam vulgo *Albam* dicunt) induens, dicere: *Domino meo Christo* à Pilato ad Herodem misso etiam alba veste illusum est. Vestibus ergo omnibus indutum Episcopi, ut errores, dum tempus esset, agnosceret, abiiceret, eiuraret hortari: ille vero ad populum conversus cum lacrymis dicere: *ecce, hi Episcopi me ad errores eiurandū hortantur: at ego id facere metuo, ne in Dei conspectu mendax inveniar, qui me ipsum falso erroris arguam, & conscientiam meam divinamq́ veritatem offendam: quia capita illa, quæ falsis testibus mihi attributa sunt, nunquam docui. Præterea non ausim facere, ne pios auditorum meorum, quos recta docui, animos violem, atq́ cum cæteris fidis divini verbi ministris à veritate abducam.* Sermonem finiente, Episcopi totusq; clerus

Hussius Christum alloquitur.

Imperatorem erubescere cogit.

Sententia in Hussium lata.

Hussius pro adversariis suis orat.

profanatur.

Digitized by Google

diri: *horribilem hanc & ignominiosam mortem, Domine Iesu Christe, euangelii diviniq; verbi tui gratia alacris oppetam:* [15] *tu hostibus meis hoc ipsorum peccatum remitte.* Hisce carnifex ipsum, populo valedictum, circumducere, quem is vehementer orare, ne ullũ errorem verbo Dei contrarium à se docente propositum crederet. [16] *Custodibus suis valedicit.* Tandem custodum, qui ipsi in carcerem conjecto adfuissent, ultimum compellandorum copiam petere, ad quos perveniens dicere: *maximas, dilecti à me fratres, pro iis, quibus me in diuturno meo carcere affecistis, beneficiis, vobis gratias ago: non enim custodes, sed fratres mihi fuistis. Me quoq;, quod cum Servatore meo, cuius ob nomen hanc necem oppeto, hodie regnaturus sim, et iamnum firmiter credere noveritis.* [17] Quibus dictis lætus absque omni trepidationis aut mœroris signo truncum terræ infossum adire, cui lorarius eum manibus à tergo revinctis retrorsum sex funiculis alligare; *palo alligatur.* id quod tamen lorarii non recte expedierant, propterea quod ipsius vultum solis ortui obvertissent: hæreticum ergo istum iussi occasum versus convertere, collum ipsius veteri & æruginosa catena, perinde ac nova indigni, circundare: qua visa ridens dicere: *Dominus meus Christus mea causa multo duriore catena vinctus est: cur ergo ego ista veteri & æruginosa vinciri erubescam?* pedibus ipsius, in quibus etiamnũ erant ferreæ cõpedes, duos sarmentorum fasces subiicere, circum ipsum multa ligna, stramenq; & sarmenta usq; ad collum. Ante vero quam carnifices ea accẽderet, Ludovicus Bavariæ Dux una cum S.R.Imperii Mareschallo seu magistro equitum equites ipsum accedere, ipsumq; ut ab errore (quem dicebant) recederet, doctrinamq; suam & conciones eiuraret, adhortari. Ibi ille in medio rogo alta voce: *ea, quibus me falso testimonio onerarunt, nunquam à me docente proposita, nec scripta; sed omnes meas conciones, institutiones, atq; omnia scripta mea eo à me directa fuisse, ut homines à peccatis aversos Deo in regnum suum adducerem, ipsum testem cito. Eam veritatem, quam concionatus docui, scriptisq; propagavi, ut quæ cum verbo Dei consentit, tuebor, atq; morte mea obsignabo.* Quibus illi auditis, manus collidere, ac discedere, carnifices mox ignem accẽdere, qui, propterea quod multum straminis ligno immistum esset, mox accendi. [18] *in igne canit.* Inde M.Ioannes Hussius viso fumo distincte canere: *Christe, fili Dei, miserere mei*: tertium autem dicere volentis, *Christe fili Dei, è pura virgine nate,* vultum flamma occupare, vocem ei eripere, ut dicere non posset, *miserere mei*; sed orare, & capite nutare tantisper dum orationẽ dominicam forte absolveret, [19] atque ita mori. *moritur.* Lignis igitur combustis, mortuum attamen ultra dimidium combustum corpus etiamnum de palo dependens carnifices perticis contisque detrudere, pluribusq; adiectis lignis ossa perticis confringere, ut eo citius comburerentur, caput inprimis confringere: cor vero inter exta repertum perticæ, quam acuerant, infixum ita assare. Ludovicus Bavariæ Dux, cognito quod carnificis servus Hussii pallium, cingulum, aliasq; vestes plures haberet, ut ea omnia comburerentur, præcipere, ne (id quod certe quoque factum fuisset) Bohemi ea sanctorum reliquiis æquipararent: carnifex id primum recusare, certæ tamen argenti summæ promissionem habens, in ignem conicere: [20] *cineres in Rhenum effunduntur.* deniq; omnibus in favillas redactis, cineres una cum terra aliquot pedes alte effossa currui imponere, atque in Rhenum effundere. Locus autem ubi hæc ita gesta sunt, est inter hortos suburbii, iuxta viam, quæ Gottlebiam deducit. Sunt qui ibi fuerunt, qui eum locum ne in hunc usque diem quidem viridanti cespite obduci sive gramine vestiri dicant; utrum verum sit, ego nescio.

Ex hac actione videre est, an verum sit, quod Sylvius cap. 36. scribit, Hussium quod satis sit, auditum, ab erroribus ut recederet, admonitum, imo sacris literis convictum fuisse. Ex hisce enim quæ enarravimus, quæq; à quibusdam Notariis consignata sunt, eos cum ipso disputare noluisse, sed saltem, ut doctrinam suam deieraret, ipsum cogere voluisse manifestum est. Nonne 17. Cal. Iunii vehementer oravit, ut vel minimus ipsum aliquid in suis scriptis ex sacris literis repugnans doceret? Sed de his satis, æquus lector ipse facile iudicabit. [21] In ipsius M.Ioannis Hussii honorem M.Matthæus Colinus hæc scripsit:

Carmina manibus Hussiacis pientissimis decantata.

HVSSIVS *ætherei sincerus servus Iesu,*
Boiemi populi pastor apostolicus,
in Constantiensi synodo est exustus inique:
cœlum animam, cineres ossaq; Rhenus habet.

Digitized by Google

Ille renascentis Verbi sine labe fidelis
præco, bonus vita, dogmatibusq; bonus.
Christe Bohemorum genti concede, perenni
Vt studio cantus anseris huius amet.

Aliud carmen elegiacum & satis iucundum, in quodam mſ. legi, quod lectori literato adscribere volui.

Manes Hussi gloriæ Christi vindicis, tutoris testamenti eiusdem, & martyris Bohemici:

QVISQVIS ades, gressus paulum retineto, viator,
qui fuerim, exiguas, disce, videq; notas.
Ille ego, defuncti cuius timet hac tenus umbram
turba mitratorum cornigerumq; Patrum.
Corporis exuvias terra nec in aere quære:
excepit cineres Rhenus ab igne meos.
Talem ego, Christe, TVA retuli pro laude coronam:
sic tuus Antistes TE tuaq; ornat, amat.
Miror, qui stimulos ego pectore figo virorum
mortuus? ipsa modo nominis umbra super.
Tisiphone tantum colubris armata flagellat
censoris pectus, si minus æquus erit.
Non cadit in synodum hoc: regitur quia numine sacro:
tartareo nisi tunc recta sit illa duce.
Parcite, sævitum in corpus: non longius itur:
ringimini? supra stat mea fama rogos.
Tuq; etiam in civem o civis male grate Boheme,
& libertatis proditor ipse tua;
ecce tibi ad cælos spinis tribulisq; remotis
expedii magna dexteritate viam!
obstruis hanc iterum? larvam Papæ induis ultro?
& rursum prudens das tua colla iugo?
triticea siliquas pro messe atq; eligis ervum?
proq; uvis tribulos infatuatus amas?
Proditor o patriæ, Christi desertor & osor,
quo te gloriola? quo trahit æris amor?
Tam vili precio Christus iam prostat, & ipsa
relligio in quæstu pro meretrice sedet.
Non est in nostro pietas sita nomine; templis
eiice doctrinam, tunc abolere potes.
Non evangelium Christi quia desinit esse,
amborum pariter terminus unus erit.
Nulla apud ingratos si constat gratia facti;
Hussus apud gratos vivet eritq; super.

Annum mortis Hussii eleganti hocce disticho comprehendit M. Ioannes Rosinus:

VItaM (heU!) ConstantI ConstantIa UtabstULIt HUsso,
reLLIqUIIsqUe UstI RhenUs UbIqUe VIget.

CAPUT. XXI.

¹ Concilii Patres in Bohemiam literas mittunt. ² earum effectus. ³ Comitia Pragæ gesta. ⁴ ordinum Bohemicorum responsoria ad Concilii literas. ⁵ earum effectus. ⁶ Concilium adigit Hieronymum ad revocandum. ⁷ is recantat.

Concilii patres in Bohemiam literas mittũt. HUSSIO combusto eadem ipsa die Patres sub sigillo Concilii ad Bohemos & Moravos scribere, quo scripto referre, à se Ioãnis Wiclephi Angli, & Ioannis Hussii doctrinam legitimis de causis damnatam, seq; Bohemis, ut ab hoc Hussii errore recederent, contra vero fidiq; & obsequentes Romanæ Catholicæ ecclesiæ liberi

Digitized by Google

liberi essent, autores esse. [2] Scripto hoc in Bohemiam delato res in peius mutari. Plebs in Pragensium urbibus omnes lites seditionesq; serere, cædesq; perpetrare, & maxime quidem noctu, ubi Pontificii & Hussitici sibi invicem acclamare: una pars clamare: *Wicleph, Huss*: altera (quod Bohemico idiomate rythmum efficit) regerere: *Papa devoravit frustum (salva gratia) merda*. Rex Wenceslaus propterea valde anxius nolle Pragæ commorari, quod sibi metueret, ne iterum captivus in carcerem mitteretur, ideoq; iam in arce Toccenicia, iam in Zibraccia, iam in Cūratice commorari. [3] Proceres regni, quibus negligentia ipsius satis perspecta erat, convenire, ad regem mittere, atq; ut, quibus seditio præcaveretur, comitia indiceret, petere. Rex legatis in arce Zibraccensi auditis respondere: *respondete proceribus, licere ipsis Comitia indicere, quomodo, quando, & ubi sibi libeat: ego satis multa, in qua ipsi consenserunt, indixi; iam ego semel in ab ipsis indicta Comitia consentiam.* [3] Proceribus hæc auditu mira videri, una cum Moravis anni 1415. mense Septembri Pragę convenire, ac primum de condemnatione Ioannis Hussii & Hieronymi, quem iam exustū putabant, deliberare. [4] Tandem Concilio respondendum decernere, id quod 4. Non. Septemb. fieri, quo dentatas literas ad Concilii Patres mittere, quibus duos illos eruditos, sapientes, innocentesq; viros impie, iniuste turpiterq;, & absurde in meram Bohemorum atq; Moravorum contumeliā ab ipsis exustos scribere. Quibus quidem literis subscribere, easq; sigillis suis munire ii, quorum nomina iam sequuntur:

earum effectus. *Comitia Pragæ gesta.* *Ordinū Bohemicorum responsoria ad Concilii literas*

Cenco Wesslanus & Speculamontanus, vulgo Wartembergius, summus Pragæ Burgg.
Laccecus Cravartius, Marchionatus Moraviæ Capitaneus.
Boziecus senior Cunstadius & Podiebradius.
Ioannes à Leippe, regni Bohemiæ summus equitum magister,
Petrus Cravartius & Strazniccius, mēsa regni, quæ est Olomuciæ, summus Camerarius,
Ioannes Lommicius, summus Camerarius iudicii provincialis Brunnæ.
Guilielmus Zuirceticius,
Ioannes senior, à Nova-domo.
Heinricus Speculamontanus, Burggravius ReginoGraditiensis.
Guilielmus Arctolithius, vulgo Bernsteinius.
Mikessius à Bodstein & Schambach.
Heinricus Scopecus, Tubæus.
Vdalricus à Nova-domo
Ioannes, iunior, Pocznæus.
Wanecius Boscovicius & Nigromontanus.
Ioannes Bittovæus.
Aleschius Cunstadius,
Bavorius Arctolithius
Senilius Stellamontanus.
Hinecius Cruschinæus Facemontanus, vulgo Lichtembergius.
Bocciecus iunior, Cunstadius.
Iaroslavius Stellamontanus & Wesselanus.
Erhardus iunior Cunstadius.
Hermannus Choralithius, vulgo à Landstein.
Ioannes Rosævallensis.
Sigismundi Milotæi, BacZanc Zovii, fratres.
Petrus Scrzniccæus.
Driceslaus Zuircetius.
Wockius Hylolithius, vulgo Waldsteinius.
Wenceslaus Zuirceticius.
Ioannes à Wlaschimie.
Ioannes Choralithius
Sdeniecus Medeccus, Teinicius.
Sdeniecus Rosævallensis.
Cuniecius Dracobucius.
Stephanus Speculamontanus
Dobeschius Zimburgicus.
Milota Tuorcovius.
Heinricus Hylolithius.
Ozorius BotZcovitius.
Heinricus à Leippe.
Nicolaus Hylolithius.
Petrus Ianovecius & Chlumecius.
Arclebius WitterZovius.
Suinco Dubravitius.
Suinco Stricilecius.
Nicolaus Minchovius.
Ioannes Miliccinus & Costelecius.
Ioannes Caschomontanus, &c.

Hi pluresq; literas ad Concilium dare: [5] quibus in Concilio palam lectis, patres varia cogitare, ut nescirent, quid de M. Hieronymo, qui in turris ad cœmeterium D. Pauli carcere constrictus tenebatur, facerent. Iram habentes erga literas illas, libenter ipsum supplicio affecissent: sed quod Bohemi hoc non inultum relicturi essent animadvertentes, ut causæ suæ palliandæ pallium invenirent, [6] 15. Cal. Octobris, pedibus ipsius iam putrescere incipientibus, ipsum è turri eximere, mortēque præsentissimam ipsi minitari, semper tamen, ut doctrinā suam abiuraret, Hussiiq; mortem approbaret, instare; [7] ut tandem humana infirmitate, præcipue vero

earum effectus. *Concilium adigit Hieronymū ad recantandū*

Digitized by Google

ut eo citius liberaretur, pro ipsorum voluntate ex præscripto, in summo templo publice in publico consessu in hunc modum iuraret:

Formula qua Hieronymus revocans usus est.

Ego Hieronymus Pragensis, liberalium artium Magister, confiteor veram catholicam ecclesiam, & apostolicam fidem, damno omnes hæreses, & quidem eas præcipue, quarum nomine accusatus fui, quæq; à Ioanne Wicleph & Ioanne Hussio in suis ad plebem & ad religiosos concionibus atq; scriptis traditæ atq; scriptæ sunt, qui etiam idcirco ab hoc Concilio recte damnati sunt. Ex intimo quoq; cordis affectu omnibus orthodoxis sacraq; Romanæ ecclesiæ & apostolicæ sedi, sanctoq; huic Concilio in omnibus assentior, præcipue vero in potestate clavium, de Sacramentis, de vocatione Sacerdotum, de ipsorum officio, de Christianæ ecclesiæ iudicio, de Indulgentiis, de sanctorum reliquiis, de Christianæ ecclesiæ libertate, de ceremoniis & ritibus in ecclesia usurpari solitis, una cum aliis ad Christianam religionem pertinẽtibus, quæ S. Rom. ecclesia, apostolica sedes, sanctumq; hoc Concilium confitentur, consentio: præcipue vero quoniam hisce capitibus quædam erronea insunt, quorum bona pars est hæretica, à veteribus ecclesiæ doctoribus damnata, alia sunt blasphema, pars erronea, aut offensionem habentia, pars pios animos violantia, vel alioqui temeraria & seditiosa, cuncta Concilio improbata, cunctisq; Christianis, quæ dixi capita, docere, aut pro concione proponere sub pœna proscriptionis prohibita. Præterea ego Hieronymus, qui supra, quoniam in quibusdam liberalibus disciplinis, esse universalem naturam realem, separatam ab omnibus specificis, ut specifica est ab individuis, quemadmodũ alia natura est hominis, & alia Hieronymi, Ambrosii, Augustini &c. ostendere volui, atq; ut hoc ostenderem, triquetrum figuravi, quod scutum fidei *appellavi: dico ergo fateorq; siquidem quidam in eo hallucinari & offendere possent, triquetrum hoc nequaquam à me eo formatum, aut* scutum fidei *dictum esse, ut sententiam illam de universalibus tam alte super alias extollere vellem, ut eam* scutũ fidei *dixerim, ut sine qua vera Catholica fides defendi non possit, aut ego ei pertinaciter adhærere, nec saltem figura illa, quam dixi, docere voluerim, divinam essentiam tribus naturis subditam esse, ut Deum Patrem, Filium & Spiritum sanctum, quod quidem caput de sacrosancta Trinitate insignis fidei catholicaq; veritatis clypeus est. Vtq; omnes sciant, cur me Hussio adhæsisse putarint: fateor ex quo ipsum sæpius concionantem & in Academia docentem audivi, ipsum mihi pium honestumq; virum, nec Christianæ ecclesiæ in ullo capite repugnantem visum esse. Imo, quod amplius est, cum in hac ipsa urbe ex suis ipsius scriptis desumpta capita mihi ostenderentur, ea ipsius Hussii esse ut crederem, adduci me non potuisse, donec quidam eximii S. Theologiæ Doctores atq; Magistri id confirmarent. Ibi ego mmss. Hussii petere, ex quibus, ut ex sua ipsius manu, quam æque probe ac meam ipsius novi, eandem, eiq; similem esse, iuxta quam damnata erant, perspicere. Non immerito igitur ipsius doctrinam atq; ipsum à concilio reiectum complector, & supra complexus sum; iam autem aperte simul clareq; edico (ut qui sufficienter hanc doctrinã à Concilio edoctus sum) me absq; omni conditione cum sancta catholica ecclesia contra doctrinam personasq; Wiclephi simul & Hussii sentire atq; credere. Idem ego Hieronymus, qui supra, coram pie venerandis patribus, dominis Cardinalibus, Prælatis, Doctoribus cæterisq; reverendis huius Concilii patribus hoc in loco sententiam meam exponere atq; illustrare volens, sponte mea Christianam ecclesiam in tres partes divisi, quod quidam (id quod postea comperi) ita acceperũt, perinde ac si dicerem, etiam triumphantem ecclesiam fide vivere, quæ tamen haud mea mens est, siquidem eam beata inspectione Dei frui plane credo, non similitudine, sed de facie ad faciem. Deniq; quicquid tum sive ante dixi, id omne S. Concilio Constantiensi summisse subiicio. Me præterea semper absque omni dubio in veritate Catholicæ ecclesiæ permansurum, per sacrosanctam Trinitatem perq; sanctum evangelium suum iuro. Damno igitur omnes, quicunque unquam ei repugnantia docuerunt: imoq; si ipse quoq; aliquando (quod tamen Deus opt. max. clementer avertat) hisce contraria docere aut scribere voluero, ne æterna solum pœna dignus sim; sed & secundum leges de me statuatur. Quam confessionem meam œcumenico concilio sponte mea trado, cui etiam manu propria subscripsi, atq; hæc omnia conscripsi.* Quo peracto ipsum, non tamẽ tam arcte, atq; ante, constrictum, in turrim coniicere, quiq; sufficerent, custodes ipsi ponere.

Caput XXII.

1 Quid Hussii mortem in Bohemia consecutum sit. 2 monasterii Opatovitii spoliatio. 3 eiusdẽ conditor quis, & quæ occasio. 4 Regis Wratislai à fratre suo Iaromiro Episcopo dissidiũ. 5 Caroli quarti desiderium videndi thesauri huius monasterii. 6 Monachi thesaurum ipsi ostendunt. 7 Abbas Imperatori annulum donat. 8 Pretium thesauri.

Quid Hussii mortem in Bohemia consecutum sit.

DUM hæc Constantiæ geruntur, seditio sensim in Bohemia gliscere, quotidie cædes, direptionesq; committi, & sanguis effundi, unaquæque pars alteram crimi-

Monasterium Opatovitium direptum.

criminari, præcipue vero plebs Hussii mortem graviter lugere.[2] Ioannes Hereczmanovius Miesteczkius eo, maxime vero direptionibus illis, permoveri, ut duobus saltem assumtis comitibus monasterium Opatovitium, non longe à Regino-Graditio distans, sublimis in equo adiret, Abbatemq; *Petrum Laczurem*, hospitium per noctem rogaret, id quod Abbas statim annuere atque polliceri. Post horam tres alii, eiusdem Miesteczkii ministri, mox decem, ac deniq; viginti, ita ut omnes triginta sex fuerint. Ab ultimis his in monasterium immissis omnes obvii interfici ita ut valde pauci monachi fuga salutem quærerent. Abbatem Miesteczkius gravissimis cruciatibus excruciandum, & ubi monasterii thesauri essent reconditi, interrogandum curare. Bonus tamen Abbas ille omnia tolerare, cruciatusq; omnes patienter perferre, nihilq; omnino enunciare. Itaq; illi, quæ in prōptu erat, 8000. florenorum summam, & vasa templi 20000. florenis digna, secum auferre: sub terram autem defossum thesaurum vel inviti relinquere. Abbas nona ab hinc septimana, dolorum illorum vi, rebus humanis excedere. Miesteczkius contra suis, cū coniugis suæ gynæceo, convocatis, de præda, quam dixi, 16. dies epulas præbere, reliquo arcem *Opoczno* emere. Rex cognito Miesteczkium citare, qui non, nisi cōfecto planeq; sepulto hoc negocio, sese Regis conspectui exhibere.

Conditor & occasio condendi huius monasterii.

[3] Monasterium hoc à Wratislao primo Bohemorum Rege anno Christi 1089. hac occasione conditum fuerat. Beneda quidam egregius eques nobilis, in quem animus regis erat offensior, ditione pulsus ad Boleslaum Poloniæ Regem confugere, cuius coniugi Wischeslaviæ longum tempus inservire, donec tandem aliquando Regis iram deservisse sperans in Bohemiam, patriam suam, rediret. Quo perveniens Regis generum Wigebertū frustra sollicitare, qui tamen ipsi hoc consilii dare, ut interea aliquandiu in urbe Misna ad Episcopum Bennonem diverteret, sese interea, num aliquid efficere posset, tentaturum. At vero Rex Wratislaus ignominiam illam, qua filius suus ante annum in Albi fluvio, nō procul à Lupfurdo, infeliciter lotus, in quem deprehensum Misnenses irruerant, multosq; Bohemos trucidarant, affectus fuerat, vindicare volens, copias conscribere, in Misniam ire, ubi, quod Beneda Bēnoni adesset, rescitcere, quem sub fide publica ad se vocare, quam ille acceptare, atque ad Regem venire, qui eum ab exercitu separatum aliquem in locum, quasi secreto cum ipso collocuturus, abducere, ibiq; dolose interficiendum curare. [4] Quo facto Episcopus Iaromirus, alio nomine *Gebhardus*, vehementer offendi, Regemq; hoc nomine sæpe asperius alloqui, sæpe Rege præsente missam celebrare sacraque peragere nolle, propterea quod Rex tam pium fortemq; equitem sub fide publica perimendum curasset. Quo rex irritari, præcicipue vero & quia ipsius odio Episcopus Diaconos ipsius in carcerem mittendos curaret, ideoq; ab Urbano, Papa Romano, impetrare, ut templum in Vissegradēsi extrueret, idq; DD. Petro & Paulo dicaret. Hoc templum Papa tanta immunitate donatum ita condecorare ut Episcopo Bohemico subditum non sit; sed ipse nihil in id iuris habeat, utq; diebus festis Patronorum Bohemicorum, qui sunt *Vitus, Wenceslaus, Adalbertus, Sigismundus, Procopius & Ludmilla*, infulis ornati sacris asstarent. Imo Rex ipse legem ferre, qua templi huius Præpositus, tum is, qui iam erat, tum qui postea futurus erat, regni Bohemiæ Cancellarius constituebatur. Hoc episcopi Regisque dissidium multam offensionem habere, magniq; & acerbi odii causa existere. Rex superbia mundana, Episcopus ambitione efferri: hinc quoties Rex præire velle, toties frater ipsius, Iaromirus Episcopus, subsequi nolle. Tādem Rex, fratris odio, quendam Wenceslaum Moraviæ Episcopum eligere, id quod Iaromirus concedere nolle; sed ad Papam Urbanum tendere, in via tamen ad Regem Hungariæ Wladislaum, cuius ope tanto citius ad Papam se perventurum putabat, divertere: sed morbo correptus Strigonii in Hungaria mori. Quo Rex Bohemiæ audito, animo angi, culpam hanc à Deo opt. max. deprecari velle, monasterium hoc exstruendum curare, largis amplisque reditibus augere, unde id supra modum ditari. Atque hæc de huius monasterii exstructione sufficiant.

Regis Wratislai à fratre suo Iaromiro dissidium.

Ut autem, benevole lector, scire queas, quomodo Miesteczkius aliquid de thesauris hisce inaudierit: iucundā tibi, licet huc non pertinentē, historiā enarrabo: [5] Anno Dn. 1359. Carol. IV. Imp. thesauros huius monasterii videre gestiēs triginta suorū famulorū sive administrorū accersitis, tanquā animi gratia eques exiturus,

Carolus IV. huius monasterii thesauros videre gestit.

Regino-Graditium tendere, seq. die mane ante lucem duobus fidissimis suorum aulicorum assumtis strenue ad monasterium tendere, quo perveniens Abbatem totumq; Monachorum cœtum salutare, confestim mensæ assidere: Abbas proculdubio magnum virum potentemq; heroem esse videns, mirari, ideoque tanto lautius ipsum habere. Finito convivio Abbas ipsum rogare, ut nomen suum ederet, cui Cæsar id polliceri, si prius assumtis duobus ætate provectissimis huius sui cœnobii fratribus, quos sibi putaret fidissimos, templum ingrederetur: id quod Abbas libenter facere. Cum in templum perventum esset, paulum precari: tum Cæsar dicere: *Reverende Abbas, cum nomen meum scire volueris, me Carolum Romanorum Imperatorem, Bohemiæ Regem, Dominum vestrum esse scias.* Abbas animo horrere, & respondere: *mihi quidem, celeberrime Imperator, u esse videbaris, quod tamen nullos ministros vel servos tecum viderem, non sine divino quodam fato te satis agnoscere nequivi.* Cui Cæsar: *famulos meos Graditii consulto reliqui, ut vobiscum, patres dilecti, de iis, quæ necessitas postulat, tanto liberius conferre possem: Attamen, quæso, indica mihi, num hi ætate provectissimi cænobioq; vestro fidissimi fratres, eiusq; arcanorum secretarii sint?* Abbas affirmare: Tum Imperator: *Iam vobis Dei loco adventus mei causam exponam. Esse vobis in hoc monasterio amplissimum thesaurum, mihi renunciatum est: quod si ergo res ita habet, nolite me Dominum & protectorem vestrum, eum celare. Eius vel minimum quidem, nec per me, nec per alios, ullo modo, quicunq; excogitari possit, vobis subtractum iri, cæsarea fide interposita polliceor: nec quicquam amplius cupio, nisi thesaurum videre:* Quo audito fratres in conspectu Cæsaris obstupescere, tandem ipsum orare, deliberandi spacium, id quod ille libenter concedere. Postquam diu consultassent, Abbas Cæsarem adire ac dicere. *Quoniam, clementissime Imperator ac Domine, A.M.T. in monasterii nostri thesauros inquirit: sciat nobis tribus, qui iam hic sumus, exceptis, superesse quinquaginta quinq;, quorum nulli vel minimum quidem verbulum de eo constet. Est hic quidam thesaurus, nobis tribus, nec ulli alii homini notus, unoq; nostrum Dei opt. max. voluntate ex hoc mundo evocato alii aperitur, ita ut nunquam tribus plures sint, quibus de eo constet, qui tres gravissimo iureiurando astricti sumus, ne ulli vivo aperiamus. Est insuper ad eum accessus periculosus, adeoq; qui A.M.T. dedeceat.* Imperator nonnullis huius responsi capitibus prætermissis hoc saltem petere, ut se in hãc notitiam quartum adsciscerent, à se idem iuramentum libenter præstitum, remque secreto servatum iri. Ibi callidi monachi ad callidum responsum iterum consultare, cuius quidem consultationis hoc erat argumentum: *nos, clementissime Imperator ac Domine, omnino dedecet hoc facere; multo magis te protectorem nostrum celare. Ideoq; A.M.T. horum duorum alterum eligat: aut locum A.M.T. nec thesaurum; aut thesaurum, non tamen locum ostendemus.* Imperator secum cogitare, ac respondere: *ostendite mihi thesaurum, & plane conquiescam.* Illi dicere: *siquidem A M.T. hoc elegit, oportet ut ex nostro præscripto vivat.* Imperator dicere: *vita mea, patres dilecti, in vestris est manibus: quicquid mihi præceperitis, id exsequar.* 6 Monachi arrepta Cæsaris manu ipsum in tenebricosum conclave lateribus stratum deducere, duos cereos accendere, vestem monasticam sumere, inversam ipsi inducere, qui nihil videre posse (perinde atque qui in tenebris micet) nisi quæ ante pedes erant, ubi observare, lateribus quibusdã exemptis cavernam, in quam sibi & quidem satis alte descendendum erat. Ad imũ pervento, Cæsarem capite aliquoties circumagere, donec vertigine corriperetur, tum brachiis apprehensum in meatum subterraneum duos vicos longum deducere, cucullum ipsi abstrahere, amplamq; cameram laminis argenteis refertam ostendere: postea ipsum in aliam argillæ cretæq; incisam deducere, in qua innumeræ laminæ aureæ: deniq; in cameram quãdam pervenire, in qua ipsi varias fabrefactas aureas cruces, Pacificalia, & similia templorum ornamenta preciosis gemmis exornata, & similia ostendere. Quibus visis Abbas ad Imperatorem dicere: *Hi thesauri omnes A.M.T. sunt, ipsiusq; legitimorum successorum bono servantur atq; custodiuntur: proinde licet A.M.T. de iis, quicquid libet, auferre.* Imperator resiliens respondere: *at Deus hoc avertat, ut ego vel minimum de thesauris ecclesiasticis auferam.* 7 Abbas qui proculdubio non inaniter ista dixerat, respondere: *Ergo & A.M.T. ex hoc gazophylacio inanem absq; ullo μνημοσύνῳ dimitti, turpe esset:* atq; his dictis annulum cui preciosus & lucidus (sicut gemmę humidioribus locis fere nitorem suum retinere solent) adamas inclusus erat, Imperatoris digito indere, qui eum grato animo accipere. Quo facto reversuri, Cæsari cucullũ iterũ inducere, ipsum capite rursum aliquoties circumagere, ut loci memoria ipsi excideret. In camerã igitur illã, in qua

Monachi thesaurum ipsi ostendunt.

Abbas Imperatorē annulo donat.

Cæsar primo fuerat, reversi, cucullum ipsi detrahere, Imperator ad aram in genua procumbere, Deo gratias agere, atq; insuper ita Monachos affari: *quod vos adeo benevolos mihi præbuistis, patres dilecti, thesauros hosce mihi ostendistis, fidemq; mihi præstitistis, perplacet mihi, illustriq; cum gratia accepto. Insuper autem oro, dicite mihi num iis, quibus singularem fidem habeo, amicis meis ausim referre, eiusmodi thesaurum in meo regno esse, ita tamen, ut locum non significem?* illi respondere: *A.M.T. hac in parte faciat, quod volet.* Hisce Imperator ipsis valedicere, atq; inter alia dicere, *annulum hunc mihi longe carissimum & esse & in perpetuum futurum sciatis, totoq; vita mea tempore digito meo inditum circumferam; imo & in ultimo agone, ne mihi eum eripiant, sed me cum sepeliant, iubebo,* id quod & factum. Reversus Regino-Graditium Imperator, mensæ accumbens, quam amplum thesaurum viderit, referre. Publico alias officio defungentes, tum Imperatoris comites, duos illos cubicularios percunctari, qui referre, se cum ipso in monasterio opatovicensi fuisse, in quo Cæsar satis diu cum Abbate duobusq; ætate provectis monachis cũctatus fuerit. Sic igitur res manifestari & Miesteczkius hũc thesaurum ex Abbate variis tormentis expiscari velle. [8] Thesaurus hic à Cæsare quem diximus, quadragies centenorum millium florenorum summam æquiparare iudicatus est. Hæc ego, etsi plane ad rem non pertinentia, tamen in lectoris gratiam hic referre volui, qui me excusatum habeat.

Pretium thesauri.

Caput XXIII.

[1] Monachis quibusdam, rerum Bohemicarum statum perpendentibus Hieronymus suspectus, ideoq; Constantiam abeunt. [2] Iudicum & Cardinalis Cameracensis consilium. [3] Doct. Nasonis & aliorum improbitas. [4] iudicum petitio de aliis huic negocio præficiendis, idque hostibus Hieronymi demandatum & commissum. [5] Hieronymi mens. [6] Actus concilii cum ipso. [7] ipsius querela de diro suo carcere & iniquitate Concilii. [8] Strepitus Hieronymo verba faciente excitatus. [9] ipsius astuta ad capita quædam prælecta responsio. [10] quorundam capitum in aliud tempus reservatio atq; reiectio.

MONACHI Pragenses ad B. Virginis nivem, cognita fratrum suorum opatovicensium calamitate, ut & Hieronymi revocatione, periculosissimam miserrimamq; Bohemiæ conditionem fortunamq; omni studio perpendere, ipsoque dimisso, abs qui res omnis, quo pacto nempe Concilium ipsum excepisset atq; habuisset, populo certo certius referretur, seditioq; in religiosos commoveretur, in se fabam cusum iri probe scire. Hinc constantiam abire, M. Stephano Palecio & Michaeli de causis sese adiungere, nova in Hieronymum actionis capita proferre, patresq;, ne ipsum dimitterent, adhortari. [2] Iudices autem à Concilio delecti, rẽ, ea scilicet à Monachis ex mero odio gravibusq; inimicitiis suscepta esse, facile subodorari, ideoq;, inprimis autem Cardinalis Cameracensis, omne studium in ipso liberando collocare: ut & hic in pleno consessu contra hostes ipsius tum Germanos, tum Bohemos ipsius liberationem frustra petere. [3] Ipso enim hoc proponente omnes exclamare: *proh? quid agendum? hic ne dimittendus, qui verba sua revocans retractans ve saltem effugere atq; elabi cogitat, id quod è verbis suis liquido apparet:* præcipue vero quidã, Doct. Naso surgere, Cardinalesq; ita affari: *vos reverẽdi patres, pro pestifero hoc hæretico, abs quo nos in Bohemia tot tantaq;, quot quantaq; & vobis ipsis dare posset, mala accepimus atq; perferre coacti fuimus, orare, summopere miramur. Vos aut à Bohemiæ Rege, aut fortassis ab hæreticis largitione corruptos ipsius liberationem ipsis iam pollicitos esse, somniamus.* [4] Quo audito, iudices consurgere, utq; demandatum ipsis negocium, in sese receptatum alii committerent, concilii frequentis Patres orare, id quod fieri, Hieronymiq; hostibus committi, Patriarchæ nimirum, quem dicebant, Constantinopolitano, Doctori cuidã Germano, aliisq; pluribus, qui negocium statim omni studio peragendum suscipere, atq; ad Hieronymum in carcerem, ut cum ipso agerent, venire. [5] Hieronymus viso se omnino liberari non posse, mox aliud consilium capere, ne verbulum quidem respondere, mentem tamen suam in publico concilii frequentis consessu aperire velle. Quatuor nationum Præsides hoc rescíscere, nihilq; aliud, quam eum, quæ retractarat, repetiturum atq; ita confirmaturum, cogitare, animumve suum aliter inducere posse, diem 8. Cal. Iunii currentis anni 1416. dicere. [6] Quo cũ illuxisset, Hier. è carcere, ut publice audiretur, in summum templum, in quo concilium frequens convenerat deduci, quo inter ipsos stante, 107. capita à testibus, omnibus suis adversariis, confirmata prælegi. Quo facto ad ea ordine respondere iussus, id denegare atque recusare: *prius enim*

Monachis quibusdam rerum Bohemicarum statum perpendentibus, Hieronymus Prag. suspectus

Iudicum & Cardinalis Cameracensis consilium.

Improbitas quorundam.

& inprimis D.Nasonis.

Iudicum petitio de aliis huic negotio præficiendis, idq; Hieronymi hostibus demandatum.

Hieronymi mens.

Actus Concilii cum Hieronymo.

Digitized by Google

inquiens, *de me ipso aliquid edisseram oportet, tum vero accurate respondebo.* Hoc patres Concilii male habere, qui, ut sine mora responderet, urgere atq; præcipere. [7] Ad quod Hieronymus: *Deus bone! quanam est hac iniquitas? totos 340. dies me diro horrendoq; carceri, in quo nihil nisi sordes, fœtor, stercus in extrema rerum omnium inopia, inclusum tenuistis. Meos adversarios benigne auditis; me ne paulum quidem audire vultis. Me esse teterrimum hareticum, qui unquam in mundo fuerit, fidei hostem, ecclesia ministrorum persecutorem & quacunq; eius generis sunt, meos adversarios hostesq; capitales, quibus aures vestra semper patent, vobis persuasisse, mirum non est. Quid contra de me misero captivo fit? ad me ipsum defendendum ne vel minimam occasionem summis humilimisque precibus impetrare possum. Vos quoque, ante quam, quis essem, compertum haberetis, me ita impium hominem esse argumentati estis. Vos homines, non Deos esse; hallucinari, errare, falli seducique posse cogitare debebatis. Quod si in hac vita lux mundi, sapientesque viri nuncupamini, videte ne quid inconsiderate in iustitiam peccetis. Equidem homuncio sum, de cuius corio agitur, nec mea mortalis causa hac loquor: caterum à vobis sapientibus prudentibusque viris contra omnem aquitatem sententiam ferri, hoc me male habet.* [8] In qua sententia cum perrecturus esset, ingens strepitus & murmur exoriri, ut silere cogeretur. Quo sopito patres ipsi, ut primũ responderet, severissime iniungere, post responsum tamen, ea, quæ proferre vellet, auditum iri, ipsi polliceri. Tum quodque caput ordine legi, & ipse ad unumquodq; interrogari, suum ne agnosceret, & quid ad unumquodque responderet. [9] Mirum fuisse, quam callide sufficienterq; ad sua capita responderit; contra vero non sua simpliciter omnino reiecerit, falso conficta dicens, & catholici & Hussitæ hoc loco scribunt. Prælecto inter alia, *esse apostolica sedis calumniatorem, Papa Romani hostem, Cardinalium adversarium, Pralatorum omniumque religiosorum persecutorem*: ipse incipere, *quo me, Patres concilii, iam convertam? cuius opem iam implorem? quos orem? vos? isti vero infensissimi hostes mei animos vestros hoc medio alienarũt. Nõ inepte cogitarũt*: Quid de ipso faciemus? quæcunq; in ipsum protulerimus, leviora sunt, quam ut necem ei afferant. At, at hac aggrediemur via, Cardinales sua sentẽtia facile ipsum è medio tollent; *Quid ergo faciam? DOMINI voluntas fiat.* Quid de S. Domini cœna sentiret, rogatus, dicere: *priusquam verba super eo pronuncientur, est panis; deinde verum corpus Christi iuxta fidem.* Quibusdam dicentibus, *atqui te docere, esse simplicem sive nudum panem, communi rumore ad nos perlatum est*: respondere: *apud pistorem sane est simplex nudusque panis.* Reprehensus autem à Prædicatore quodam Monacho, dicente: *quid? vin' inficiari*: Hieronymus dicere: *Monache, hypocrita, tene os.* [10] Hoc itaque negocio die illo ulteriorem moram postulante, & ad quadraginta saltem capita responso (quo Hieronymus sacrificos interdũ ita faceto responso dimittere, ut magnus risus oriretur, inprimis vero quendam adversarium suum semper vel canem, vel asinũ appellare) in 4. Cal. eiusdem mensis, quo, qui supererant, articulos expediret, à Patribus res differri: interea vero ipse in consueto sibi hospitio, carcere videlicet, ut fortunam suam æqui bonique consuleret, patienterque ferret, cogi.

Hieronymi querimonia.

Strepitus Hieronymo sese defendente excitatus.

Hieronymi responsio qualis.

Capitum quorundam in aliũ diem reiectio.

CAPUT XXIV.

[1] *Hieronymus die dicto ad catera capita respondet.* [2] *de seipso verba facit.* [3] *virorum summorum, calumniis oppressorum exempla adfert,* [4] *nullum errorem agnoscit.* [5] *nihil retractare vult; sed Hussium laudat.* [6] *luget admissum revocationis peccatum & necis Hussii comprobationẽ.* [7] *Patrum fremitus in ipsum.* [8] *immanitas carceris sui.* [9] *hostes suos rubore perfundit.* 10. 12. 14. 16. 18. 20. 22. *Cardinales, & inter alios Florentinus, ipsum adhortantur.* 11. 13. 15. 17. 19. 21. *ipsius responsio, qua in solis sacris literis acquiescit.*

DIE dicto Hieronymus rursum in medium produci, ad accusationis capita responsum, id quod pro more suo cum summa adversariorum suorum admiratione facere, ubi quamprimum qua effugeret, invenire, idq; ita subito, ut interdũ auditoribus magnum risum moveret; interdum etiam graviter ipsos redargueret ut Monachum illum dicentem, *hac ab ipso esse tradita bona conscientia dicere possum*, responderet: *audi, monache, facilimus hic est aliquem decipiendi modus, si nescis.*

[2] Omnibus autem ordine peractis de se ipso verba facere: primũq; Deum opt. max. orare, ut eam mentem easq; vires ipsi inderet, quæ ad miseræ animæ suæ salutẽ facerent. [3] Deinde recensere viros summos falsis testimoniis cõvictos damnari necariq;, nõ novum sive inauditum, sed veterẽ turpẽq; morẽ esse, idq; Socratis morte, Platonis carcere, Aristotel. fuga, Zenonis cruciatu, Rupilii exilio, Camilli,

Hieronymus ad catera capita respondet.

de seipso verba facit.

virorum summorum calumniis oppressorum exempla adfert.

Scipionis

Scipionis aliorumq;,quorum Boetius meminit,eiectione comprobare:tum sacras literas allegare,Iosephi innocentiam, contumelias Mosi illatas,Heliæ fugam, Esaiæ omniumq; prophetarum mortem commemorare,qui tanquam contemptores divini numinis,seditiosi, violatores pacis publicæ,variis suppliciis affecti sint: addere exemplum Ioannis Baptistæ,apostolorũ,Christi ipsius,& præcipue S.Stephani,qui non ob falsam doctrinam, sed falsa & iniqua sententia à religiosorum consistorio Hierosolymitano neci addictus fuit. Quæ omnia ille tam elegantibus verbis,suavibus moribus,decente voce exponere, ut omnes ipsius commiseratione duci inciperent,præcipue vero cum testibus,qui hęc edixerant,propterea quod hostes ipsius capitales essent,nullam omnino fidem esse tribuendam ostenderet. Hoc etiam addere: *etsi,patres dilecti,me vobis non in omnibus consentire verum est, statimne ergo hæreticus exurendus sum? sanctissimis quibusq; ex humanæ infirmitatis ratione hunc nævum,quod nimirum quibusdam in locis à se invicem dissentiant,atq; de quibusdã dubitent,licet fundamenta salva retineant,commune esse num ignoratis? Nec vero hoc, Christianæ religionis ab ipsis opprimendæ, sed potius,(quod in D.D.D.D.Petro, Paulo, Augustino ac Hieronymo videre est) propagandæ ergo ab ipsis fit.*

[4] Quisque vero tempus illud,quo errores (quos illi putabant) eiuraret, precibusq; ipsorum gratiam quæreret,ardente desiderio expectare: ille vero libere dicere,se non errasse,quia nihil,quo redargueretur,ex sacris literis allegatum esset, quod tamen petiverit,hoc autem tantum responsi acceperit: *nonne satis convictus es,cum Episcopi te errorem abiurare iubeant?*[5] tandem Wiclephum laudare,inprimis autem Hussium,quem pium,iustum,sanctum virum dicere,qui innocens ab ipsis exustus,quo in igne,perinde atque Elias, in cœlum ascenderit, ipsos, (Patres) apud Deum patrem cœlestem,ad gravissimum tribunal Iesu Christi citet,vocetq;.Imo quæcunque sanctus ille Hussius in sacerdotes,& religiosorum superbiam, libidinem,blasphemamq; vitam & crudelitatem scripserit,quæ refelli nequeant, iis se plenam fidem habere. [6] Nullius insuper peccati ex omnibus iis,quæ à iuventute sua in hunc usque diem admiserit,stimulis se crudelius stimulari atq; sauciari, nisi eius,quod in pestifera hac sede admisisset, quo nimirum iniquam illam ipsorum sententiam,in sanctum Martyrem Ioannem Hussium latam, approbasset, fidissimumque præceptorem suum ex mera timiditate mortisq; metu exsecratus esset. *Me itaq; in hostium meorum gratiam graviter deliquisse atq; peccasse, eodem ipso in loco, ope, solatioq; & auxilio Dei spiritussancti libere,publice,corde,ore & voce confiteor, Deumq; opt.max. ut ex divina sua gratia mihi hoc condonet,& ignoscat,omniumq; peccatorum meorum,quorum hoc est gravissimum,nunquam meminerit,iuxta hanc promissionem suam consolationis plenissimam:* Nolo mortem peccatoris; sed ut convertatur & vivat, *simul ex intimo cordis affectu gemituq; precor.* [7] Quibus dictis graviter animis pectoribusq; commoti dentibus frendere ac dicere: *atqui iam ipse sese condemnat,quid pluribus opus est? pertinacem istum hæreticum oculis nostris aspicimus. Quid?* inquit Hieronymus, *mihine mortem exhorrescendam putatis?* [8] *vos me integrum annum horribili mihiq; morte graviori carceri inclusum ferreis clavis affixum, Turca, Iudæo Paganoq; crudelius habuistis. Ecce caro mea, vivo corpore meo putrescere incepit. Nec tamen hoc nomine conqueror; sed inhumanum hoc ne dicam Christiano homine indignum factum miror.* Ibi omnes ipsum criminari. Hieronymus autem,usque dum unus saltem audiretur, silere: tum vero cito,intrepide tantaq; animositate respondere,perinde atq; si nihil plane periculi sibi pertimescendum esset: [9] multis os obturare,multos cogere erubescere,sæpe multos simul clamantes strepentesq; obiurgare,interdum,ut & sibi loquendi copia fieret, orare: se enim,quod nunquam amplius ab ipsis audiendus esset,exploratum habere. Tandẽ in priorem carcerem reduci,arctiusq; atque antea,cippo alligari.

nullum errorẽ agnoscit.

nihil retractare vult: sed Hussium laudat.

luget admissum revocationis peccatum, & necis Hussii comprobationẽ.

Patrum fremitus in ipsum.

Immanitas carceris Hieronymi.

Hieronymus hostes suos rubore perfundit.

[10] In hunc carcerem multi Cardinales,& Episcopi ad ipsum venire, ipsum extrahendum curare,ut vitæ suæ parceret,doctrinam eiuraret, Hussii necem comprobaret, varie adhortari: [11] sed ille semper respondere: *faciam,ubi ex S.literis falsum esse ostenderitis.* [12] Interrogantibus an vitæ suæ ita infensus esset, [13] respondere: *quid, quæso,dicitis? an mihi vita mea ita cara sit,ut eam propter veritatem, aut dominum meum Iesum Christum,qui suam pro me profudit,profundere verear? vosne Cardinales aut Episcopi estis? an ignoratis quod Christus dixit:* Qui nõ mea causa animã suã perdiderit,me indignus

Cardinales & Episcopi ipsum in carcere adhortantur.

ipsius responsio, qua in solis sacris literis acquiescit.

Digitized by Google

est? *recedite à me, tentatores.* Tum illi ipsum vehementer increpare, rursumque in antrum coniiciendum curare.

Cardinalis Florentinus solus cum Hieronymo Pr. confert.

[14] Postremum omnium Cardinalis Florentinus ad eum venire, utq; produceretur, iubere: tum dicere: *vir doctus es, Hieronyme mi, liberalium disciplinarum Magister, habes à Deo opt. max. magna dona, quibus non ad tuam ipsius perniciem abuti; sed Christianæ ecclesiæ bono uti debes. Concilium frequens tibi condolet, teq; præstantium donorum tuorum causa igni adiudicari moleste fert. Posses promoveri, magnosq; honores consequi, & ecclesiæ Christianæ, magno esse emolumento, si te cum Petro & Paulo convertere velles. Ecclesia Christiana non adeo feraq; & immanis est, ut omnem tibi gratiam veniamq; deneget, modo in ea permanere cogites, sicut & tibi, te à nobis honestissime promotum, omniq; beneficiorum genere affectum iri, polliceor, simul atq; te ex animo & absque dolo sentire perspexerimus. Delibera tecum dum tempus est, parce tibi vitaq; tuæ, &, quod æquum est, mihi animum tuum aperi,* [15] Ad quæ Hieronymus: *quod semper petii, etiamnum peto, quod si è sacris literis convinci possim, libenter veniam petam: sin minus, non, ne passum quidem, recedam. Hoc corpus, quod gravissimas istas carceris huius iniurias sustinere valuit, etiam ob veritatem Christique confessionem ignem perferre poterit.* [16] *Tune, Hieronyme mi,* inquit Cardinalis, *concilio sapientior esse vis?* [17] *Nequaquam,* inquit Hieronymus, *sed cupio erudiri: qui autem erudiri cupit, is certe nō vult esse sapientior.* [18] Cardinalis, *quomodo ergo,* inquit, *vis erudiri?* [19] Hieronymus, *sacris* inquit, *literis, quæ sunt lucerna pedibus nostris.* [20] *Hem,* inquit Cardinalis, *an vero omnia è sacris literis diiudicanda sunt? quis eas intelligere potest? nonne Patres explicandis adhibendi sunt?* [21] *Quid audio,* inquit iste, *Deine verbum falsum erit, aut falso iudicabit? nonne solum audiendum est? Homines ne pluris erunt, quam sanctissimum Dei verbum? quin ergo D. Paulus suos Episcopos ad seniores audiendos adhortatus est, sed dixit,* sacra scriptura te potest erudire? *Ecce, o prophetica scripta, per spiritum sanctum scripta, hodierna iam pluris fiunt, quam vos: minime vero, minime: hoc equidem nunquam comprobavero. Sit sane actum de vita mea, Deus opt. max. eam mihi reddere potis est.* [22] Tum Cardinalis ipsum torve intueri, ac dicere: *Tu hæretice, tot à me tua causa suscepta & agitata esse, me pœnitet: te enim à diabolo, ne ipsum effugias, agitari video. Vos servi, abducite ipsum.* Sic iterum in carcerem coniici.

CAPUT. XXV.

[1] *Dies quo Hieronymus supplicio affectus.* [2] *Episcopus Rigaus ipsum in summum templum deducendum curat.* [3] *Hieronymus in eo publice confidenter loquitur.* [4] *Lugdunensis Episcopus ipsum nomine concilii condemnat.* [5] *Hieronymi apologia ad sententiam. Et vaticinium.* [6] *vaticinium de albo cygno.* [7] *formula sententiæ in Hieronymum latæ.* [8] *Hieronymus lætus & cantans adit locum supplicii.* [9] *precatur in igne.* [10] *quid exusto Hieronymo carnifices:* [11] *& quid Bohemi fecerint.*

1. Dies quo Hieronymus supplicio affectus.
Episcopus Rigaus ipsum in summum templum deducendum curat.
Hieronymus in eo publice confidenter loquitur.
Lugdunensis Episcopus ipsum nomine Concilii damnat.

CALENDIS Iuniis quibus Hieronymus exurendus erat, universa civitas armata convocari. [2] Episcopus Rigæus ipsum in summum templum deducendū curare, in quo, præsertim ea, quæ proxime elocutus fuerat, ut retractaret, moneri. [3] Ibi ille intrepide ordiri, ac dicere: *Deum opt. max. testem invoco, vobisq; omnibus palam testor, me in omnib. capitibus cum orthodoxa ecclesia consentire: sed ideo, quod sancti viri, innocenter damnati, propterea quod vitā vestram reprehēdit, necem comprobare nolo, flammis exurar.* Quibus dictis symbolum fidei Christianæ, confessionemq; D. Athanasii & concilii Nicæni recitare. Omnes eloquentiam ipsius mirari, plures ad ipsum accedere, ipsumq; cui mox alia retractationis formula dāda foret, ut recederet, hortari: ipse vero minime eos audire. [4] Lugdunensis ergo Episcopus surgere, concionē ex ultimo capite D. Marci habere, in quo hæc habentur: *Novissime autem recumbentib. illis undecim apparuit, & exprobravit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia non crediderant: &c.* quibus subdere: *quemadmodum sanctum hoc concilium Constantiense non ita nuper Ioannem Wiclephum & Ioannem Hussium condemnavit; sic etiam ipsorum successorem Hieronymum, hominem pertinacem, ambitiosum, temerarium, qui in malitia sua callum obduxit, damnat, ut alii sibi exemplum ab ipso capiant: sibi metuant, nec hoc in posterum fiat. Quod si autem omnino, qui simili hæresi ecclesiam Dei polluunt, prodire cogitant: eos, qui omnium scelerum sibi conscii sunt, aut qui publica notati sunt ignominia, ut, latrones, scortatores, scorta, carnifices, sceleratos & fures, testes adversus ipsos produci ius atq; fas esto: quin imo si ne sic quidem probari possit, eculeo torqueantur, in errorem inquiratur, comburantur; si tamen resipiscant, vita ipsis*

Digitized by Google

ta ipsis donetur. De te vero, Hieronyme, quia priorem illam retractationem, canis ad vomitum rediens, non sine gravi offensione, summaq; huius concilii ignominia, resorpsisti, nequaquam isthæc intelligenda sunt, sed sententia à concilio de te ferenda iustißima simul est & æquißima. [5] In hanc sententiam peroranti Hieronymus respondere: *quod si aliis eruditis, sapientibus sanctisq; viris eadem à vobis illata esse me fugeret: cum omnino supra modum sine causa in me sæviatis, me promeruisse plane mihi cogitandum esset. Neq; ego, neq; vos vel unicum caput novimus, in quo hæreticus fuerim, aut hæretica docuerim, aliudve ac discrepans à Christiana ecclesia senserim. Quod à doctis viris superbos, arrogantes, avaros, impiosq; sacerdotes culpatos laudo, vos fortasse morte expiandum peccatum iudicatis. Sed est ne hæc mei interficiendi solida gravisq; causa? Eo sane vos iniustos iudices, nec fide dignos esse, satis superq; ostenditis: siquidem omnem formam iudicii in me inique comparastis.* Tandem sibi omnino moriendum esse videns, ordiri: *ante quam quicquam in me invenissetis, iniuste simul & inique me necare constitueratis. Age, à morte mea stimulum in vestris cordibus, vermemq; rodentem in vestris cōscientiis relinquam. Ad iustißimum Iesu Christi tribunal etiam appello, ut centesimo ab hinc anno mihi ad hæc respondeatis.* [6] Sunt, quorum mmss. saltem extant, qui ab Hussio factū volunt: sed falsum est. Quidam similia ab Hussio, cippum Septentrionem versus vidente, hisce verbis: *hodie anserem assatis, centum ab hinc annis niveus cygnus veniet, quem occidere non valebitis*, prædicta esse asserunt. Sed hæc utut sint, vaticinium taquod diximus, non est Hussii, sed saltem posterius hoc, si modo & ipsum suum, atq; ita ab ipso enunciatum sit, de quo non contendo.

Hieronymi apologia ad sententiam.

Vaticinium.

aliud de albo cygno.

[7] Ut autem ad rem redeam, his peractis sententia in Hieronymum legi, in hūc sensum: *Sanctum concilium Constantiense, sequens doctrinam Christi, dicentis*; qui nō manserit in me, eiicietur foras, & exarescet &c. *condemnat Hieronymum Pragensem de errore, falsa doctrina, & quia antea retractarat, in summam autem huius concilii ignominiam virus suum, quod evomuerat, resorpsit. Concludit præterea, ipsum, ut palmitem sive ramum aridum, resecandum esse, ut de ipso, quod de execrabili hæretico solet, fieri possit. Magistratui politico, pro eo ac decet, puniendum tradit; simulq; orat, ut pœna, licet omnino capitalis, tamen, quatenus fieri potest, leniatur.* [8] Tum corona, qualis & Hussio allata fuerat, ipsi adferri. Ipse vero M. Hieronymus pallium suum in medios sacerdotes, quod alias ipsum aversati fuissent, proiicere, coronam sibi ipse imponere, eductusq; ad supplicium, alta voce animo hilari Symbolum aliosq; Christianos hymnos canere, usq; dum ad locum, in quo Hussius exustus fuerat, perveniret. Ante palum, cui alligandus erat, constitutus, in genua prolapsus tacitus orare longum, usque dum à carnifice erigeretur: tum vestes exuere, se ipsum ad cippum constituere, seque alligandum præbere. Viso simplice agricola, ligna adferente, ridere & dicere: *o sancta simplicitas! te fallens mille modis peccat.* Postremo lignis ad collum usque cinctus, carnificē, ligna à tergo, ut ipse tanto minus terreretur, accendere volentem, affatus, dicere, *ecquid agis? huc tandem concede, lignaq; accende: quod si ignem horruissem, hic non alligatus starem.* [9] Uri autem incipiens Bohemice exclamare: *Deus mi, miserere mei, peccataq; mea mihi remitte: mandatorū tuorum me semper amantem fuisse scis.* Et super hæc, *in manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* Igne vero excrescente, secum dimidium horæ quadrantem orare, atq; ita mori. [10] Quo facto carnifices quicquid in carcere secum habuerat, ut lectum, stramen, comburere, curruique imposita in Rhenum effundere, eodem plane modo, ac fere ante annum cum M. Ioanne Hussio factū erat, ne Bohemi ista sacra putarent, [11] qui tamen postea terram, in qua hæc gesta sunt, in Bohemiam deferre atque custodire.

Formula sententia in Hieronymum lata.

Hieronymus latus atq; cantans adit locum supplicii.

precatur in igne.

Carnifices mortuo Hieronymo quid egerint.

quid Bohemi.

CAPUT XXVI.

[1] *Bohemiæ status turbulentus.* [2] *Ioannes Tysta prædo insignis.* [3] *cui Wenceslaus Rex bellum inferendum curat.* [4] *prædones obruuntur & occiduntur.* [5] *Tysta ira percitus terram variis malis divexat.* [6] *cum Rege in gratiam redit.* [7] *Arcis Fæminomontana, Germanicæ* Frawenberg/ *descriptio.* [8] *de prima ipsius exstructione.* [9] *Albertus, Comes Altenburgensis, Heinrici Aucupis, Imperatoris filiam rapit.* [10] *Imperator ereptam sibi filiam invenit,* [11] *generum bello petit.* [12] *rogatus à Principibus, genero filiaque culpam remittit.* [13] *de Vdalrico Bohemiæ Rege historia.*

His ita peractis, patres Concilii per æstatem suo more pergere: in universa vero Bohemia nihil nisi seditiones, latrocinia, cædes, inprimis Hussii causa, gliscere. Magistros etenim suos diris anno superiore devotos, hoc vero exustos, uni-

Bohemiæ status turbulentus.

Digitized by Google

versamq; regionem execrationibus devinctam, Despotarum, Equitumq; & civiũ ordo gravissime molestissimeq; ferre.[2] Inprimis vero hoc anno quidam, *Ioannes Tysta* nomine, è veterum Guirschouezorum prosapia huius gentis oriundus, in arce Fœminæmontana, (vulgo Frawenbergensi) residens, in itineribus, pagisq; inprimis autem regiis urbibus Pelsini tractus, populum vexare: nec tam facile, propterea quod in munitissimam arcem se recepisset, cogi posse.[3] Proinde Rex Wenceslaus Ioannem Lesthcovæum, regni SubCamerarium mittere, qui regiis ministris aliisq; equitibus mille plus minus assumtis, ut sese in certas turmas dividerent, diversisq; è locis post primam ab ingruente nocte horã in silva, quæ ad arcis Fœminæmontanæ (quam diximus) radicem est (prædones etenim per noctem eam genio indulturos resciverat) convenirent.[4] Quo facto magno clamore intempesta nocte in oppidum irruere, prædones omnes ebrios quosdam choreis, quosdã lusui, quosdam somno deditos invenire, qui idcirco non illis resistere, sed 330. plus minus sese captivos dedere, quorum equos, prædamq; & omnia, quæ secum habebant, milites isti assumere, inter se dividere, prædones autem Pragam deducere, qui ibi suspendi, in quorum numero tres germani fratres bona forma esse, abs quibus multi suspendium deprecari.[5] Ioannes Tysta in arce tumultum quidem exaudire, sed quod à tantæ multitudinis vi sibi metueret, suis succurrere nõ audere: hoc ergo magis irritari, graviusq; terram vexare, donec anno sequenti in arce obsidendus esset:[6] id quod ille antevertere, cũ Rege in gratiam redire, atq; à præda in posterum cessaturum polliceri.

Ioannes Tysta prædo insignis

Rex Wenceslaus ipsi bellum inferendum curat.

Prædones obruuntur & occiduntur.

Tysta ira percitus terram variis malis divexat.

cum Rege in gratiam redit.

Arcis Fœminomontanæ, vulgo Frawẽberg/ descriptio.

[7] Arx hæc Fœminomontana vulgo **Frawenberg** (ut lector aliquam ipsius notitiam habeat) in excelsissima montis cuiusdam rupe sita, sed hoc tempore plane inculta, collapsaq; & deserta. Ad radicem montis è regione oppidi, etiamnum multa magna valla, longa quoq; & lata fossa ab arce, magna quidem ex parte collapsa, multis tamen in locis etiamnum novem aut decem cubitos alta, conspiciuntur, valla ista omnia, arcis, quam dixi, bono à veteribus facta sunt: nulla enim alia ex parte hostili incursu tentari, nec, nisi telis coniectis oppugnari potest, quodcunq; ad latus stativa facias. Ante quam in arcem pervenias, altus est & ex parte collapsus murus, paulum loci, in quo ortum versus porta, occasum autem versus stabulum est, complectens. Ex hoc loco in aspera rupe in arcem fere irrependum est, altissimo firmissimoq; muro, bene materiato, qui multos annos absq; tecto stetit, munitam, per quem murum est ostiolum angustum, in veræ arcis atrium deducẽs. In hoc atrio mediocris area est, in cuius medio pulcherrimus fons, lapidibus quadratis minoribus circundatus, in quo limpidissima purissimaq; unda, quam tam hyberno, quam æstivo tempore vel ense attingas. Ortum versus turris est altissimaq; & firmissima è sex orgyiarum lapidibus quadratis, cuius murus duas orgyias latus. At (quia scalæ computruerunt) absque scala non amplius ingressus datur. Septentrionem versus de muro prospectus est super rupem in præceps, in tantum, ut & fere visum amittas. Occasum versus quædam ædificia videre est, quę Despotæ Cygnomontani (vulgo Schuanbergenses) incoluerunt. A vestibulo arcis, iactũ lapidis plus minus, non procul ab illo loco, in quo Albertus opifices combussit, (qua de re mox in seqq.) elegans fons est, ex quo mediocris rivus emanat. Quæ omnia benevolo lectori locorum illorum ignaro, commemorare volui, ex quibus quam mire Deus opt. max. aquæductuum tuborumq; conficiendorum magister solertissimus, limphas ex altissimo monte deducere atq; derivare valeat, addiscere potest. Hic certe mons, quem diximus, omnibus ad aliquot miliaria circumiacentibus altior est: utpote de quo Pragam usq; oculorum aciem intendere valeas, nihilominus tamẽ in huius montis, rupibus ita referti, ut suffodi nullo modo possit, vertice perennis aqua est.

de prima huius arcis exstructione.

[8] At forte curiosus aliquis quærat, quis huius arcis sit conditor? ad hoc (licet hæc historia à nostro instituto sit aliena) ex Hageco de anno 1009. scribente, hoc respondeo: *Heinrico, hoc nomine primo, alias Aucupi dicto, Romanorum Imperatori, speciosissimam filiam, Helenam nomine fuisse, Germanicis annalibus proditum est, inter quam & Albertum quendam comitem Altenburgensem mutuus, isq; flagrantissimus amor erat, hic nanq; illius amore ad ipsam redamandam excitari. Comes, nisi rebus suis aliter consuleret, se quidem vano filiæ Imperatoris amore irretitum videre, proinde cum ipsa de se abducenda pacisci. At*

quod

Digitized by Google

quod parentis potentiam metuerent, se in sylvestria loca concessuros, ipsi proponere. Quid fit? Comes Imperatori in regia sua longum inserviens, patrimonium suum, comitatum Altenburgensem divendere, sese in Bohemicas sylvas conferre, locum opportunum quærere, hunc eligere, multos operarios colligere, argentoq; suo assumto, eos huc deducere, tum quibusdam arborum, aliis lapidum exscindendorum, aliis calcis coquendæ, peritioribus muri exstruendi, turrium ædificandarum, elegantium conclavium perficiendorum curas & actiones dare. Arci quoq; huic de necessariis ad vitam ita prospicere, ut sibi suisq; decem, victus in centesimum usq; annum sufficeret: tum vero & insignia arma, gladios, hastas, atq; missilia adducenda, in munitissimam hanc arcẽ deponenda, probeq; servanda custodiendaq; curare. Quibus omnibus peractis, convocatis opificibus cæteræq; familiæ, ut domum ad radicem montis, cui arx imposita, ædificarent, præcipere, id quod illi facere. in ea ille ipsos ad prandium vocare, dies aliquot ipsis curandæ pelliculæ suæ concedere, vinum ipsis large subministrare, tandem aliquando vero ipsos omnino ebrios una cum ædificio accenso, ne quis exstructam arcem prodere posset, cunctos miserrime comburere. Qua horrenda re gesta ad Imperatoris regiam redire, se ad omnia alacrem promtumq; præbere, perpetuò tamen Imperatoris filiæ amore, ceu flagranti igne torreri, nec tamen eius obtinendæ modum invenire, donec tandem ipsi, ut extra patriam arcem cum aliquot virginibus deambulatum prodiret, suggereret.[9] Ibi duo amantes convenire paucissimisq; verbis factis equos conscendere, ambo, quorum pectora pulsabant, concitatiore cursu Bohemicam sylvam petere. Comes virginem dominam suo equo vehere, quæ ipsum, ut omni festinatione properaret, instãter hortari. Ergo multo longoq; itinere in sylva confecto, tandem manè circa solis ortum ad arcem pervenire, quam ingressi, molliter vivere. Hæc omnia anno &c. 925. D. Wenceslao in Bohemia regnante geri. Imperator quinquennio à victoria de Hungaris parta (de qua, Paulo Constantino & Achille Garsero destitutus, Dresserum, millenario V. de Imperatorib. occidentis, consulat) regiam suã sedem Ratis-pona collocare, & quod semper venationis amans studiosusq; fuisset, in sylvas Bohemicas se conferre, oblatumq; sibi eximium cervum persequi, cum amissisq; vestigiis ipsa quoq; nota via excedere, atq; ita perplexus, ut quo se verteret, nesciret, hærere: tandem fumum exsurgẽtem videre, ibi equo exstimulato progredi, qui salebrosa, montosa, spinisq; & fruticibus enatis abundante via minus pergere posse, præterea nebula oriri, ita Imperator magno labore suo circa noctem ad arcem accedere. Volubilis atq; varia fortuna hoc casu duobus illis amantibus dolum nectere, quo Imp. in summũ periculum coniiciẽs, non iniucundũ lusum præberet. Ad arcẽ enim perveniens omnia clausa invenire, stans graviter pulsare, nec quenquã evocare posse, tandẽ Albertus ad portam pontis prodire, & quisnam adesset? quid ve quæreret? rogare. Imperator dicere: hospitio me excipite, obsecro, bolumq; panis mihi date: errore namq; viæ in hac solitudine triduum detentus per id tempus omni (id quod res erat) cibo abstinere coactus fui. Helena magno hominis cuiusdam videndi amore ducta (quinquennio enim eam huius vitæ pertæsum erat) etiam atq; etiã, ut exciperetur, orare, id quod ille facere, Imperatorẽq; quem non amplius norant, intromittere. Causa autem, cur ita brevi tempore formam suam deposuisse visus sit, hæc est, quod nimirum eos annos, quos filiam suam amiserat, nec comã, nec barbã radendam curaverit.[10] Cæsare igitur arcem ingresso illi facem accendere, hic filiam generumq; agnoscere, & quoniam se in hostis sui manibus atq; potestate esse videbat, omnia gravia metuere, vocem itaq; quam poterat, commodissime mutare. Helena viso homine novo magnoq; gaudio perfusa liberaliter è popina culinaq; quæcunq; poterat, depromere, hospitem bono animo esse iubere, in cœna ipsum ambo cuias sit, interrogare: Imperator se equitem Hungarum, fortium præclarorumq; facinorum ergo diversas nobilium sedes Principumq; arces petisse atq; invisisse, iam viatico omni consumto, argento destitui, & errore viæ huc adductum esse, cum iam in patriam tendat, cuius videndæ amore maximo ducatur. Tum Helena: quid, quæso, nobilissime heros, de Imperatore Henrico audivisti? cui Cæsar subdole: quid? nihilne vobis innotuit? atqui iam annum vita functus est. Hoc audio lubenter, inquit Helena: o gratum nũcium! mea manu pulchrum mollemq; lectum tibi sternam, ut molliter cubes. Imperatori fortunam hãc bene volo. Genus quoq; meum omne extinctum velim: tũ enim & ego & hic mihi dilectissimus libertatem nativitati plane comparandã recuperaremus. Imp. inquit, vah, ille iam pridẽ est, ubi Deus opt. max. animam suã esse vult. At, o lectissima hera, quod si Cæsarẽ in tuã manu haberes, qualẽ me nunc habes, quid de se faceres? Helena de muliebri more futiliter: cum mihi dilectissimo id agerem, remq; eo deducere, ne proxime venturam diem videret. Multis ergo iocosisq; sermonibus inter se collatis, illi tandem Cæsarem cubitum deducere, qui mane surgere, utriq; hospiti valedicere, & abire; & quia dies serenior, tractu probè observato meridiem versus tende-

Albertus Comes Altenburgensis Imperatoris Henrici aucupis filiam Helenam rapit.

Heinricus Imp. filiam amissam reperit.

Digitized by Google

re, salvumq; & incolumis Ratisponam pervenire, cuius reditu omnes gaudere, inprimis Principes quidam reditũ ipsi gratulatum adventare; quib. ille gratias agere, utq; in ipsius gratiam armatas suas copias cum ipsius copiis coniungerent, hostemq; debellare adiuvarẽt, ipsos rogare. Illi precibus ipsius annuere. [11] *Cæsar multos lignatores conducere, ipse exercitum ducere, in densissimã sylvam pervento, arbores succidendas, viamq; usq; ad arcem sternendam curare, tum cessationẽ indicere. Principes, Comites, Despotæq; & Equites, qui in Imperatoris gratiam iter emensi erant, quem hostem in hac solitudine haberet, interrogare: tum Imperator*, improbum generum meum degeneremq; filiam meam, quæ me tot tantisq; curis divexavit, in hac arce residere noveritis: Itaq; invadite arcem, ipsosq; captivos ducite. *Servi promti arcem invadere, quibus ad arcem pervenientibus Albertus exclamare*, quid hic? quid hic? *illi respondere*: Heinricus Imp qui ꝓxime vobis adfuit, nobis præcepit, vos vel vivos, vel mortuos adducere. *Albertus respondere*, ego igitur me defendam, vimq; propulsabo: *hisq; dictis arcum arripere: sed nervi iam putruerant, saxis itaq; se defenderet, oportebat. Helena propugnaculo conscenso exclamare*: me sane, à Domini mei, Comitis, morte ne unicã quidem horam supervicturam noveritis: nisi quis me interfecerit, ipsa mihi mortẽ consciscam.[12] *Principes Equitesq; ipsam miserati, Cæsarem orare, ut ingentem amorem perpẽdens vita donatos in gratiam reciperet: Imperator animo varia revolvere, & dicere:* o amor, quot quãq; varios casus habes? fiat quod petitis. *Tum pactis sancitis arx exercitui reserata patere, Albertus & Helena Cæsari obviam procedere, coram ipso in genua prolabi, veniãq; petere, eamq; impetrare, postea thesauros suos quos subter ianua cœnaculi defoderant, effodere, cũ Imperatore Ratisponam proficisci, atq; ita hac arx longum tempus inculta atq; deserta manere: hæc enim anno &c. 930. gesta sunt.*

generum bello petit.

deprecantibus principibus generum filiãq; in gratiam recepit.

de Vdalrico Bohemiæ Duce

[13] *Postea anno* 1009. *Vdalricus Bohemiæ Dux, qui virginem rusticam è pago, Perutzio nomine, uxorem duxit, cum suorum* W*ladicorum quodam (qui proximi à Rege erant, & reliquæ plebi imperabant, atq; ab hoc imperio* Wladici, *dicebantur,* Wladartz *enim aut* Wladyka imperantem *sive* dominantem *significat) arcem Drischtca inhabitãte aliquando venatum ire. In venatione igitur egregiam feram persequens à via aberrare, nec quo tendere debeat, scire: tãdem equum suum arbori alligare, pinum in excelsissimo monte stantem conscendere, arcem observare, ad quam tendens equo pergere non posse, sed ab eo descendere, viamq; ferro sternere. Ad arcem perveniẽs pulsare, neminem invocare posse, assumptum itaq; longum stipitem cameratæ fenestræ applicare, in quo in arcem irrepere, in qua pontem versatilem attractum offendere, quod mirari, pergere, in arce multa vini dolia, nonnulla arma, putridaq; vestimenta reperire, quæ omnia diligenter contemplari, per fenestram iterũ exire, signa, quorum beneficio arcem hanc conspexisset, observare atq; arripere tantisper ortum versus eques ire, donec sub noctem, nõ sine magno labore in arcẽ Dischtacam ad suos rediret, qui tanto gaudio ex ipsius reditu perfundi, in quãto mœrore ex ipsius amissione versati fuerant. Dux fessus statim mensæ accũbere, cœnare, hospitem nomine* W*eputium interrogare, num quicquam de deserta quadã arce in vasta hac solitudine sibi constaret? hospes negare: tum ille in mensa rem omnem omnemq; ipsius conditionem enarrare, quæ omnia omnib. mira videri. Semotis aũt arbitris Ducem Prcymus famulus ut arce ea ab ipso donaretur, summisse orare, cui petitioni Dux. per se Princeps liberalis atq; munificus, facile annuere. Hinc ab hoc Prcymo hæc arx hodie quoq; Bohemica lingua* Prcymda, *Germanica vero* Frawenberg/ *appellari.* Hãc de arce Fœminæmõtana narrationẽ in lectoris gratiam huic loco inserere volui.

CAPUT XXVII.

1 Comitia Pragæ gesta: 2 Academiæ Pragensis edictum de S. cœna sub utraq; specie celebranda. 3 Bohemici proceres Regẽ Wenceslaũ adeunt. 4 quæstiones ipsi ab ipsis propositæ: 5 Rex cum ipsis Pragã abit. 6 Bohemi diem, quo Hussius & Hieron. supplicio affecti sunt, solennib. sacris celebrant 7 Sigism Imp. Marchionatum sive provinciam Brandenburgensem dono alienat. 8 Ducum Heinrici & Ludovici Bavari dissidium, 9 Dux Ludovicus Heinricum ante Imperat. accusat. 10 Ludovicus Dux, vulneratur. 11 Czenco & Vdalricus Rosam.ontani (vulgo Rosenses vel Rosenbergenses) cultũ divinũ repurgãt.

Comitia Pragæ gesta.

VT autem ad rem redeam, Despotæq; & ordines Bohemici, satis perspecta Regis sui negligentia, tempore quadragesimæ Pragæ convenire, &, quod sacram cœnam sub utraq; specie sumere concilium ꝓhibuisset, quid facto opus esset deliberare. Præterea terra prædonibus referta erat, ut eius res deteriore loco vix esse possent. Quæ duo capita illi ita discutere: quia primum ecclesiasticum esset, animamq; concerneret, suis eruditis id cõmittere, & quicquid ii statuissent, perpetuo ratum habere velle. Quoad alterum, hoc ipsis ad Regem deferendum videri: hinc quibus id negocii demandarent, ex sese deligere.

Academia Pragensis edictum de S. Cœna sub utraq; specie celebranda.

[2] De re ad se delata Profess. diu multumq; deliberare: tandem autem M. Ioan. Cardin. Acad. Prag. Rect. q. sequitur edictum promulgare: *Omnib. & singulis Christianam fidem profitentib. Ioann. Card liberalium artium Mag. & Decretalium Baccal. una cum cæteris Magistris Acad. Prag. salutem, felicitatem, in veritate constantiam, & in timore Domini assidui-*

Digitized by Google

assiduitatẽ precor. Sententiam nostram de cœna Domini, utrũ nimirum ea, modo æternæ beatitudinis hæredes esse velimus, à pastorib. distribuenda, & à fidelib. sumẽda sit, à multis orthodoxis Christianis, summisq; & infimis, rogati sumus. Quoniã ergo proximi cõmodis utilitatiq; servire, ipsumq; quantũcunq; possumus, iuvare iubemur: quid eos, qui inter alios eminẽt, maioreq; autoritate pollent, decebit? nõne dãni ex eorũ, qui præsunt negligentia exorientis periculũ avertere tenentur? Nos igitur efflagitante id officii nostri ratione, nihil temere aut cõtumaciter adversus sanctã, cathol. apost. Romanamq; ecclesiã cũ offensione ipsius cõcludimus; multo minus novis reb. studemus: sed, quod publice legitimeq; profitemur, ut honestissima ipsorũ petitioni locũ demus, nec piorũ corda, forsitan hæsitantia, decipiantur, aut inter bonũ & malũ vacillent, neve deniq; vel ullius infamiæ, vel effrenatæ cuiuspiã violentiæ metu, veritatẽ illam (cõtra dictũ Sapientis illius dicentis: ꝓ anima tua ne cõfundaris dicere verũ) *supprimere velle videamur: saltẽ fidei, quæ in nobis est, cuilibet poscẽti rationẽ reddere conamur. Quoniã igitur Concil. Constant. potissimũ, sacrã cœnã à Domino nostro Iesu Christo sub utraq; specie institutã esse, eamq; ipsius celebrationem & usũ in primitiva ecclesia diu multũq; tẽpus in usu fuisse cõfitetur: nos sane cõsilio hac nostra cõfessione respondemus, à Christo Domino & servatore nostro, postea quã in assumta carne sua officio suo cumulate satisfecisset, iamq; ex hoc mundo ad cœlestẽ suũ parentẽ ire vellet, expletis omnib. typis legis veteris, hoc ad memoriã monumentũ, quod ad fidei nostræ, inq; bonis operib. studii confirmationem facit, nobis relictũ esse: utq; vere benedictã illã terrã, cuius incolæ civesq; esse debemus, atq; tandẽ æternũ erimus, attingere possemus, nec unquam fessi cessaremus: sponte hunc agnũ paschalẽ una cum Manna mysterii, sanctum videl. & venerandũ altaris Sacrament omnib. Christianis ex singulari nec ulla mente satis cõprehẽdẽda liberalitate ac munificentia, nõ sub una sed sub utraq; specie distributũ esse. Etsi igitur Christus totus in pane, totus in vino ad nostri confirmationẽ, ad S. Cœnæ perfectionẽ, ad summi, quodq; cõprehẽdi nequit, meriti additamentũ sumitur: sub utraq; tamẽ specie, nẽpe sub pane & vino sumẽdus est: quia nimirũ instituit, suoq; iuramento nos ad id astringit. Discipulis quoq; suis, ceu administris, hoc ita faciendũ præcipit. Hoc n. medio modoq; mors Christi, donec veniat, annũciatur, id quod ex sacro evangelio luculenter est videre, præter Patrũ, qui in primitiva ecclesia vixerũt, scripta, idẽ ita cõprobãtia, ut hoc probare nullo metu, nullave animi abiectione prohibeamur, aut impediamur. Qui itaq; ad Christianæ doctrinæ fideiq; normã, bene atq; cũ fructu erudiri, pia promovere, honesta arripere simul atq; probare, ac deniq; qui ad infirmitatẽ atq; nævos humanos, qui ardentẽ Domini amorẽ, quem nativitate, acerba passionẽ & morte exeruit, cõmemorare qui cũ ipso pati ac deniq; ipsius in æterna vita cohæres esse cupit: eum omnesq; eos, ut ad geminã hãcce vivificã spem (unũ tamen in fide sacramentũ) in quã animarũ nostrarũ spiritualis utilitas, gratiæ prærogativa, fidei incrementũ, una cũ omni quod animã delectat, aut immortalitatem adiuvat, de divino, quodq; nulla quãtũvis acuta, imo nec acutissima accuratissimaq; investigatione indagari potest, consilio mire inclusa, ultraq; humanæ rationis captũ cõgesta sunt, intenti sint, eãq; inprimis & ante omnia hac sumtione sæpius atq; subinde teneãt, quantũq; per humanã infirmitatem fieri potest, sibi applicent, seq; in beatissimo hoc, suiq; tolerãtes beatos reddente, augustissimo, iucũdissimo, utilissimoq; & felicissimo labore, atq; opere exerceãt, ut ita salutifero hoc mãna sive pane cœlesti, limpidissimaq; aqua rupis sive petra, quæ est Christus, refecti in cœlestem illã patriũ pervenire, eã occupare, æternũq; possidere possimus. Sed quid de maiorib. nostris, qui integri sacramenti usũ intermiserũt, quid item nostris hisce temporib. nõ modo de ægrotis, sed & de bene valentib. vel imperitia, vel simplicitate, vel alio quodã casu cõsulte, sed tamen utiliter intermittentib. sentiendũ sit? A Deo igitur opt. max. aut simplicitatis ipsorũ, aut nævi rationẽ habitũ, eisq; pro immensa sua misericordia cõdonatũ iri putamus. Quod si a. divinæ huic institutioni ulla traditio humana repugnãs, quæ è verbo Dei neq; probata sit neq; probari possit, (ut nulla potest) si ullus metus, qui nos terreat, si ullus angelus de cœlo vel aperto manifestoq; vel tecto clãdestinoq; dolo nos alia, atque præceptor magisterque noster Iesus Christus, primus huius sacrificii autor atque doctor tradidit atque præcepit, traditione doctrinave ab illa abducere velit: doctrina illa tanquam humanum commentum, puræ evangelicæ veritati contraria nec ullo modo acceptãda: sed veritas autoritatis Christi, omne mãdatũ, omnem cõsuetudinem, omne inventũ exuperãs, diligentissime curãnda, eiusq; ratio habenda est, quã autoritatẽ solã summo studio nobis cõservãdã proponere debemus. P. P. Pragæ 6. Id. Mart. anni 1417. in omniũ Magistrorũ frequenti cõsessu, nostroq; sigillo munitũ.* ¶ [3] His ita Pragę pactis regni ꝓceres satis frequẽtes magnove numero in arcẽ Toccenicciã ad ignavũ Regẽ suũ Wencesl. ascẽdere, ꝗ ipsos mox agnoscere, arcẽmq; firmissime occludẽdã curare. A ꝓcerib. id animadvertentib. duo Bohemici Despotæ, *Georg. Hradeccius Iustusq; Cziastalovicius*, ablegari, ꝗ intromitti peterent, id ꝙ isti facere, atq; tũ canis suis ꝓpexisq; barbis gravissimaque autoritate rem eo deducere, ut vel timidissimus Rex ipsos in arcem Ziebracensem se cõferre iuberet, seq; ipsis mox adfuturũ sponderet. In quo Boh. acquiescere, debitã

Bohemici proceres Regem Wenceslaum adeunt.

Digitized by Google

obedientiã præstare, atq; à Rege suo magnifice excipi,[4] finito cõvivio audiri, & Despota Guilielmus Rosæmontanus (Germanice von Rosenberg) in hunc sensum Regẽ alloqui: *universus Despotarũ & Equitũ ordo, inclyte Rex ac Domine, quæstionẽ A.M.T. humilime proponẽdã obtulit: quæ hæc est: cur ea dilecti parentis sui omniũq; Bohemiæ Ducũq; & Regũ, qui ante ipsã fuerunt, felicissimæ memoriæ, more, Pragæ domiciliũ suum habere nolit, sed in hisce arcib. perinde atq; mustela silvestris in rupib. delitescat, cum tamen A.M.T. in ea urbe quæ regionis caput sit, habitare, ut quisq; quod necesse est, proferre, sententiaq; ex iustitiæ & æquitatis ratione lata quietus vivere possit, lõge præstet. A. quoq; M.T remp. plane nõ esse curæ; sed prædonib. omnem petulãtiã ab ipsa quasi cõcedi, summopere miratur. Ideoq; iam omnes A.M.T. modo hisce malis mederi velit, cõsilio, opera, re. studioq; omni absq; ulla spe sui cõmodi bona fide præsto sese futuros pollicẽtur.* Rex oratione hac audita, dicere: *me nõ Pragæ, sed in hisce rupib. cõmorari, amice Guilielme, proceribus mirũ videre refers? me mihi à Spinca* (q in veteris urbis curia carcer est, in quo ipse 15. hebdomadas captivus detentus fuerat, iã nefariæ mulieres in eũ mittuntur) *metuere scias. Nec, quod me à vestro cõspectu sub-duco, mirum est. ante n. idem quoq; feci, nec tamen vel in monasterio Regiocuriensi, (vulgo Königs Saal) prope Beronã, nec in arce regia tutus fui. Me itaq; cõmodius Zibraci, quã in turri viennensi habitare reor.* Ad quæ Guili. Rosæmõt. *A.M.T. clementissime Rex ac Domine, omnes oramus, ut nobiscum Pragã cõtendat: nos tũ nostro ipsorũ, tũ & cæterorum omnium nomine eos in te futuros, qui esse debemus, bona fide atq; sub periculo famæ existimationisq; nostræ pollicemur.*[5] Quib. Rex Wẽcesl. auditis equos quãprimũ insternẽdos curare, atq; è vestigio cũ legatis Pragã petere, & in arcem Wissegradẽsem se cõferre, ubi molliter vivere. Post aliquot dies urbis Prag. legati una cũ quibusdã Despot. atq; Nobilibus, Regẽ accedere, summisq; precib. ab ipso petere, ut aliquot tẽpla ipsis cõcederet, in quib. populũ, quæ vellẽt, docere, & Sacramẽta ex Christi institutione administrare, ac celebrare possent, id quod à Rege impetrare.[6] Ex quo quotãnis M.M. Ioan. Hussii & Hier. Prag. memoriã prid. Non. Iulii sanctè solẽniterq; celebrãdã, neque cõcilio obsequendũ decernere. ¶[7] Dum hæc ita in Bohemia geruntur, Imp. Sigism. March. Brandenb. 14. Cal. Maii anni 1417. Iodoco, Lusatiæ Marchioni, oppigneratũ, Friderico, hoc nomine primo, ea lege, ut, si Bohemos ferro ad Romanam fidẽ adigere cogeretur, equitum ac peditũ auxiliis ipsi bona fide constãtẽ opẽ ferret, dono dare. Quo Bohemi cognito Cæsari graviter succẽsere, propter ea quod novus Marchionatus, ut & Lusatia, ad Regnum Bohemiæ pertinentia, externo, & quidem ipsorum opprimendorum gratia donarentur. Subinde quidẽ rem ad Regem Wenceslaũ deferre, attamen semper in cassum. Ille n. sibi ditionem primum à prædonib. repurgandã esse, in cuius rei gratiã, Heinr. Iablonskium, qui eos ex arcib. Leoripetræa (Germanice von Hasenstein) Lomniciaq; & Bradlicia iam expulisset, ablegarit, prætendere. ¶ Hæc March. Brandenb. alienatio in cõcilio quoq; periculosas turbas dare.[8] Namq; Dux Ludovicus Bavarus (alias Ingolstad.) qui fere semper Regi aderat, Ducẽ Heinr. Landtshutensem clandestino eoq; novercali odio ꝓsequi, idq; hisce de causis: Quidã Nobil quorum nomina Avent. l. 8. recenset, libertatis & privilegiorum suorum causa in Heinr. Ducem cõspirarãt. Qua occasione arrepta, Ludov. cognatum suum, Ducem Heinr. cuiusdã bonorum divisionis arcessere. Dux etenim Frid. Hein. Ducis pater, fratres suos, Duces Steph. & Ioan. in bonorũ divisione multum fefellerat, ita ut totum Belgium superiore Germania uberius, sibi retineret; reliquis autem duob. fratrib. suis sola superiore Germania, q̃ inter sese partirentur, ipsis cederet. Octo millia Thalerorum tamen quotãnis ipsis se additurum, pollicitus fuerat, q̃ qdem argumentum iã 24. annos nõ pependerat. Ideoq; Dux Ludovic. iterãdã atq; ex æquo instituendã bonorum divisionẽ una cum debita illa pecuniæ vi, quiq; interea exinde redissent fructus, patruelẽ suum Ducis Steph. ex fratre nepotẽ, Ducẽ Hein. postulare. Deinde quia Sigism. Imp. Electoratum Brandenb. March. Frid. donarat, Dux Ludov. se ꝓpinquiorẽ adeoq; potiorẽ hæredẽ existimare. Carolus n. IV. Imp. Sigism. pater, ab Ottone Duce ditionẽ illã emerat, tam parvo tamẽ, ut vix, q̃ dicitur, pro nolarum restibus satisdaret, qui Otto agnomine sextus, Ludovici Ducis avi patruus, ut & Heinrici, fuerat. Præterea Georg à Gundelfing; Duci Ludov. bellum indixerat, cui Dux Heinr. Sylvæ-petræ, (vulgo in Waldstein) quotiescunq; cognati sui ditionẽ vexare vellet, viamq; & actum cõcederet.[9] Horum trium nomine Ducem Heinr ante Imp. frequensq; Concilium accusare, æquã portionem, argentumq; & iã prid. exsolvendum debitum postulare, ipsum publicæ pacis violatorem, latronũ prædonumq; receptatorẽ & occultatorem, & ꝓpterea q. cives suos Lãdtshutæ

quæstiones Regiã Bohemis proposita.

Rex cum ipsis Pragam abit.

Bohemi diem supplicii M.M. Ioannis Hussii & Hier. Pr. solennibus sacris celebrant. Sigismundus Imp. Marchionatum Brandeburgensem dono alienat.

Dissidium Ducum Heinrici Landtshutensis & Ludovici Bavari.

Dux Ludovicus Heinricum ante Imp. accusat.

Digitized by Google

hutæ id q, ex Avẽt 18. videre eſt) interficiẽdos curarit, ſanguinariũ appellare. Hein. Dux, ſtatura parvus, vultu (qualis Landtsh. in monaſterio Prædicatorũ, q dicuntur, depictus eſt) ſubfuſcus animoſusq; Princeps, diſſimulato (quẽ inde pceperat graviſſimũ dolore, dilationẽ defẽſiõi ſuę cõſcribẽdæ petere, eãq; impetrare. Interea 12. Cal. Decẽb. anni 1417. armis ſuis indui, quatuor equos ſibi inſternendos curare, tribus fidis armatisq; famulis cognato ſuo, Duci Ludov. cum Imp. Sigiſm. apud Epiſ. Patav. in Hungar. & Imp. à libellis (vulgo ipſius Cancellarium) cænanti, diſcedentiq; trib. ſaltem nobilib. pueris [ppterea q cæteri famuli cænarent] aſſumtis hoſpitium ſuum petenti, inſidiari,[10] in via in hunc cognatum ſuum incidẽti, una cũ ſuis miniſtris quatuor vulnera infligere, ſemanimemq; relinquere, urbisq; portas omni cõtẽtione petere. Sed vix exierat, cum tumultus in urbe oriri, qlibet arma rapere, Imp. Guntherum, comitem Schuartzemburg., ſupremum cameræ in Aula imperiali iudicem, ad illum perſequendum mittere, ipſe quoq;, ſed tamen fruſtra, inſequi, Dux Heinric. n. Cõradi Reiſacenſis, & Georgii Burgavii aliorumq; nobilium Suevorum ope effugerat. Hinc Imp. cor ira cumulari, ipſeq; Ducem Hein. aſſtipulante frequenti cõcilio, pſcribere, q̃ quidem pſcriptionem etiam publice promulgaſſet, ipſoq; facto adimpleſſet, ni March. Frid. intercedens dilationem, usq; dum Dux Ludo. curaretur, imperraſſet. Elapſo igitur die ſtato, novoq; Papa Ottone Colũnio electo, q poſtea Martinus V. dici, Cæſ. Sigiſm. una cum March. Frid. ipſum in ſummum templum adducere, ubi ad Papæ pedes Ludov. procidere, vindictãq; petere: ſed præter fauſtam imprecationem, qua Papa ipſi bene precatus eſt, nihil amplius impetrare. Interea res differri, donec à cõfecto bello Huſſitico in Bohemia, aperto Marte de ea re decerneretur, cuius quidem eventum Avent. lib. citato prolixe deſcribit, in quo, ut & in omnibus ſuis reb. geſtis à morte Huſſii, cui adfuit, Dux Ludov. infelicior fuit, ac tandem à proprio filio ſuo, Ludov. gibboſo, Novomonti [vulgo zu Neuberg] anno 1443. circa D. Ioannis captus, & in Burghauſen in carcerem coniectus eſt, in quo carcere anno 1447. vitã cum morte cõmutavit.[11] Hoc anno Huſſitę Deſpotis Czenconi & Udalrico Roſæmontanis [Germanice Herren von Roſenberg] perſuadere, ut ipſorum religioni fideive ſeſe addicturos pollicerentur, Eccleſiaſtas ſuos omnes Crumaviã convocare, ibi dominus Diaconus, Ioan. Biſcupecius, in templo ſuggeſtum de quo reliquiæ ſanctorum populo oſtendi ſolitæ conſcendere, atq; in hanc ſententiã eloqui: Deſpotæ Roſæmontani volunt, edicuntq;, ut omnes paſtores in ipſorum ditione venerandum ſacramentum ſub utraq; ſpecie diſtribuãt, illaq; capita, quæ M. Ioannes Huſſ. cõtra Papã docuit, obſervent: q ſecus fecerint, intra ſeſquimenſem locis ſuis moveantur. Ipſos ſilentes Deſpota ad prãdium invitare, quo finito Deſpotarũ, quos ſupra dixi, pater, Deſpota *Lopota*, ſacerdotes iterũ alloqui, atq;, ut iam ſtatim mẽtem ſuam exponerent, iubere: Abbas aũt Trizebnęus cum reliquis ſacerdotib. conferens menſis ſpacium ad deliberãdum, directeq; reſpondendũ petere. Deſpotæ in id conſentire, interim tumen M. Wiſchinum Suinovienſem & eccleſiaſten Weleſchinenſem removere, eaq; ſacerdotia, ſive, quas vocant, parochias Huſſitis committere.

Ludovicus vulneratur.

Deſpotæ Roſæmontani cultũ divinum repurgant.

CAPVT XXIIX.

1 Patres concilii Bohemos ſub fide publica citant. 2 Bohemi ipſis fidẽ habere nolunt. 3 plura templa à Rege ſuo petunt. 4 Rex eos arma ſua ad ſe in arcem deferre iubet. 5. Ioannes Ziſca Pragenſibus bene conſulit. 6. Pragenſes Ziſcam Ducem eligunt. 7. ei populus multus favet.

PAtres Concilii Bohemicarum rerum ſtatu cognito; Huſſiiq; & Hier. feſto [Sylvio in chronicis ſuis univerſalibus teſte] eadem ſanctimonia pompaque, qua Petri & Pauli Romæ, oſtentatis nempe circum templa à Rege impetrata, perq; plateas, vicosq; & compita S. euchariſtiæ receptaculis, à Bohemis celebrari viſo; religionisque reformationem à Deſpotis ſuſceptam: 5. Id. Iul. ſub fide publica, quam tum ipſi, tum Imperator ipſis præſtare, eos ad Concilium vocare. [2] Illi vero innocentis M. Ioannis Huſſii nece prætenſa ſimpliciter recuſare. Deſpotæ tamen Roſęmontani, quominus in repurganda religione pergerent; ſed eam in commodius tẽpus differrent, eo permoveri, populusq; omnis in annum usq; ſequentem tranquillo animo eſſe, fruſtraq; liberale Concilii reſponſum expectare. [3] Quod autem tale nihil omnino, quin imo ſe ab illis hæreticos dictos inaudirent: ſequentis anni 16. Cal. Maii armati arcẽ Wiſſegradenſ. aſſcendere, Nicol. Huſſineciũ [nobilem virũ, eiusq; loci, unde M. Huſſ. originem duxit, dominum, nec novę urbis Pragenſis, quod Hagecus vult, civem] ad Regem, plura templa, propterea quod populi multitudo creſceret, petitum

Bohemi ſub fide publica ad Concilium citantur.

Bohemi ipſis fidem habere nolunt.

plura templa à Rege ſuo petitt.

Digitized by Google

ablegare. Rex terreri,& quòd aliud (ne nempe tertium captus in carcerem mitteretur) metueret, benigne respondere, octiduoq; ad se redirent, iubere: Interea ad Hussineccium mittere, qui ipsi indicarent, è tela illa, quam in regem exorsus esset, laqueum effectum iri, quo Rex ipsum gratitudinis ergo suspendẽdum curaturus esset: Quo quidem nuncio Hussineccius ita exasperari, ut populum in Regem concitaret: ut tamen eo tutior atque securior esset, Praga discedens, quantascunq; poterat, præsertim ex iis, q. Papæ infensissimi essent, copias cõscribere. Interea populus quotidie Regẽ respõsum flagitare, id q. etiã p ipsius Cõsiliarios, Despotas *Guiliel. Botzcoviciũ, Martinũq, Rostochiũ* accipere, Regem etiãnũ deliberare: sed tamẽ inclinatione volũtatis in eã sententiã ꝑpendere, quem ipsi fere reflexissent, ꝑpter ea q. armata manu id quasi extorquere voluerint.[4] Hinc etiã ipsum velle, ut omnia sua arma, veluti loricas, arcus, hastas, gladios, & flagra ferrea, in arcem delata ante se deponãt. Quo senatus cognito, vehemẽter perterreri: nisi n. parerent, regis sævitiã; si parerent, populi seditio ipsis ãte oculos versari, ideoq; quo pacto & cives tutã trãquillãq. pacẽ traherent & Regis mãdato satisfieret, cõsultare. Tũ tẽporis aũt apud civẽ (aut, q. Hagec. vult, senatorẽ) novæ urbis, Barthol. Lanium nomine, nobilis quidã erat, Ioan. Trosnovius. à Trautenaw (qui vicus rusticus iã Despotæ Rosæmõtani est) qui ex altero oculo in cõflictu amisso vulgo *Zisca* dici, cuius etiã in sequẽti narratione frequens mẽtio fiet.[5] Is ergo hospitẽ suũ, ex regis, civitatẽ ad arma ponẽda cogere volentis, minus liberali respõso tristiorẽ, animose cõpellare, atq; inter alia dicere: *Nõne pueri estis? ego qui aliquãdiu in aula cũ Rege versatus fui, ipsum penitus novi, vobisq; si armati cõparueritis, arma vestra potius donaturũ, quã ea à vobis reposciturũ certo scio.* Barth. Lanius hoc cõsilium mẽte recõdere, suis collegis, senatorib. exponere, qui civib. id enunciare, & ap.pbare, dieq; Marci & veteris & novæ urbis cives in arce Wissegradẽsi cum armis in cõspectu Regis stare,[6] q b. rogatu senatus Zisca, præstantib. armis tectus, anteire, Ibi cives Ziscã, ut p ipsis verba faceret, rogare, id q. is hisce verbis facere: *iussu tuo, celeberrime & clemẽtissime Rex ac Domine, obedientes fidiq; subditi, nos tibi sistimus, in quem hostem nos mittere velis, expectãtes, qui cum pro vita gloriaq; TVA, quãtisper moveri poterimus, nos fortissime decertaturos pollicemur.* Cui Rex: *Bene dixti frater, revertere saltem cũ copiis.* Id q. illi prõta obediẽtia facere. [7] Ita Ziscæ cum populo magna gratia esse, multiq; ipsi adhærere, quorum ope cõtumeliã illã, qua religiosus quidã (sororẽ ipsius, q. quidã volũt, quibusdã aũt de eo etiãnum dubiũ est, violãdo,) ipsum affecerat, à se vindicatum iri sperabat. Itaq; (iuxta quosdã) ut cõtumeliã istã vindicare ipsi cõcederet, à Rege instãter petiisse, idque à Rege affectatã ipsius simplicitatẽ, verã pauptatẽ, tenues opes sive amicos respiciente, per iocum concedi, sigilloq; insuper confirmari, quod ille accipere, eoque pacto multos ad se clam allicere atq; attrahere.

Rex eos arma sua in arcem ad se deferri iubet.

Ioannes Zisca Pragensibus bonum consiliũ dat.

Pragenses Ziscam ducem eligunt.

Zisca populus multum favet.

CAPUT XXIX.

1 Concilium diffluit. 2 Papa legatus in Bohemia ecclesias reformat. 3 Zisca multum colligit populum urbemq́ Thabor condit. 4 cum magistro moneta confligit. 5 suos melius in re militari præsertim equitatione, instruit. 6 Pragam venit. 7 tumultũ excitat. 8 plebs duo monasteria diripit. 9 Marciccus coriarius cur capite plexus.

FEsto Pẽtecostes die, qui erat Id. Maii anni 1418. sub novo Põtifice Rom. Martino V. Concil. Constant diffluere, q. nuperrime MM. I. Huss. & Hier. Pragẽsem exusserat, Wiclephum dãnarat, Laicis sive idiotis calice S. eucharistiæ interdixerat, aliorumq; plurium, autor fuerat, quæ hic quoq; cõmemorare supsedeo, nec in posterum memorabo, sed Bohem. patriã meã persequar.[2] In q̃ Papa statim novum crabronẽ sive legatum mittere, q. Conradi Archiep ope prid id. Iunii arcã, quæ supra arã in regia urbe Slana erat, deiicere, novã reformationẽ ex decreto Concilii instituere, & ecclesiastẽ quendã una cum privato quodam exurendum curare. Id q. Bohe. iniquissimo animo ferre, ex eoq; sequẽtis horrẽdę seditionis ansam arripere, idẽq; in Silesia Bratislaviæ quidã Hussii doctrinã amantes, facere, metuẽtes ne apud se quoq; subita severaq; decreti quędam exsecutio susciperetur, atq; licet aliis de causis, seditionem in senatum cõcitare, propter quam anno 1420. Imp. Sigismundo pœnas dare.[3] Interea Zisca omne hominũ genus, bonum pravumq; ad se allicere, atq; attrahere; q. aũt metueret, ne urbe, cui se cõmittere tuto posset, destitutus, dum provinciã hinc inde diripiẽs grassaretur, astu fortassis opprimeretur, locũ natura munitũ, à Bohẽ. Hradistie dictũ, in quo olim arx munita steterat, variis tamẽ bellis devastata fuerat, eligere, & q. ibi satis cõmoda esset habitatio, *Thabor* appellare, suis quoq;, ut ubi quisq; determinatũ haberet domui spacium, id exstructo ędificio occuparet, 9. Cal. Mart. eiusdẽ anni præcipere. Quidã, atq;, ut equidẽ reor, rectius, anno sequẽti hoc factum

Concilium Constantiense, diffluit.

Papa legatus ecclesias in Bohemia reformat.

vide infra cap. 34. num. 1.

Zisca multum populum colligit.

oppidũ Thabor condit.

Digitized by Google

cum Magistro monetæ confligit. *Suos milites in re militari &c. instruit.*

bũt.[4] Ziſca enim diu tacite terrã pervagari,& die paraſceves Nicolaũ,Regni Boh. Monetæ magiſtrũ,à quo ipſe mille equitib. opprimendus erat, in pago Wozicze cædere,[5] una cũ armis equos ſuis donare,eos,ut in equitando ordinẽ obſervarẽt, inſtituere,ut fortius atq; antea ſuis hoſtib. ſimplicioribus. Paliciis ſuis Bohemicisq; ꝙ dicitur,auriſcalpiis reſiſtere poſſent. Præterea non tantũ ſequentes hiſtoriæ id cõꝓbant; ſed & Fulg.li.3.c.2 id collocat poſt mortẽ Wenceſl. Ut aũt in hiſt.narratione pergã,[6] Ziſca cum quibusdã ſuorũ,inſtinctu Nicolai Huſſinecci, Pragam veniens,accipere,ꝙ Rex Wenceſl.muliebri timore ex arce Wiſſegradẽſi in Cunradicenſem ꝓfugiſſet,fratreq; Sigiſm.ad opem ferendã per literas vocaſſet, ante tamen à novæ urbis ſenatu precib. impetraſſet,ne Dominicũ corpus ab hæreticis ulterius in pompa circumferendũ ꝑmitteret.[7] Ziſcæ tum maiora audendi cõmodum tempus videri, ſuosq; ut magno quodã impetu vetita facerẽt, hortari, quod quidem mandatũ illi obedientes ſe facturos recipere,& 3. Cal,Augu. in feſto Abdonis in nova urbe è Carme.ad S.Steph.euchariſtiã armati circũferre,ibiq; ſacerdotẽ,cui Ziſca (neſcio qua de cauſa,fortaſſe,ſi tamẽ res ita habet,Dubravius enim lib.24.dubitanter ea de re ſcribit,ꝙ ſorori ipſius vitiũ obtuliſſet) infenſiſſimus erat nec ante,quã tum deprehendere poterat,ędib.ſacerdotalib. expugnatis occidere Tum ſenatores inviſere,& intra 13.& 14.(id quod ſecundũ rationem horæ integrę Bohemi[illegible]ſitatæ erat admodũ mane) ipſorum 13.una cum civitatis iudice partim vivos de curia præcipitare,quos ii,qui infra ſtabant,ſuis venabulis,furcis fœnariis, ſimilibusq; telis excipientes,plane occidere. Horrendum hunc deplorandumque tumultum regni camerarius ſedare volens,trecentis equitib.ex arce erũpere, ſed urbem omnem commotã tantamq; plebis multitudinem,ſeq; ei impatem videns, rurſum ſe,plebe libidini ſuæ relicta,retro in arcem ſubducere. Ibi autem quisquis alterum odio ꝓſequebatur, quocunq; poterat modo adoriri,ita ut plurimus ſanguis ibi effunderetur,[8] Poſt ero die,qui erat prid.cal. Aug.ſeditioſa illa turba confluere,in monaſterium *Sderad*,irruere,quæcũq; poterat, abligurire,præcipue vero monachorum vinum vetusq; cereviſia palato ipſorum arridere, ideoq; illi quaſi Encænia ſive annua feſta celebrare. Tum ſupra molæ propugnacula permultæ lignorum rates advenerant,in quibus usq; ad alterum latus perveniri poterat, quo viſo plebs,in Carthuſienſium ædem irruere,quæ trans Augeſtum ſita erat, ad eam quę D.virgini dicata fuerat,ubi monachos captivos ducere,graviter pulſare,tandem tamen captivos in veteris urbis curiam magna contumelia deducere, ſiquidem ipſis ſpinea ſerta impoſuerant,ubi aũt in pontem perveniſſent, quidã in præterfluentem abiiciendos velle cæteri obſtare,tantisp,dum de eo inter ſe ipſi confligerent,ita ut multi vulnerati,duoq; in ponte mortui iacuerint. Huius tumultus culpam maiori ex parte Ioanni Bradatio, veteris urbis cõſuli, Hagecus imputat. [9] Coriarium quoq; quendã,nomine Marciccum,novę urbis incolam,ſumta veſte ſacerdotali,& calice,miros luſus monachis exhibuiſſe, quem ideo ſenatus in carcerem miſſum,etiã invito illo Conſule,noctu capite plectendum curarit. Hunc Hageců Monachi divinitus è carcere ereptum eſſe ſcribunt:ego vero fabulã hanc à ſenatu,qua ſe apud populum excuſare,monachosq; vivos conſervare poſſet,cõfictã eſſe potius crediderim.

Pragam venit. *tumultum excitat.* *Regni camerarius.* *Plebs duo monaſteria diripit.* *Marciccus coriarius cur capite plexus.* *Fabula.*

Caput.XXX.

1 De prima duorum iſtorũ Monaſteriorũ exſtructione.2.Wratislaus apoplexia moritur.3.defuncti corpus diu inſepultũ.

De prima horũ duorum monaſteriorum exſtructione.

DE prima horum monaſteriorum exſtructione hęc reperio: Wratislaus primus Bohemorum rex in Conradum,Marchionem Moravorum,expeditionẽ movens,Brinnæque caſtrametatus,quemq; Deſpotã eo, quo volebat,loco collocare. Iã vero Regi filius ſuus Dux Brzetislaus aſtare,quo Deſpota *Sderad* viſo,regi innuere,ac dicere: *Ad flumẽ,inclyte Rex,filio tuo locũ des oportet,ſiquidẽ in flumine lavari gaudet.* Verum hoc ideo dixerat,quoniã anno 1087.non procul à Lupfurdo in Albi lotus,à Miſnicis obrutus plurimis ſuorum amiſſis, ipſe quoq; vulnus acceperat. Quo Ducis Brzetislai hoc audientis cor ira cumulari, præſente tamen parente ſilere:in tentorium aũt ſuum perveniens,ira percitus nec cibum capere,nec bibere velle: Conſilio tamen Deſpotam Sderad ad privatum colloquium,ad ſe evocãdum,atq; abadminiſtris ſuis interficiendum curare,ꝙ inde Pragã devectus in ſacellum Petri &Pauli cõdi. Paulo poſt defuncti Sderadi filius Ladislaus ſomnio ſtimulatus videre,ſe à patre rogari,ut ipſum tegeret. Id ſomnium eccleſiaſtæ ſuo indicare, qui id ita interpretari, ut eo in loco,in quo pater conditus eſſet, monaſterium

Digitized by Google

Monasterium Sderad.

sterium exstrueret, id quod bonus ille Despota pro simplicitate sua facere, Sderãque à parente suo denominare.

Carthusianum monasterium.

Carthusianum autem monasterium Rex Ioannes Cæcus, Car IV. Imp. parens sub monte *Prtezin* sponte sua condere. Ambo hæc monasteria seditiosi nõ modo diripere, sed & omnino exurere, nimirũ indignũ esse eiusmodi stabulũ, in quo monachi, diaboli porci altiles, saginarentur, quod maneret, nec destrueretur.

Wenceslaus Rex furore percitus.

[2] Wenceslaus Rex monasteria à Pragensibus ita divexari cognito, iraq; atq; terrore usq; eo commoveri, ut insanire omnib. & furere videretur, semper fratris sui, Imp. Sigism. desiderio flagrare, & ita obstupescere atq; perplexus esse, ut promum condum suum (saltem dicentem: *atqui ego iam pridem ista sic eventura somnio stimulatus vidi*) coma arreptum in terram prosterneret, eumq;, nisi ab adstantibus prohibitus fuisset, certe pugione interfecisset. [3] Ubi statim apoplexia corripi, ita ut 17. Cal. Septẽb. anni 1418. (quanquam aliis multis, licet perperam, annumq; & diem immutantibus) circa vesperam magno cum fremitu atq; rugitu in arce *Cunradicce* anni ætatis suæ 55. diem suum obierit. Imperium tenuit annos 23. abs quo tamen ob ignaviam, somnolentiam, socordiam, aliaque multa vitia anno 1400. remotus fuit. In Bohemia à parentis sui morte 41. annos imperavit: Omnes scriptores ipsum reprehendunt, secundum Sardanapalum, Margitẽ, aut Thersiten esse asserentes. Bis in carcerem compactus fuit, primum Pragæ, in veteris urbis curia: secundum 6. Id. Feb. anni 1402. in Monasterio Aulæ Regiæ prope Beronam captus, atq; inde Pragam devectus, in turrim coniectus, deinde Crumloviam quæ quondã Despotæ *Guntheri Rosamontani*, ac deniq; Viennam ubi decem menses, (aut iuxta alios 6.) captivus detentus fuit, ope tamen cuiusdam piscatoris, nomine Ioannis Grundelii, quod Hagecus vult, aut sacerdotis, secundum Cuthenũ, aut Cruciatæ cuiusdam, qui (aliis id referentibus) postmodum in Manodin ecclesiastes factus est, è custodia evasit. Ioannis, Ducis Lusatiæ, & Procopii, Marchionis Moraviæ ope liberatum esse, Dresserus prodidit. Ubi tamen sciendum est, Principes hosce magnis copiis Pragam, arcem Wenceslai, in qua Wenceslaus in Camera quadam, quę est in alba turri, supra illam portã, quæ in arcem deducit, ad sinistrã, captivus detinebatur, obsessum advenisse. Cognito aũt eum ad Despotam Heinricum Rosæmontanum in arcem Pribeniciam abductum, celerrime insequutos, & quoniam in oppidum Crumloviam perductus erat, urbem eam vi obsidere, regemq; Wenceslaum liberum habere voluisse, quem Crumlovienses in Austriam ablegare, Principesq; proinde ad Budovicium castrametari, quam urbem cum Despota Heinricus Rosęmontanus, copiis subito coactis, obsidione liberare vellet, atq; inter Budovicium & Wodinam castra poneret, urbe Wodina capta & arce Cunckelvvitia solo ęquata ante quam in hostium cõspectum aciem educeret, illi ditione illa excedere, anno 1394.

diu insepultus iacuit.

[4] Rex Wenceslaus à morte sua absq; pompa (namq; seditiosę plebis causa nihil geri potuit) Reginæ Sophię, Bavaricę, iussu primum in sacellum D. Wenceslai abditus, deinde in monasterium Aulæ Regiæ, in quo vivus sibi sepulchrum statuerat, missus, ubi sine pompa sepultus est: quia tamen monasterium istud, ut dicetur, postea destructum fuit, piscator quidam Muscha nomine, acceptum in suo tugurio clam abdidit, donec finito bello quæreretur, cum piscator protractũ Cęsari Sigism. reddidit, atq; ab eo 20. ducatos honorariũ accepit, tũ solennibus ceremoniis sepultus est. Integros annos 18. à morte sua eiusmodi turbæ in Bohemia gliscere [ut diceres, qui peccare potest, peccet. *audentes fortuna iuvat*] atq; omnia susq; deq; ferri, id quod fieri solet, ubi nulla obedientia est, ibi populi intereũt, & regna, veluti corpus absq; anima, dispereũt.

Caput XXXI.

[1] Plebs Pragensis monasteria eorumq; reditus vexat. [2] Zisca quot monasteria vastarit. [3] Dux militũ electus, [4] eius ad Tustaos literæ. [5] cũ suis Pragã tendit. [6] advenit. [7] Slovacensiũ monasteriũ ([10] alias Emaus dictum) quidni dirutum. [8] de eius exstructione. [9] Papæ Gregorii edictum, quo Ducem Wratislaum sacra vernacula lingua celebrare prohibet.

Plebs Pragensis monasteria eorumq; reditus vexat.

POstquã Regis mors Pragæ percrebuisset, insana plebs animos resumere, atq; in omnia tẽpla, ædes sacerdotales, monasteria discurrere, 16. Ca. Sep. quęcũq; deprehẽdit, publicare, sacrificos monachosq; in fugã cõiicere, in tẽplis imagines deturbare lapideas in parietib. id q, etiãnũ hodie videre est cõfringere hastisq; cõminuere, oculos ipsis eruere, naso auribusq; eas truncare, organa musica cõfringere,

Digitized by Google

imagines,ut & magnas illas parietibus affixas tabulas cœno asspergere. Hæc omnia fratris Ziscæ iussu fieri.

Bohemia tum temporis augustissimis monasteriis templisq; referta esse, ita ut Sylvius,nullum in tota Europa,tam frequentibus,augustis,opulentisq; monasteriis Bohemiæ regno comparari posse scribat. Hinc casulas,stolas &c.seditiosis interulas,caligas,aut pulchra vexilla præbuisse, Pontificii graviter conquesti esse, Monasteriorum thesauri,ut aurea & argentea idola,imagines cruci affixæ,hierothecæ, sive S. eucharistiæ receptacula, calices,pacificalia,omnibus esse præda,reliquus ornatus preciosissimus distrahi,ut nemo,quorsum pervenerit, scire potuerit. [2] A Zisca suisq; asseclis quingenta plus minus monasteria templaq; vastata esse,Ioannes Aventinus 7.Bavaricæ historiæ suæ libro de Concilio Constantiensi:à Thaboritis religionem gladio vindicatam,calceosq; Chrismate iniunctos Sebastianus Francus in Chron.Hæret.Rom.lit.O,scribit.

Zisca quot monasteria vastarit.

Civitatibus Pissecio & Modina audita Pragensium orsa perplacere,cunctosq; sub una è suis oppidis exterminare. Præcipue vero 13. cal. Septemb.sub vesperam Pissecii Monachos suos,Dominicani ordinis,obruere, atq; ad Missam sacramq; eucharistiam sub utraq; specie celebrādam adigere velle,quod recusantes ad unū omnes interficere,monasteriumq; exurere,atq; vastare. Ad summā, regio omnis seditionibus referta esse, sic ut regem à lixa discernere vix posses. [3] Pragensium civitatibus aliisq; oppidis numerosus populus in amplissimam arcem, à Bohemis etiamnum *Crizky* dictam,nec longe à Ladoa,inter Pragam & Benischoviā, sitam congregari,ubi præsentibus quibusdā sacerdotibus Magistrisq; Pragēsibus inprimis M. Wenceslao Coranda, ecclesiaste Pelsinensi,M.Iacobello,M.Cardinali,& Matthia Toczeniccio publicis precib.habitis sacrā cœnā sub utraq; specie distribuēda curare,[3] Ziscamq; Ducē eligere. A Matthia Toczeniccio mensæ tabulam tribus vacuis doliis cerevisiariis impositā,in eaq; absq; omni ornatu Missam celebratā,cunctisq;,promiscue sacrā cœnā distributā fuisse,Hagecus scribit.[4] Equidē Ziscæ epistolā,quam eo anno ad Tustæos scripsit,adeptus sum,quæ quidē una cū Bohemico quodā hymno,Thaboritis tum usitato,anno 1541.in curia reperta fuit, sic aūt sonat: *Fortissimo Duci totiq; civitati Tustææ,fratrib. mihi carissimis. Ut Deo opt.max. clementer annuente,ad pristinā dilectionē redeatis,bonaq; opera praestetis, Deus opt.max.faxit. Ut in timore Dei,ceu filii ipsi dilectissimi,constantes persistatis, neq; vel ab ipso castigati punitiq; vosmet merore conficiatis,per Deum opt.max.vos oro. In fidei nostra operarios,tū vero summā Germanorum malitiam, quam iam experimini, propter Iesum Christū Dominū nostrum, respicite. Maiorum vestrorū veterum Bohemorū non Dei opt.max.tantū,sed & sua ipsorū causa,crura sua ocreis tegentium exemplo illis firmi resistite. Nos aūt fratres dilecti, respicimus in legē divinā atq; in rempublicam, ideoq; multo maiorē diligentiā adhibere tenemur,ita ut, qui vel cultrū manu tenere,lapidem attollere,aut vectem gestare potest,exsurgat. Proinde vobis notum facio,fratres dilecti,copias in divina veritatis hostes, Bohemicaq; gentis eversores, ubiq; simul & undiq; à me colligi,vosq; à me obnixe rogari,ut ecclesiasten vestrum,qui populū in omnib.& singulis concionib.ad legitimū bellum contra AntiChristū, excitet, admoneatis;utq; tum iuvenes, tum provectiores semper parati sint. Volo etiā,ut cū ad vos pervenero,panem,cerevisiā, victūq; & pastū nobis suppeditetis,vobisq; de idoneis armis prospiciatis. Nō adversus externos modo,sed & adversus intestinos hostes belligerandi tempus adest. Prioris vestri conflictus, quo pauci cum multis,minores cum maioribus,inermes cū armatis conflixistis,memores este. Dei opt.max. manus necdum decurtata est: ideoq; este bono animo, este in armis, este parati. Deus opt.max. vos cōfirmet. Datum Worlicia Feria 6.post nativitatis Maria,anno 1418.*

Dux militum electus.

eius ad Tustaos litera.

Ioannes Zisca,à Colice, divina spe, Dux Thaboritarum.

[5] Zisca Dux electus die Michaelis suos secum Pragā ire iubere, id quod ipsi studiose facere,eucharisticam hostiam ligneo receptaculo includētes 4000.numero pergere [6] sub vesperam facibus, stramineis manipulis, pineisq; schidiis accensis, Pragam adventare,monasterium D.Ambrosii, ex quo Pragenses non ita nuper Monachos eiecerant,occupare,quæcunq;reperiebantur absumere.Mane Pragēses urbes ipsis multo commeatu misso cum ipsis transigere,ut arces Wissegradensis & Wenceslai destruerentur,nec ullo unquam tempore Rex reciperetur : at quidam pacis amantes intercedere,neq; id concedere velle.Zisca,ad quem plebs velut apes,advolabat,indies copias suas augere, atq; ita instructiores reddere, cū quadā copiarū parte Pelsinam cōcedere,ubi Sylvio c.38. teste multos eandem re-

Zisca cum suis Pragam tendit.

advenit.

Digitized by Google

ligionē profitētes reperire,quorũ ope Despotæ Bohuslao Cygnomōtano (vulgo Schuãberg.) variis excursionib.suis multa mala inferre, illatisq; se Pelsinã recipere. Thaboritæ interim Hussitæq; arces obsidere,easq; à se omnino devastatum iri putare, verum de prudentum quorundam consilio, inter Pragenses, eosque qui arces tenebant,induciæ usq; ad D.Georgii sequentis 1419.anni factæ. [7] Desertis igitur arcibus Monasterium D.Hieronymi,ad S.Slovanum dictum, invisere velle; Abbas vero Paulus,cum fratribus suis,solenni sacrorum pompa ipsis obviam procedere,ante ipsos in terram procumbere, utq; monasterio parcerent,orare,se sub utraq; specie sacramentum altaris distribuere promtum esse. Quo dicto illi,ut hoc quamprimum faceret, promissumq; suum re ipsa exsolveret, postulare, cui Abbas annuere,& 20.Thaboritis,qui cũ arcubus,Scorpiis catapultisve suis, quin & hastis clavisq; accedebant,eius sumendi copiam facere. Eo medio Slovacensium monasterium in hunc usq; diem integrum mansit.

Slovacensium monasterium quidni dirutũ.

De eius exstructione.

[8] De extructione huius monasterii hæc in historiis reperi: Carolus IV. Imperator anno 1348.novam urbem Pragensem die Marci,qui fuit 3.Cal. Iunii, auspicatus pulchris elegantibusq; ædificiis templisq; & monasteriis eam sibi exornandam cogitare; inprimis igitur in ea iuxta sacellum D.D.Cosmæ & Damiani,monasterium Hieronymi nomine exstruendum curare,in idque Slavonicos sacerdotes ordinis D.Benedicti assumere. Hi à Papa,orante pro ipsis Carolo,ut sacra vernacula sibi lingua facerent,impetrare,quemadmodum Slovanēsibus semper & omnibus in locis suis id concessum fuit,cui quidem rei argumento est, quod hisce Monachis diploma illud,quod Alexander Magnus fidissimis suis militibus, Slovacis, dederat,traditum est. Huius diplomatis verba omnia recenset Hagecus, suntq; à compendiario quodam historiæ Bohemicæ scriptore iuri ipsorum municipali addita,adeoq; repetita,præterea Latinis verbis monasterii quod diximus, atq; alias *Emaus* dicitur,parieti inscripta, ideoq; eorũ repetitio hoc loco minus est necessaria. A Papa sane Carolo id concessum esse, quod nullus unquam Papa ulli genti concessit,summopere miror. Bohemi quoq; Wratislai tempore anno Christi 1079.id petierunt; nihil tamen impetrarunt. Hanc Papæ responsionem (quia causas,cur sacra vernacula lingua celebranda peragendaq; non sint, indicat) lectori perpendendam huc asscribam:

Papa Gregorii edictum quo Wratislaum Ducem sacra vernacula lingua celebrare vetat.

[9] *Gregorius Episcopus,servus servorum Dei,Wratislao Bohemiæ Duci salutem & apostolicam benedictionem. Vt sacra apud vos Slavonica lingua vestro more peragantur, hoc quoq; inter alia. A.C.T. à nobis petit. Nos hac in parte tibi,fili dilecte,nullo modo gratificari posse noveris. Nam postea quam S.literas sæpius perpendimus,eas arcano secretove servari custodiriq;,nec abs quivis,inprimus autem simplicioribus,hinc inde disiici, Deo opt. max. placuisse reperimus. Ita publice enim evidenterque ab omnibus cantataq; & audita,fortasse vilescet fastidiumq; pariet: aut à simplicioribus non recte intellecta acceptaque,frequenti auditione,consideratione,sinistraque interpretatione,tandem forte tetri errores in vulgus irrepent,qui deinceps ex hominum cordibus vix ægre evelli poterũt. Nullus hic erit huic prætextui locus,quod nimirum ecclesiastici simplici candidoque populo in prima ecclesia hac in parte multa concesserint. Sed multa inde mala atque hæretica exorta sunt,quæ quidem postea (Christiano ordine decoroq; obtinente, Christianaque ecclesia confirmata,perspectoque ex hac huius indulgentiæ concessionisque radice hæreses hasce exortas esse,)magno labore omittenda fuerunt. Quod itaque à populo tuo minus considerate petitur, non acceptatur. Nos enim,ut huic meræ curiositati omnibus modis obstes,Dei & D.Petri virtute sive autoritate potestateque prohibemus,teque per Dei opt max gloriam hortamur,atque iubemus, Datum Romæ anno 1079.*

Emaus, monasterium.

[10] Monasterium illud,quod ante diximus,in nova urbe Praga situ est non longe ab aula Carolina, & alias dicitur *Emaus*,mire pulchrum habens ambitum sive circuitum. In templo quoque quod diximus,iacet magna,illa catapulta, qua Pragenses arcem Carolinam oppugnarunt,quia vero resoluta,&,quod à ratione non est alienum,de ea aliquid ademptum:nec quisquam,qui eam rursum compingere valuerit,repertus est. Qua est ingressus in templum,super aquæ lustralis aheno,hæc scripta legere est; *Hæc ecclesia monasterii Slovanensis catholicorum sub utraque*(hæc verba quadantenus deleta sive obliterata sunt,) *una cum Cæmeterio,vitiata quondam hæreticorum pravitate, & aliis multis sceleribus,omnibus fere catholicis notissimis:igitur gratioso indultu plenaque sibi licentia data à Reverendissimo & Illustrissimo Principe ac Domino, Domino Speciano, Episcopo Gemonensi*

nensi

Reverendissimo consecratæ, publice ac solenniter reconciliata, idq; Dominica Reminiscere, Anno 1594. die 14. Martii. Postridie Paschatis aliquot millia hominum de veteri more è tribus Pragensium urbibus in hoc monasterium ut & sequenti die in S. C. M. vivarium uros spectatum exire solent.

CAPUT XXXII.

[1] *Quidam Despotæ se Ziscæ coniungunt.* [2] *copiæ hostiles in ipsum missæ.* [3] *ipsi grave periculum imminet.* [4] *ipsius stratagema.* [5] *Hussitæ Budissinam frustra obsident.* [6] *& Pragenses arcem Wissegradensem.* [7] *Pragensium atq; regiorum militum conflictus.* [8] *monasterium B. virgini sacrum, eversum.*

UT autem ad fratrem Ziscam redeam, post agros vehementer divexatos, in oppido Pilsena commorantem, tandem Despotæ *Brenco Suihovius*, *Ioannes Walconus de Aquila*, aliiq; plures convenire. Hi quosdam cives Hussii doctrinæ adversantes expellere, monachos fugare, (Hageco teste) cœnobiorum κειμήλια (Wenceslao Coranda, harum actionum quasi autore, aut duce) rapere, atq; abire, mense Ianuario anni 1419, in oppido tamen valido præsidio relicto. [2] Interim Despota Bohuslaus Cygnomontanus (vulgo *Schuanbergensis*) Duxq; Sophia, copias colligere, in Ziscæ conspectum prodire, ad certamen ipsum provocare, [3] bisque ipsum ita cingere, ut fere, nisi stratagemate usus fuisset, ab ipsis captus fuisset. Primum enim cinctus equitatu, cœnosum in locum, in quo ab equitibus nullo malo affici poterat, se conferre, atque ita ex ipsorum manibus elabi. Sed ne sic quidem diu consistere posse, sed denuo cinctus nullam opportunitatem habere, nisi saxosum petrosum, magnis fruticibus consitum locum: hunc igitur occupare, recte cogitans hostes plerosq; omnes equites, pedibus certamen inire oportere: id quod & factū. Cum ocreati calcaribusq; pedes armati equites desilientes exiguā illā Ziscæ vim facile à se repressum iri sperarent: [4] quo viso Zisca Thaboritidas viris suis adhærentes pepla sua abiicere iubere, id q, eæ (per sese alioqui præ timore terroreq; comam quæq; suam evellere promtæ) obsequentes præstare, quibus hostes ita irretiri, ut irruentem hostem propulsare non possent; sed turpiter cæsi locum deserere cogerentur. Peplorum autem eam ad rem necessariorum multitudinem lector ne miretur, Nam & hodie vere Bohemicarum mulierum capita peplis ita obvoluta sunt, ut vix sclopeti glande plumbea capita earum traiicere valeas. Hæ vero copiæ, viso eum ipsorum manus omnino effugisse, Pilsenam accedere, suam in ea urbe salutem quæsitum, à civibus mox intromitti, qui & Ziscæ asseclas, quod ipsorum monasteria diripuissēt, cives fixam sedem habentes expulissēt, occidere, Ille vero tam dolosè vafreq; illinc elapsus (quantum equidem videre possum, & in quod multi scriptores consentiunt) in montem *Thabor*, de quo dictum, venire oppidumque condere.

Quidam Despotæ Ziscæ se coniungunt.

Copiæ hostiles in Ziscam missæ.

Ziscæ grave periculum imminet.

Stratagema Ziscæ.

[5] Interea qui cum Nicolao Hussineccio erant, in Lusatiam irrumpere, Budissinam omni vi obsidere, pistrinumq; cum suburbiis exurere, urbem frequētibus incursionibus adoriri, semper tamen fortiter repelli, eoq; adigi, ut urbe relicta, Pragam redirent. [6] Nec vero Pragenses feriari, verum induciarum tempore elapso arcem Wissegradensem ad novam urbem obsidere. Sophia Regina, una cum Cenccone Speculęmontano, Burggravio, regnum gubernans, Imp. Sigism. auxilium latū orare: Sed is periculoso infeliciq; bello Turcico impeditus afflictæ viduæ nullam opem ferre posse, ipsam tamen ad regnum ipsi legitimo hæredi pro sua prudētia sapiente consilio conservandum diligenter adhortari. Quod facere prudens heroina omni studio satagēs regiis thesauris summa necessitate sumtis copias colligere, minorem urbem, quæ arci Wēceslai adiacet, munire, ponti portas ligneasque turres, ne illac veteris urbis incolis transitus esset, adiicere. Contra vero Pragenses suæ religionis socios convocare, qui non cunctari, sed confestim Pragā tendere, & prid. Non. Novemb. feliciter adventare, quibus ex adverso, qui reginæ nomen dederant, sese armati ostentare, id quod Thaboritæ Hussitæq;, (qui ita dicebantur) flocci facere, [7] copias suas in ipsos educere, atque ita cum ipsis confligere, ut nihil supra. Circa 23. horam Thaboritæ prope Ducis Sax. domum atq; pontem, minorem urbem valide aggredi, qui sub Regina militabant, fortiter ipsis resistere,

Hussitæ Budissinam obsident.

Et Pragenses arcem Vissegradensem.

Pragensium atque regiorum militum conflictus.

Digitized by Google

Tumultus tamen iste tanto cum clamore totam noctem durare, ut omnia cuilibet corruitura viderentur. Regina Sophia ingenti metu perculsa ex arce Wenceslai profugere, vixq; ope Despotę Rosæmontani effugere. Plateæ cæsis refertæ, nonnullæ ædes incensæ, Thaboritæ minorem urbem expugnatam devicerant, quod autem principe destituerentur, luce ingruente ea excedere. Postridie à prandio Thaboritæ civitatesq; Pragenses omnes convenire, consultare, correptisq; armis minorem urbem denuo adoriri, in quo conflictu utrinq; multi interire: tandem tamen Reginæ milites repulsi cedere, seq; in arcem referre, turres quoq; de ponte in præterfluentem proiici, portæ removeri, multæ magnificæ domus una cum curia funditus exuri, [8] monasterium quoq; B. virgini dicatum, ponti vicinum, tum quoq; D. Thomæ consecratum, in hoc tumultu quoq; destrui & everti.

Monasterium B. virgini sacrum, eversum.

Caput XXXIII.

[1] Pragenses multa monasteria oppugnant & destruunt. [2] Sigismundus Imp. comitia Brinnæ indicit. [3] Pragenses legatos eo mittunt. [4] Imp. Pragensibus venia data quædam iniungit. [5] Pragenses Imperatori obtemperant. [6] quidam Despota cum Hussitis confligunt. [7] Imp. ad Pragenses dat literas. [8] Pontificii sæviunt in Hussitas. [9] Cædes maxima in motibus Cuthenis facta. [10] Thaboritæ Auscam oppugnant & exurunt.

Pragenses multa monasteria oppugnant & destruunt.

PRagenses tam insigni victoria domi potiti, Monachos passim visitatum excurrere, primoq; monasterium Mariæ Magdalenæ in Agezo iuxta Pragam tum & Plassense, in quo Monachi Cistertienses, valde opulentum exurere. Quantum quamq; instructū fuerit hoc monasterium, è veterib. ædificiis videre est: hodie n. vix dimidia ex parte instauratum est; miliare Cralovicio distat, cum Wilā iter est. Thaboritæ & Pragenses his ita gestis reverti, Pragam venire, in monasteria veteris novęq; urbis irrumpere, S. Clementis, Dominic. S. Franc. Fratrū minorū, S. Ambrosii, Francisc. sive discalceatorum. D. Benedicti, Fratrū crucis, D. Catha. Augustinianorum Eremitarū ordinis, ad D. Ambrosii, sub Wissegradēsi, Pragæ ultra rivum Boticzsch D. Car. in aula Carolina Pragæ, Ditiorū civiū Pontificiorū tabernas, arcas, capsasq; effringere, quæ placebant, auferre, atq; discedere. Proinde omnes, qui sub una specie S. eucharistiam sumere soliti erant, partim noctu, partim interdiu Praga cum coniugibus liberis & omnibusq; bonis mobilibus abire:

Sigismundus Imp. Comitia Brinnæ indicit

[2] Quo Sigism. Imp, accurate cognito, ingenti terrore percelli, nec quomodo rebus hisce consuleret, videre: tandem tamen de bonorum prudentiumq; cōsilio Brinnæ Comitia indicere, ad omnes Equites, consiliarios atque officium publicum gerentes, literas dare, quibus ut omnes sese Brinnæ 15. Decemb. anni 1419 sisterent, postulare, ad quæ Comitia & Regina Sophia quodā Wenceslai Regis cōiux cum Romano quodā Legato, & aliquot Hungaricis episcopis venire. [3] Pragēses quoq; legatos magnæ autoritatis eo mittere, qui die Ioannis Evangelistæ splēdide, tubicinibus præcedentib. Brinnā ingredi, quos ingredientes Imp. ipse de fenestra spectare eosq; in Despotę Nigromontani domū deducendos curare: Mane Pragenses ecclesiastæ Missam in hypocausto celebrare, Sacramentū altaris omnibus petentibus communicare. Hinc urbis Prælati ad ipsos mittere, qui ipsos ab hac re abstinere atq; cessare iuberent. Tertio die Legati Pragenses ab Imp. publice audiri, qui copiosam orationem auspicantes, primum veniā petere, tum ut A. I. M. ut ipsorum Rex, hæreditariusq; Dominus, in suū regnū venire, id occupare, clementissimusq; ipsorū Domin⁹ atq; Rex esse vellet. Suppliciter etiā Religionis libertatē petere, ut nempe sacrā cœnā ex institutione Christi sublatis traditionib. humanis celebrare possent, utq; religiosi, qui inter ipsos essent, nulla mūdana politicave potestate pollerēt. Hussii quoq; honestissimā mentionem facere. publica fide munitum male condemnatū esse, imo teq; sua plus gratiæ apud Deū ipso D. Apostolo Petro meruisse. Ad quæ subridens Imp. dicere: *Carissimi Bohemi, mittite hæc: nullum hic Concilium constantiæ ista vobis dicēda fuerant. Quia vero petitis, ut regnum occupem, faciam, mētemq; meā vobis scripto, explicabo.* [4] Scripti huius argumentum erat: Omnia peccata ipsis à se condonari, nec se eorum unquam iniquiore animo memorē esse velle, modo ipsum Regem suum Dominumque agnoscant, omnes catenas, columnas

Pragenses legatos Brinnam ad Comitia mittunt.

Imp. Pragensibus venia data quædam iniungit.

mnas saxeas,cataractas,sive clathros pensiles,repagula ex urbe in arcem deferāt, vallaq; & propugnacula è regione arcis Wenceslai post ipsius obitum ab ipsis extructa,diruant,omnes præfectos,quos iureiurando obstrictos in præsidia arcesq; collocarint,hoc iuramenti vinculo liberatos removeāt, suos admittant, inprimis vero in arce Carolina loco Ianeci Milicini,qui alias *Sadlo* dicitur,Sdeslaū Tluxæū Burczeniccium,præsulem arcis acceptent. Ubi igitur in hisce ipsi obsequuti fuerint,se venturum,ceu patrē patriæ ipsis præfuturum,totumq; regnū,omni modo, ut pater ipsius Ca.IV.fel.mem.administrarit,nec ullo alio modo,administraturū.

Pragenses Imperatori obtemperant.

[5] Simul atq; Legati seq.1420.annò domū redierunt,reiq; gestæ rationem literasq; reddiderunt,omnes convocari,literæ publice legi,cippi in plateis effodi,in arcem deferri,Cæsariq; in omnib.obsequium præstari,senatusq; tumultu isto depulsus, iterum iura dare.Thaboritæ aliiq; Hussitæ,hoc iniquissimo animo ferre,omnesq; Praga exire,pars ad Ziscam,Thabor ædificantem,pars ad Nicol.Hussineccīū Sudomircii commorantem.[6] Verum Petrus Stellæmōtanus (vulgo *Sternbergius*) ordinis Rhodiorum Straconicii,& Ptacickius Rattaius, Ioann.Suidniczk.Despota Coldiccius,una cū iuniore Michaleonis à mōte Michaele (vulgo Michelsberga & Wencesl.Donniskius ad piscinam vel lacum quendam usq; ad solis occasum, acerrime cum ipsis dimicare, Hussitarum Duces erant Despota Brzenco Suihovius,qui cum multis suis ibidē occubuit,Despota Shualus Meccovius,alio nomine *Rzepicce* dictus,cum fratre suo *Cuna*.Ziscam quoq; in eo prælio fuisse,ac vix ęgre evasisse,hostibus tamē victoriam cedere coactum fuisse,Hagecus falso scribit: alii vero,quibus Lupacius in sua chronologia de 8.Cal.Apri.assentitur,victoriam penes Thaboritas mansisse scribunt,id quod & probabilius est.Ab hac n.pugna,ante Cæsaris adventum nemo Thaboritas invadere ausus est.[7] Imp.cognito Thaboritarum discessu,promptoq; Pragens.obsequio,ab auspicio novi anni ad Pragens. ad Burggraviū omnesq; Pręfectos literas dare,eosq; obedientię nomine laudare, atq; commendare,ipsisq; tandem,ne Wiclephitis atq; Thaboritis quicquam cōcederent;sed eos compescerent,atq; si possent (nisi omnem ditionem vastatā vellent) funditus exstirparent,severe præcipere.[8] Quo scripto Romanenses accensi crudelissime in Hussitas sævire; ubicunq; deprehensos capere,vendereq;,idiotam 1.ecclesiasticum 5.florenis,hosq; exquisitissimis cruciatibus vexare. Eædem literę ad superiorem pugnam non tantum ansam dare: sed etiam in montib. Cuthenis, sive Cuthnis,5.Id.Ian.eiusdē anni teterrimæ maximæq; cædis causa exstare.[9] Pōtificii namq; mane ante lucē Hussit.obruere,capere,partim occidere partim,pręsertim aūt Thaboritas,in fodinas metallicas cōiicere. In hoc tumultu,reverendus clarissimusq; & doctissimus dominus M.Ioan.Godecus Gurimēsis,eruditissimus, moderatissimus prudentissimusq; vir,cum suis collegis seu Diaconis,Mart. Iacobo,Leonh.præcipue periere,qui omnes implacabiliq; & acerbo adversariorum odio propter Christianam doctrinā vitam suam profuderunt.Quod Zisca edoctos fratribus suis Thaboritis,indicare,qui ira effervescentes eius vindictam à se susceptum,nulliq; sacrifico pontificio parsum iri,sanctè deierare.[10] Indesinenter etiam à vicinis suis oppidi Ausciæ Secemoviæ incolis,ne forte,nihil mali suspicātes,fraude aliqua ab ipsis peterentur,sibi metuere. Hostem ergo prævenire cogitantes, in Bacchanalibus exsurgere,noctu ad urbem proficisci,circa aurorā invadere, conscendere,cives hilares lætosq; reperire,quorū quidā ebrii iacere,quidam choreis indulgere.quidam cantare,quidā saltare,cæteri vero ex crapula dormitare. Hinc præcipuos occidere,cæteros ecclesiasticos & politicos captivos ducere,seq; in civium bona immittere,genio indulgere,usq; ad Cal.April.quæ erant *Dominica Palmarum*,ubi totam urbem exurere,soloq; æquare.

Despota quidā cum Hussitis confligunt.

Imperator ad Pragenses dat literas.

Pontificii in Hussitas sæviunt.

Cædes maxima in montibus Cuthenis facta

Thaboritæ Ausceam oppugnāt, & exurunt.

CAPUT XXXIV.

[1] Imp.in Silesiam adveniens 12.seditionis autores capite plectendos curat.[2] Ioannes Crasa, civis Pragensis,religionis ergo exuritur.[3] Martinus V.Papa crucem decernit contra Bohemos.[4] id quod Bohemi subodorati Cæsari plane cōfidere nolunt.[5] Ioan. Præmonstratensis, commēdatis Wiclepho & Hussio, Imperatorem insectatur,[6] Pragenses quoq; cum cæteris ordinibus in Imp. conspirant.[7] Zisca Cæsarianos iterum obruit.[8] Georgius Podiebradius sive Cunstadius in hunc mundum natus.[9] Hussitæ Sedlitium expugnant.[10] mira & funesta sex militum concertatio & dimicatio.[11] Monasterium Milviscoviense oppugnatur & expugnatur.[12] Imp. orthodoxos ex

Digitized by Google

arce Wenceslai eiiciendos curat. [13] *Pragenses Imperatori obstare volunt, quo minus arci res ad victum necessarias sufficiat.* [14] *Cenconis Speculismontani (vulgo Wartenbergici) dolus.* [15] *qua pœna à Pragensibus punitus.*

Sigismundus Imp. in Silesiâ advenit.

INterea dum hæc in Bohemia ita geruntur, Imp. Sigism. 8. Id. Febr. Uratislaviam cum magna multitudine adventare, quem tota civitas honorifice excipere, ipse quoq; in ea aliquandiu commorari, omnia in certum fixumq; ordinem redigere, duodecim cives, seditionis, de qua supra, † autores prid. Non. Martii in foro publico capite plectendos curare.[2] Tum aũt civis quidã Pragensis, *Ioannes Crasa* nomine, Uratislaviç esse, qui utramq; S. cœnæ speçiẽ magno studio defendere, Hussium laudare, quem Concilium contra iura & æquitatem sub fide publica Imper. exusserit. Id quod religiosis innotescere, qui ipsum ideo in carcerem mittendũ, & quod Sigism. scriptorib. omnib. testibus, religiosorum dicti nimium audiens esset, una cum Studioso quodã Pragensi, nomine Nicolao, morti addicendum curare. Iamiam aũt equis ad rogum raptandorum Studiosus metu cruciatuum & ex humana infirmitate agnitam, quamq; antea professus fuerat, fidẽ negare, temporariãq; vitã æternç amissione servare, queãdmodum Ioan. Crasa prid. Id. Mart. eiusdem anni laudatissima constantia sese exuri passus, temporariã hanc vitã cum æterna cõmutare.[3] Præterea vero Martin. V. Papa contra Bohemos velut hæresiarchas obduratos, excæcatos, palpabilibus erroribus pertinaciter inhærẽtes, qui ab orthodoxa ecclesia, ceu ovili Christi, cuius Papa pastor sit, recesserint, crucem decernere, Christianosq; Principes; Despotas, Nobilesq; & plebeios, ut ensibus correptis ipsos vi subigerent, adhortari. Atq; hæc per Ferdinand. Episcop. Lucenensem, nuncium apostolicum, qui tum cum Cæsare erat Uratislaviæ, Dominica *Lætare*, tempore quadragesimali de omnibus suggestib. pulpitisq; prælegenda, adeoque publicanda curare. Ad quæ civitas Uratislaviensis una cum cæteris Silesiis Imperatori magnũ auxilium contra Bohemos præstandum ꝓmittere atq; polliceri.[4] Verum ista clã Bohemis non esse, cunctisq; metus ingens paulatim obrepere: proinde Cæsari, qui fidẽ Hussio publice datam fefellerit, nullo modo fidere: præcipue vero Zisca eum non amplecti. A sacerdotib. vel potius ecclesiastis Pragensibus quoq; ꝓmissis Sigism. nullo pacto innitẽdum esse asserentibus, populus quotidie ad seditionẽ concitari: quo enim erga religionem animo esset, ex suis literis, tum vero ex Hussii morte, facilime apparere.[5] Præcipue vero Ioan. Præmonstratensis eodẽ tempore quadragesimali è D. Ioan. Apocalypsi concionans Ioan. Wiclephum & Hussium laudare, Cæsarem vituperare, eum rufum illud animal esse, de quo D. Ioan. scribit: auditoq; id populo placere, eum animum sumere, ut die Palmarum diceret: *an vero necdum videtis, dilecti Pragenses, quo Cæsar erga nos animo sit? calicis est hostis infensissimus; nos diris devovendos curat: aliterne ipsum vobiscum, atq. cum Vratislaviensibus egit, acturum putatis? quomodo, quæso, iam ante promissis suis stetit? &c.* [6] Plebs hoc audito 3. Non. April. anni 1420. autorib. Ioan. Præmonstratensi cæterisq; sacerdotib. vel potius ecclesiastis, quib. alioqui periculũ immineret, in urbe Praga congregari, cunctos Acad. Magistros vocandos curare, Cæsaris, id unum, ut eos in suam potestatem redigat, sibiq; subiiciat, libertatem ipsorũ opprimat, religionem cum eam defendentib. exstirpet, ditionẽq; omnẽ in extremum periculum adducat, actitantis, insidias aperire. Quib. in medium adductis (quoniam Imper. fides haberi non posset, isq; rempublicã à sese eodẽ plane modo, nec alio, quã quo à parente suo fel. mem. administrata fuisset, administratum iri, literis suis ipse testatum fecisset, eoq; Pontificiis locũ à se datũ. Hussitas aũt qui sub illo non fuerant, exterminatum iri satis superq; docuisset) omni studio, nec solum cum fortunarum, sed & vitç suç periculo contra quẽcunq;, cuiuscunq; sit ordinis atq; dignitatis, ad extremũ usq; cuncta ista ꝓ virili sibi defendẽda uno ore unanimiq; cõsensu decernereq; & constituere, idq;, urbium sacæ, Lanæ, slanæ, Glatoviæ, Tustæ exemplo, quæ iam ante idem fecerant, iureiurando confirmare. Quatuor quoq; militum Duces constituere, duos in veteri & duos in nova urbe, quib. senatus sigillumq; & claves thesauriq; & privilegiorum tradere: utq; rem tanto rectius, melius feliciusq; gererent, quadraginta alios ipsis addere, quibus omnem fidem, obedientiam, constantiam spondere. Quibus gestis ad omnes regni Bohemiæ ordines literas mittere, quibus, propterea quod gravissimus terræ linguæque Bohemicæ

cap. 19. num. 2. Ioannes Crasa, civis Pragensis

religionis ergo exuritur. Martinus V. papa crucem decernit contra Bohemos.

Bohemi id subodorati cæsari plane nolunt confidere.

Ioannes Præmonstratensis Wiclepho & Hussio, laudatis Imperatorem insectatur.

Pragenses quoque cum cæteris ordinibus in Imp conspirãt

micæ hostis sit, quam plane dispendere dies noctesq; meditetur, quemadmodum etiã Marchionatũ Brandenb. regno subducẽs gnaviter cœperit, inq; ipsorum omniũ contemptum summamq; ignominiã M. M. Ioan. Huss. & Hier. Pragensem contra suam ipsius fidem, eamq; publice datam exurendos curans, iam vero doctrinam eorum, quã sua morte confirmarint, delere cogitet, propterea, inquã Sigism. nequaquam recipere Regem; sed se ab ipso defendere suam religionẽ tueri, iniustamq; vim à se repellere se in animum induxisse, plane constituisse, firmiterq; & inviolabiliter decrevisse, significare.

Zisca Cæsarianos iterum obruit.

¶ [7] Nonis Aprilibus frater Zisca cum suis Imp. exercitum iterum ob uere, in oppido Wocicce, cuius antemurale ligneum effringendum, domos incendendas, magnã hostium multitudinẽ occidendã, adjacentemq; arcem oppugnandã, exurendam, soloq; æquandam curare.

Georgius Podiebradius in hunc mundum natus.

[8] Postridie cladis huius imperialis illustrissimus atq; generosissimus Despota Georg. Podiebradius atq; Cunstadius, postea Rex Bohemiæ hora 5. pomeridiana Horaschovicii in hunc mundũ natus est, cuius parẽs Victorinus Cunstadius nomine, illustrissimus & fortissimus heros unà cum Pragensib. euangelium usq; ad vitæ suæ finem defendit. Iisdem Non. April. Thaboritæ, qui novam urbem occuparant, ut Wissegradensibus omnẽ in novam urbem irruendi facultatem eriperent, à Boritio ad Multaviã usq; latã, ꝓfundamq; fossam auspicari. Quod opus ut eo celerius absolverent, una cum coniugibus atq; liberis dies noctesq; fodere: quod præsidiarii milites imperatorii videntes, ridere, ac dicere: *quid agitis? fossis-ne vos ab Imp. separabitis? cone vos defensum iri putatis? o amentes! agriculturam exercendo tempus hoc multo rectius collocare potestis.* Illi plane silere.

Hussitæ Sedelitium expugnant.

[9] Interea Hussitæ Thaboritæq;, qui in regione passim erant, sibi Duces eligere, nempe Nicolaum Hussineccium, Ioan. Ziscam, Suinconẽ Buchovium, & Chualũ Reepiccæum, postridie mane munitam arcẽ Sedeliciã, in qua Ulricus Secema, quondã Ausciæ, (q̃ ipsi etiam vastarant) Despota, residebat, infestis armis adoriri, qua irruptione facta potiti Dominum in terrã prostratum flagellis rusticanis, in modum mergitis frumentarii flagellare, mortuo v. manibus pedibusq; amputatis ignem subiicere Idib. April. anni 1420.

Mira & funesta sex militum concertatio & dimicatio.

[10] In hac arce illi multa preciosaq; templorum ornamenta, quæ tutioris custodiæ causa homines fugam meditati eo contulerant, rapere, sedem accendere, exurere, diruere, omnes, qui in eo inventi, morte affici, exceptis sex fortibus militibus, quibus Zisca: *quicunq; fratres dilecti, quinq; istos occiderit, vivus servabitur.* Quo audito, canum modo in sese invicẽ irruere & quisq; se superstitem futurum putare, quisq; quem ꝓximum poterat, socium suũ obtrũcare, solusq; Hauuelius Plichta superesse, qui ad Thaboritas accedens in urbem Thabor commigrare, maiorisq; fidei ergo confestim calicem sumere.

Monasterium Miluiscoviense oppugnatur & expugnatur.

[11] Thaboritæ inde recta oppidum Miluisco petere, monasterium, q adiacebat, obsidione cingere, propiusq; accedere. Qui in arce erant, aliquantum quidẽ resistere: q tamen res desperata esse videretur, noctu clam discedere. Sequenti die hostes in monasterium irruẽre, quicquid adhuc remanserat, diripere, atq; ita discedere.

Imp orthodoxos ex arce Wenceslai eiiciendos curat.

[12] Thaboritis ita grassantib. Imp. Sigism. Cẽconẽm Speculæmontanũ, qui alias Wesliccius dicebatur, in arcem Wenceslai mittere: qui omnes sub utraque specie communicantes eiicere & expellere, id q Pragensium animos in Cæsarem vehementer accendere.

Pragenses Imp. arci ad victũ necessaria subministrare volentem impedire conantur.

Cenconis Speculamontani dolus.

[13] Hinc res ad victum necessarias in eam deportandas curare volentem illi prohibere, multo minus aũt collapsi muri reparandi copiam ipsi facere: sed ad ipsum missis interrogare, *num sub utraq; specie cœnam Domini sumere, arcẽq; ipsis tradere vellet?* bonus iste Dominus vim metuens turpẽ esse istam levitatem respondet qua quis tam leviter ab una religione ad alterã transeat: quatuordecim aũt dierum spacio sibi ab ipsis concesso à se utrumq; ipso facto præstitum iri. Pragenses acquiescere: At vero Despota Cenco q̃ celerrime secretissimeq; ad Impe. mittere, qui referrent, ut mox alios mitteret, sese interea arci de rebus ad victum vitamq; necessariis prospecturũ. Imp. acquiescere, & è vestigio Dominũ Guilielmum Leporem & Ernestum Flascæum mittere, qui venientes arcem à Domino Speculæmontano in suam fidem tutelamq; accipiunt.

qua pœna à Pragensibus punitus.

[15] Quo cognito Pragenses Cenconi succensere, insignia sua depingenda, maleficorum numellæ affigenda curare, cui ea in sequentem secundum usq; annum, quo cum Pragensibus in gratiam rediit, affixa manserunt. Hic dolus etiam effecit, ut Pragenses non amplius

fiderent: sed 16. Cal. Maii positis ad arcem Wissegradensem castris eam octiduũ obsiderent, fameq; expugnassent, modo paulo diutius ibi permansissent, neq; sibi à Cęsarianis, iuxta Pragam iacentibus obsessisque victum suppeditare volentibus metuissent.

Caput XXXV.

[1] Rustici Cuthnenses tumultuari incipiunt. [2] à Bohuslao cæduntur. [3] quinam sint, & quibus privilegiis gaudeant. [4] Tustenses cur peculiaribus privilegiis donati. [5] Brzetislaus Dux Bohemiæ, in Poloniam irruit, eamq; spoliat. [6] primum ante Papam, tum etiã ante Imperatorem Heinricum III. accusatur. [7] Impera. postulat spolia Polonica. [8] Bohemi ea Imperatori simpliciter denegant. [9] Imperatór sub comminatione belli spolia reposcit. [10] Brzetislaus Dux bellum non recusat. [11] Imperator magna manu eos adoritur. [12] Brzetislaus Dux silvam succidendam curat. [13] Cæsariani à Bohemis cæsi.

Rustici Cuthnenses tumultuari incipiũt.

à Bohuslao cæduntur.

ATQVI hæc non tantum à civitatibus atq; Pragensibus ita geri; sed & Cuthnenses, qui circa Tustam sunt, exsurgentes inter Tenditium episcopale & Tustam in monte quodam, quem munimento obvallabant, castra ponere, quorũ dux sacerdos quidam erat.[2] Bohuslaus Cygnæus, vulgo Suanbergensis, Pelsinensium Dux, eo cognito celerrime Tenditium episcopale tẽdere, ne Despotis Crucigeris, id tum obtinẽtib. fraude aliqua peterentur, ibi summum silentium facere usq; ad Cal. Maii, quibus ante lucem copias suas rusticorum castris admovere, ubi nullis excubiis, quas bellica tamen ratio requirebat, repertis, omnia ipsi facilia esse, improvisus ipsos obruere in fugam vertere, ecclesiasten cum quodam tubicine captivos Pelsinam abducere ibidemq; exurendos curare.

qui nam sint, & quibus privilegiis gaudeant.

Tustẽi cur peculiaribus privilegiis donati.

Brzetislaus Dux Boh. in Poloniam irruit, eamq; deprædatur.

primum ante Papam, tum etiã ante Imp. eum accusatur.

[3] Hic mihi aliquid de Chodonibus sive Cuthnensibus, qui Germanico agnomine à Canis capite deducto appellari volunt, dicendum est. Bohemiam igitur olim à multis iisq; potentibus hostibus infestatam, variasq; irruptiones ipsi sustinẽdas fuisse, tenendum est. Has ut præcaverent, Bohemici Reges circum silvã (quæ Bohemiam ceu murus cingit) rusticos collocare, qui rus quidem colerent, semper tamen in armis atq; parati essent; ex adverso vero eos omnibus, quæ dicunt, regalibus dotare, id est, iure venandi, piscandi &c. imo & omne vectigal in toto regno ipsis remittere, ab omnibus etiam oneribus sive servitutibus civilibus immunitatem ipsis concedere, ut ne quem Dominũ, nisi solum Regem agnoscerent.[4] Quod autem circa Tustam degentes peculiaribus privilegiis gaudeant, hæc causa fuit: [5] Brzetislaus Dux, decimusnonus Bohemorum Princeps, in Poloniam irruperat, Casimiroq; fugato Cracoviam diruerat, multũq; auri & argenti, immensumq; adeo thesaurum rapuerat, sacra, campanas, multaq; hominum millia in Bohemiam abduxerat.[6] Huius Bohemi, præcipue vero Dux Brzetislaus, ante Papam accusari, qui ipsum citare. Dux vero, qui, pecunia simul oblata, deprecatione usi, rem cõponendam curarent, legatos mittere, qui etiam negocium feliciter conficere. Papa ergo Bohemos nõ graviore pœna plectere, quam ut elegans templum ipsis cõdendum iniungeret, id quod illi facere, templumq; Wenceslai in oppido, quod Germani alten Bunßel vocant, cõdere. Quo cognito Poloni Rom. Imp. Heinricum III. Bohemis minus faventem, adire, graviterq; conquerentes, dilectæ à se patriæ excidium enarrare, ipsumq; consilium rogare. Wrschovecci quoq; duosè Bohemia ad Imp. Aureatum mittere, qui, quomodo Bohemi in Polonia grassati fuissent, recenserent.[7] Imper. in Bohemos ansam nactus, bellumq;, quod parens ipsius, Conradus Imp. nisi morte pręventus fuisset, confecisset, conficere posse sibi visus, missis legatis in Bohemiam, pecuniam illam, bonaq; quæ ipsi in Polonia rapuissent reposcere. Dux Brzetislaus respondere, se semper Imp. Rom. fidum atq; obsequentem, nunquam autem rebellem fuisse, insuper etiam tributum illud, q quondam Ca. III. alias *Crassus* dictus, Bohemis signum obedientię imposuerit, nẽ-

Imp. spolia Polonica reposcit.

pe

pe 120. boves 500. marcas nummorum argenteorum, ubi quæque marca 20. nummorum valorẽ æquat, persolvisse. Nihil igitur amplius aliudve solvere: sed potius honeste mori, quam nova onera sibi imponenda permittere velle. Imperator novis legatis missis, Bohemis significandum curare, Corolum Imperatorem, quę voluerit, præcipere potuisse: iam se Cæsarem pro libitu suo novas leges condere. An vero legum condendarum autoritatem atq; potestatem penes Imperatorem esse Bohemi nesciant? [8] Bohemi respondere: se Cæsari in omnibus obsequuturos; nova autem sibi imponenda nequaquam toleraturos. [9] Legati dicere: *aperite nobis mentem vestram, utrum Polonicos illos, quos rapuistis thesauros, reddere velitis, nec ne? quodsi facere recusaveritis, Imperatorem tantis copiis instructum adventurum scitote, ut vi auferre valeat.* [10] Brzetislaus dicere: *Veniat modo, non tot equites in Bohemiam introducet, quin sepeliendis locus inveniatur.* [11] Legatis hoc referentibus Imperatoris cor ira cumulari, ipse copias conscribere quam maximas, in Bohemiam movere; Dux Brzetislaus quoque non feriari, cum suis copiis in tractum Tustæũ venire inter Romsbergum & Hostaviam, ubi etiamnum ipsius valla non procul à veteri ædicula videre est, castra ponere. Ad hunc, Ducem suum omnis populus è tractu Tustæo; ut apes ad thymum, metu Germanorum convolare. [12] Ex hoc populo Dux 500. rusticos deligere, eosque in silvam Bohemicam missos iubere, ut omnem illum tractum, qui est inter Ratisbonam & Pulchram vallem, succiderẽt, ut & ponese omnes arbores succidendas curare, id quod Bohemis metum incutere, quapropter quidam ipsum adire, dicentes: *male vero rem gessisti; nos numero pauci sumus, Imperator multis instructus est: quodsi, quod Deus avertat, cadamur, qua effugiemus?* Dux Brzetislaus indignatus respondere: *num vero Germani necdum visi vos terrebunt? vos timidi, abite; cæteri vero, qui mihi suæq; patriæ, cui iure meritoq; extrema subimus, fidem præstare volunt, me cum maneant, ferreos, nõ coriaceos gladios gestamus: aeneos arcus habemus, non ulmeos, ut Germani: ex ipsorum corpore aque atq; ex nostro sanguis, non lac effluit.* Quibus dictis iureiurando sese permansuros obstringere. Cæsar hisce cognitis, cum copiis suis pergere, arcemq; Cervimontanam præterire, inter Bohemiam atque Bavariam in alto monte castrametari, vexilla movenda, tympana fistulasque audiendas curare. Cognito vero, silva à Bohemis succisa, ipsos in ima valle locum cepisse graviter commotus milites suos, ut pedites dimicarent, amplissimis verbis adhortari. At vero Bohemi Romsbergo paululum in sylvam concesserant, ibique imam vallem occuparant, quam Bohemi etiamnum (propterea, quod omnis iste locus cæsorum sanguine rubuit) *Rosam* dicunt, id quod Cæsar ignorare, eos in veteri suo nido etiamnum latere putans: ante lucem ergo aciem struere, gravis armaturę milites primo; levis, secundo loco statuere. Exsurgentium ergo arma tanto fulgore collucere, ut glaciem à monte devolvi decidereq; putares. In imam vallem pervenientes, nihil nisi virgulta reperire, per quę magno labore permeare, quique præcesserant, libenter recessissent, quia iam lassi, nisi insequentes ipsis institissent, ipsosque montem conscendere coegissent, utut grave, imo gravissimum ipsis fuerit. Hoc modo isti pergere, donec alteram vallem cõtingerent: ibi teneriores & nobili genere oriundi, ut Principes, magnates &c. nec æstui tolerãdo assueti, debilitati exhaustiq; cõcidere; multi, ut Marchio Thermitanus (vulgo Badensis) crasso graviq; corpore; cæteri gregarii milites sitibundo vultu, æstuanti hepate, arboribus acclinare. [13] Quod Bohemis animum addere, qui nõ cunctari, sed hora 10. ipsos invadere, 5. Calend. Octobris 1040. omnes in universum occidere. Maiorem sane partem Cutheni uncis occidere, spoliare, atque à victoria in magnam profundamque fossam coniicere, atque sepelire, iuxta quam fossam postea anno &c. 1447. Dux Brzetislaus monasterium condere, nomine *cippus*, Bohemice *Pivvonca*, in nomen B. virginis Mariæ, in idque monachos eremitãs D. Augustini ordinis introducere. Præclaro hoc facinore *Codovvi*, id est, *oberrantes* isti à Duce Brzetislao eam libertatem impetrarunt, ut tum ipsi, tum posteri ipsorum nemini subditi subiectiq; sint, omnibus regalibus utantur, rubrica signent, in insignibus suis uncum cum aliquot stellis exhibeãt. Iam omnes 500. Tustæis pro aliquot & quadragenis millibus depositi sive oppignerati sunt: etiamnum tamen suos viginti senatores habent, licetque ipsis in veteri sua ante paucos

Bohemi ea Imp. simpliciter denegant.

Imp. sub comminatione belli ea reposcit.

Brzetislaus Dux bellum nõ recusat.

Imp. eos magna manu adoritur

Brzetislaus Dux silvam succidendam curat.

Cæsariani à Bohemis cæsi.

Digitized by Google

annos ex parte combusta arce cōvenire, atq; consultare, semper tamen cives Tustæi ipsis adsint oportet, quorum unus ipsorum iudex, alter Scriba sit. Atq. hæc de Codonibus sive Cuthenis.

CAPUT XXXVI.

[1] *Quidam Pragenses arcem Wenceslai cum impetu invadunt,*[2] *non sine damno repellūtur.* [3] *arx iterum oppugnatur.*[4] *Thaboritæ arcem conscendunt.*[5] *Multii Thaboritas ex arce expellūt, eiiciuntq.,*[6] *Pragenses Ziscam auxilium contra Cæsarem ferendum rogant.*[7] *Hradisst, monasterium oppugnatur & funditus exuritur.*[8] *Zisca monasterium Beneschovium exurit.*[9] *Thaboritæ Pragam perveniunt.*[10] *eorum petulantia Pragæ.*[11] *Dominus Ioannes Michaleccius Michaelimontanus à Thaboritis fugatus.*[12] *monasterium porta Apostolorum exuritur.*[13] *arx Domini Marcotrazasii diripitur & accenditur.*[14] *quarundam urbium populus se Pragensibus addit.*[15] *muro quodam collapso 27. Thaboritarum mulieres occisæ.*

Quidam Pragenses arcem Wenceslai cū impetu invadunt.

non sine damno repelluntur.

NOnis Maii anni 1420. quidam audentiores è civitate Pragensi exsurgentes, circa vesperam in arcem Wenceslai absq; Duce magno impetu incursionem facere, usq; ad portam pervenire, clathros pensiles perfringere, Ducē cum aliquot equitib. in arcem repellere, quosdam omnino occidere, in arcemq;, quā iam plane expugnatam putabant, properare.[2] Præsidiarii vero milites denuo eos adoriri, in fugam vertere, & Pohorcelocium usq; persequi, ut 70 fere perierint. Repulsi isti ibidem locum capere, monasteriaq; Strahoviense, Brzcuinovienseq; ante Pragā omnino diruere.[3] Pragenses aūt hoc ipsorum statu cognito, septingenti convenire, ad inferiorem urbis portam, quę est ortum versus, locum capere, scalas applicare, omneq; studium effringendæ portæ adhibere: contra illi in arce, maxime vero à nigra turri, lapidib. sese sagittisq; defendere. Cui tumultui Zisca, triginta equitum comitatu instructus è Pelsinensi tractu superveniens, deq; Albomonte monasterium Brzcuinoviense conflagrare videns, pleno ore cachinnum tollere. In Rohorzaleccium autem pervento Thaboritas in destruendo quam occupatissimos invenire, ad eosq; eques cursu accelerare, qui agnito occurrentes ipsum plurima salute impertire, adventum utrinq; gratulari, ac dicere: *ecquam tibi, frater Iane, placet, quod sacrum Chrisma eoq; inunctos sanniones ita castigamus?* is autem digito in a cis templum intento, dicere: *ut quid ergo hanc calvitiei officinam sartam tectam reliquistis?* qui respondere: *heri ipsam invisere volentes turpiter inde repulsi sumus: crede nobis, frater Iane, revera hac præda in casses nostros incidente, ne ullus quidem lapis super altero maneb t:* Zisca videre, Pragamq; eques ingredi. Ipso vix digresso, quidam veniens referre, portam inferiorem à Pragensibus incursione facta oppugnari, cunctosque, qui in

Arx iterum oppugnatur.

Thaboritæ arcē conscendunt.

arce sint, ad eam defendendam accurrisse.[4] Quo nuncio Thaboritę delectari, relictisq; omnib. ad superiorem portam accurrere, eam effringere, currere intro, tēplúm conscendere, ambitus ex elegantib. lapidibus cæsis pulchre constructos, qui in sacello D. Wenceslai erant, malleis clavisq; confringere, totiusq; templi vastādi desiderio flagrare.[5] Quo Multzii in veteri u. be cognito, sua cohorte ad opem templo ferendā accurrere, Thaboritas, ut abstinerent, hortari, (in primis Gircicus Prsteccius Thaboritam quendam stomachantem Thomam Brusynæum, de pergula, telo in eum immisso, deturbare) ipsos inde expellere, quibus &, qui in arce erant, mercenarii prędidiarii subsidio accurrere, gratiisq; actis polliceri, honestam præstiti huius officii mentionem apud Imp. à se factum iri: id quod ipsi acceptare, ex arce excedere mercenariiq; milites eam melius diligentiusq; custodire. Quoniam etiam ii qui inferiorem portam obsederant, Reginam Sophiam iam pridem discessisse, nec interea unquam in arcem rediisse cognoverant, ipsi quoque arcem deserere, quietiq; sese dedere, id quod, qui in arce erāt, æquissima mente accipere.

Multzii Thaboritas ex arce expellunt.

Pragenses Ziscam auxilium contra cæsarem ferendum rogant.

[6] Pragenses interea Ziscam splendide accipere, lauteque habere, ipsumque, si fortassis ab Imperatore obsiderentur, ne eos in hisce malis desereret, orare, quæcunq; Thabo: itæ ipsis iniunge: ent, à se p. æstitum i i pollicētes Zisca annuere, imo suoque & omnium Thabo. ita um nomine opem pollice i, quo Pragenses læta: i, animosque cum Sigismundo confligendi sume: e. Postridie Zisca P: aga exsu-

exſurgere,in Thabor properare,ad confœderatos,eiusdemq; ſe cum religionis aſſertores,literas dare,ipſisq; Pragẽſium conditionẽ petitionẽq; per eas ſignificare. Hyneccius Cruſchinæus audita Pragenſium voluntate,alacris 400.viros in Graditienſium tractu iuxta Trzebochovitium colligere, præcipue vero Ambroſ. & Matthias Lupacius una cum cæteris ſacerdotib.ſeu potius eccleſiaſtis, populum, ut purã doctrinã defenderent,adhortari,ideoq; ipſi una cum copiis Pragam abire [7] in itinere monaſterium Hradiſſtienſe magno impetu incurſione facta oppugnare,idq; una cum oppidulo funditus exurere. Pragã advenientes,arcem Wiſſegradenſem oppugnare,ad quã tamen cędi,multosq; milites amittere. Thaboritis cõgregatis Ziſca florem militũ eligere,quos Deſpotę Nicolao Huſſineccio,cui novũ ſuum oppidum Thabor commiſerat,fidem dare iubere,una cum cæteris Thaboritarum ducibus,Deſpotis Suincone Buchovio,& Chualo Rcepiccæo,Pragã abire.[8] In itinere ad oppidũ *Beneſchoviam* pervenientes,monachos viſitare, quorum monaſterium elegantiſſimum erat,ubi obvia quæq; rapere,monaſteriumq; accẽdere,oppidũq; una cum monaſterio funditus exurere. Inde progreſſi Porcicceiũ pervenientes iuxta flumen locum capere,quib. Cæſariani libenter viã præcluſiſſent,ideoq; exſurgere,fortunam periclitari velle,atq; in Thaboritarũ conſpectũ prodire,quorum Duces erant,Deſpotæ Wenceſl.de Leſtno,Petrus Stellæmontanus,Conopiſtius,Ianecus Suidnizkius,Albertus à Dana, atq; hi in ipſos eo,quo dictum ẽſt,loco incidere.Sed ꝙ in magno fruteto deliteſcerent,equites non eadẽ qua Thaboritæ,pedites,commoditate frui,ideoq; ſaltem miſſilib. telis aliquid tẽtare,atq; diſcedere.[9] Hoſpitibus hiſce digreſſis Thaboritę Pragam properare,quã 13.Cal.Iunii ingredi,quo civitas lætari,ideoq; omnis clerus,frequens ſenatus, cũ omni civitate ipſis obviã procedere,eos amice excipere,cum cõiugib. atq; liberis, quorum magnus numerus,magnifice accipere, ſufficientem victum è profugorũ monachorum cœnobiis ſuppeditantes.[10] Sequenti die Thaboritæ in urbe Praga hinc inde deambulantes Pragenſ.myſtaces reſecare,virginib.ſpiras,quibus comã implicitam habebant,& mulieribus pepla deripere,id quod Pragenſ.milites tolerare nolle, resq; ipſa publicũ tumultum ſpectare videri:verum Duces in medium prodire,atq; ſub pœna ſuſpendii hæc & ſimilia nefaria facta prohibere.

Hradiſtienſe monaſterium oppugnatur & funditus, evertitur.

Ziſca monaſterium Beneſchovium exurit.

Thaboritæ Pragam perveniunt.

eorum petulantia Pragæ.

11.Cal.Iunii Deſpota Ianus Michaeli montanus,*Michaleccius* dictus, cum multis equeſtrib.atq; pedeſtrib.copiis,curribus,veſtib. aliiſq; rebus precioſis, magnis validiſq; uncis,quib.ſuo tempore catenæ in urbis plateis diſſecãdæ erant,ad muniendã arcem ipſis ſubſidio venire:Thaboritæ vero ſeſe in inſulam aliquam abdere,ipſis præſtolari, prætereuntes adoriri,eoſque ita aſpere duriterq; excipere,[11] ut nõnullis occiſis relictiſq; omnib. quæ ſecum habebat,impedimentis,ipſe vix ægre tribus ſuperſtitibus Comitibus in arcem Wiſſegradenſem pervenerit.

Deſpota Ioannes Michaleccius Michaeli montanus à Thaboritis fugatus.

Nec ita pridem Sacenſes,Launenſes & Slanenſes iuxta pagum Simolicce, miliare à Lana ſitum,ſeſe coniunxerant,[12] qui monaſterium illud,cui nomen *porta apoſtolorum*, Bohemice *Poſtoloprty*, quondam Deſpotarum Sekyckiorum ſepulturæ dedicatumq; & conſecratum,iamq; oppidum Poſtelberga ſitum eſt,petere,id obſidere,cum impetu oppugnare,tantis perq; ignea tela globoſq; immittere, donec monaſterio accenſo,quæcunq; in eo erant,inprimis autem inſignẽ omnis generis libris bibliothecã,comburerẽt.[13] Ab hoc monaſterio ad Deſpotę Macotrazaſii arcem (cuius rudera non longe à Buſchtierado videre eſt) pervenientes, expugnatã accendere,adeoq; Petro Cupeccio Meſirgyczkio irreparabile damnũ dare,[14] tãdem tamen 10.Cal.Iunii aliquot centeni Pragã,ad ſanã doctrinam,adverſus Imp. quam is delere conſtituerat,defendendam pervenire,quorũ Duces erant Zarviſius Barbatus,Petrus Obroweccius una cum Paſtore ſuo Petro Spiczca. A Pragẽſibus etiã magno cum gaudio accipi,honeſte excipi, inq; ipſorum ingreſſu ſacri quidam hymni dulceſq; pſalmi cantari.[15] Ad 8.Cal.Iunias Thaboritarum, Sacẽſium,Launenſium,Slanenſiumq; fœminæ convenire,monaſterium Katharinæ in nova urbe ingreſſæ,tecto deiecto murum,viris ſuis autoribus & impulſoribus cõvellere : ipſis autem minus prudenter occupatis, medium templi faſtigium corruens viginti ſeptem mulieres obruere, ideoque eo meridie finem facere: poſtridie mane oppreſſas mulieres quærere ipſis animus eſſe ; altera vero Cameræ parte nutare viſa , ceſſare : hinc turris cum altera parte , in hodiernum

Monaſterium porta Apoſtolorum exuritur.

Arx Deſpotæ Marcotrazaſii diripitur & accenditur.

Quarundam urbium populus ſeſe Pragenſibus addit.

muro quodam collapſo 27. Thaboritarum mulieres occiſæ.

Tocceniccam, Carolsteinium, & novam arcem, quæ alias *Cunradice* dicitur, ubiq; thesauros, quos frater ipsi collectos reliquerat, visere. [8] Tum iuxta Beronam ad Monasterium aulę Regię castrametari, fossas, valla, & similia ad castrorum defensionem necessaria, effodienda & conficienda curare.

munit se vallo.

[9] Interea v. M. Iacobellus de Misa, in Redintuinensi templo Diaconus, quosdā absq; fide, absq; pœnitentia, absq; pio studio S. cœnæ communicantes observare: populū ergo adhortari, ut prius ex præscripto D. Pauli quisq; se ꝓbaret, spiritu cōtrito, pia attētione, bonoq; proposito, nec sine fide ex mera levitate, q; fere maior pars facere soleret, eam sumeret. Quo cognito Thaboritæ tumultuari, utq; sequēti die mane ex urbe excedere cogeretur, efficere, qui tamen ipsis digressis reverti.

M. Iacobellus populum exhortatur.

in exilium pellitur.

[11] Uldricus Rosæmontanus incertum fortunæ exitum perpendens, Imperatoremq; præsentem oculis suis cernens, ipsius potentiam exploratam habens, subito cōsiliū capere, Thaboritis suis desertis; sacerdotes suos captivos habere, eos Caustnicum, Iuvomontū (vulgo Helffenberg) Crumloviam, Gigantomontum, novam arcem (alias *Cunraticen* dictam) mittere, à Legato Papali Ferdinando, Episcopo Lunensi in arce Zibrac habitante absolutionem petere, eamq; impetrare. Contra vero Despotæ Abersch, Wrzetischovius, Benoschus Macrovius, & Geor. Chualcoviccius ad Cunieticorum montem, supra Pardubiccium, magnum numerū rusticorum colligere, Regino Graditium tendere, à civibus, quibus Imperatoris animus erga religionem iam innotuerat, ipsosq; iam pridem magno desiderio expectarant, lubenter immitti, ubi quilibet venerandum Sacramentū sub utraq; specie sumere. [12] Septimo Cal. Iulii Germanici Principes cum maximis suis copiis auxiliariis ad Imperat. accedere, qui quidem Principes ipsi erant Elector Saxonicus, Dux Fridericus bellicosus, Marchio Brandemburgicus Albertus Dux Austriacus, Sigismundi gener.

Vldricus Rosamontanus ad Imp. deficit.

Germanicorum Principum auxilia ad Imp. veniunt.

CAPUT XXXIIX.

Imperator Pragam obsidet.[2] *Pragenses ipsum hostiliter excipiunt.*[3] *Wdalricus Rosamontanus Thabor obsidione cingit.*[4] *ad internecionem caditur.*[5] *Imp, in Pragenses urbes incursionē facit.*[6] *repellitur.*[7] *duæ mulieres & una virgo fortiter cum Cæsarianis dimicantes.*[8] *Zisca periculum imminet.*[9] *Bohemi tamen in monte victoriam obtinent.*[10] *incendium in Imp. castris exortum.*[11] *Thaboritæ duo monasteria exurunt.*[12] *Imp. Pragam deserit.*[13] *regem se coronandum curat.*[14] *militibus suis de thesauris regiis satisdat.*[15] *S. Viti spoliat,*[16] *ornamenta imperii Germanis oppignerat.*

PRID. Cal. Iulii omnis exercitus Pragam appellere, in campo ad Bruscam, Holeyschoviccium, Owenccium, Bulny, Oboru atq; in Na Letni dicto locum occupare, & hostilia adversus ipsos machinari, Hungari sagittas suas ex Archiepiscopi horto, in veteris urbis circum usq; (id quod valde incredibile) emittere. [2] Nec Pragenses feriari, illos hostiliter excipere, sæpe cum Cæsarianis confligere, in primis vero frater Zisca, die Margrethæ montē, non procul à loco, quo fontes à Pragensibus supplicio afficiuntur, situm, & adhuc Bohemice *Ziscovva hora*, id est, *Ziscæ mons*, dictum occupare. Ex hoc etenim monte urbem vexari posse, perspicere: quod ut evitaret, sepibus fossisq; circumcirca factis præcavere, ne ullus irrupturo forsitan hosti aditus pateret Cæsarianos milites 150000. Cuthenus, alii (quod fidē excedit) 300000. Hagecus de anno 1444. eos 30000. numero fuisse scribunt, Germanos 125000. Cæsarianis iam antea 40000. adduxisse, in antiquo quodam manuscripto legi. A Germanis 1 40000. numero, Cæsarianis suppetias latum, adductos esse, Martinus Boreck Wratislaviensis memoriæ prodidit. [3] Oppidum Thabor Uldricus Rosæmontanus, Imp. iussu, prid. Non, Iulii obsidione cingere, eam à se brevi captum iri sperans. [4] Nicol. Hussineccius aūt, à Zisca cum flore militū ibi relictus, eruptione facta hostes in fugā versos ad internecionē cædere, atq; ita plane ab urbe fortissime repellere. [5] Imp. duas Pragensium urbes (veteremque & novem) 5. Id. Iulii vehementissimo impetu planeq; imperatorio ardore tribus in locis adoriri, novam urbem Thaboritæ mox obsidione liberare: vetus autem urbs, etsi multo est munitior, magna tamē pericula sustinere coacta est. Cæsariani enim multas cohortes in eā iā introduxerāt: quo novę urbis incolę cognito una cū Thaboritis ipsis celerrime succurrere, [6] Cæsarianos ex urbe expellere, q̄n & ultra Multaviā actos fugare. Germ. igitur, viso veterē urbē à se expugnari nō posse, nisi Ziscā

Imperator Pragam obsidet.

Pragenses ipsum hostiliter excipiunt.

Vdalricus Rosamontanus Thabor obsidet.

ad internecionē caditur.

Imperator in Pragensium urbes incursionem facit.

repellitur.

Digitized by Google

à monte repellerent, infra pagum, *Bubny* nomine. Multaviam transmittentes in campo (quem *hospitalem* dicunt) castrametari, idib. Iuliis montem incursione facta adoriri (erant autem Cęsariani pleriq; omnes Cervetii, vulgo Misnici Saxones, & Lutiburi) sepes fossasq; celeriter transilire,[7] duas mulieres cum una virgine offendere, hastis ita vehementer sese defendentes, ut potius interfici, quam loco cedere maluerint.[8] Peditatus sepibus divulsis, fossisq; repletis soloq; æquatis equitatui viam sternere, qui fere usq; ad verticem pervenisset, ipsumq; Ziscam fere prostrasset, nisi, quos habebat rusticos, flagellis suis ferreis ipsum repulisset. Novæ urbis incolę conflictum in monte perspicientes, metu, ne Zisca, idquod omnino quoq; factum fuisset, succumberet, congregari. Thaboriticus quoq; sacerdos classico cantato, vel potius campana signo pugnæ dato, arrepta vexilli loco hierotheca sive S. eucharistiæ receptaculo, ad montem accurrere,[9] quem Thaboritæ novæq; urbis incolæ sequi, Ziscæ succurrere, Germanosq;, quibus fessis Imperator subinde subsidiarios substituebat, cædere. Tormenta quoq; sua Bellica Pragenses ante portam Portzitzschanam trahenda sive devehenda curare, à nosodochio summa vi cæsarianos petere, ita ut plurimi prosternerentur. Nec vero illi, qui in monte erāt, feriari, omnibus viribus hostem cædere, tum recta recedere, fossas profundiores facere, sepes resarcire atq; reficere, tum iterum hostes aggredi, totum diem cum ipsis confligere, ita ut plurimi occumberent, montemq; turpiter deserere cogeretur, quem Bohemi, Dei opt. max. ope obtinere.

duæ mulieres & una virgo, fortissime dimicāt cum Cæsarianis.
Zisca periculū imminet.
Bohemi victoriam in monte obtinent.

[10] In castris porro Cæsarianis 14. Cal. Augusti iuxta pagum Letna, incendium exortum vento vehementi magis ac magis accensum multa amplaq; tentoria una cum multis preciosisq; rebus, præcipue vero & scalis ad irruptionem necessariis, absumere.

Incendium in castris imperatoris exortum.

[11] Thaboritæ 7. Cal. Augusti in nova urbe Pragensi monasterium D. Ioannis *Nabogischti* dictum, iuxta portam porcinam, in quo Crucigeri Rhodiorū ordinis, exurere. S. Clementis quoq; diruendi soloq; æquandi initium facere, muro autem corruente viginti & aliquot opprimi.

Thaboritæ duo monasteria exurunt.

[12] Imperator, 13. Cal. Augusti anni 1420. viso, se ad urbem Pragam nihil efficere posse, assumtis aliquot viris principibus, in arcem Pragensem venire,[13] dominicaq; post D. Iacobi, præsentibus quibusdam Bohemicis Despotis atque Nobilibus, à Conrado Archiepiscopo Pragensi sese inaugurandum atq; coronandum curare, veteriq; de more, multos, quanquam obscuriores, nobilitare, equitesque auratos creare,[14] thesauros abditis in locis repositos, à parente suo Carolo Imperatore atque à fratre Wenceslao collectos, in castra devehēdos curare, militib. q; suis de iis stipendium exsolvere. D. Viti quoq; expilare, calices, hierothecas & sigillaria auferre,[15] sacra imperii ornamenta ex arce Carolina tollere, Germanisque pro certa pecuniæ vi oppignerare.

Imperator Pragam deserit. Regem se coronandum curat.
militibus suis de thesauris regiis satisdat.
S. Viti spoliat.
ornamenta imperii oppignerat

Caput XXXIX.

[1] Imperator copias suas dimittit.[2] Zisca monasteria Pragensia vastat.[3] lanii monasterium D. Iacobi ab ipso defendunt.[4] Pragenses nolunt committere, ut Zisca templa diruat.[5] Monasterium Aulæ regiæ prope Beronam à Zisca exustum.[6] Thaboritæ magno suo malo arcem Wissegradensem invadere volunt.[7] Praga discessum meditantur.[8] Zisca Rzicżanam expugnat, sacrificulosq; comburit.[9] Prachaticcium tendens Episcopum Nicopolitanum deprehensum, submergendum curat.[10] Archiepiscopus Pragensis formam anathematis publice promulgandam curat.[11] Zisca Prachaticium expugnat,[12] Thaboritarum quidam Despotæ Rosemontani:[13] quidam monasterii Ovini prædia flammis vastant.

Imperator Bohemicum diadema nactus, ad urbem Pragam autem nihil efficere potis, 4. Non. Augusti obsidione, quæ mensem duraverat (quod quidem tempus omnium, sale excepto, satis magna copia in urbe fuit) soluta, se in montes Cuthenos conferre, Germanicosq; milites suos dimittere, qui mox regione excedere.[2] Verum Zisca frater hoc ipsorum discessu respirandi facultatem recipere, monasteria Pragensia expilare, ita vero apes castrare, ut & ipsa alvearia in cineres redigerentur. Nullum ille in Pragensibus urbibus inviolatum relinquere: integra exurere, exusta solo æquare.[3] At D. Iacobi in veteri urbe, in quo fratres minores,

Imperator copias suas dimittit.
Zisca monasteria Pragensia vastat.

Lanii monasterii D. Iac. ab ipso defendunt.

nores, exurere volenti, lanii, autore & consuasore senatu, supervenire, idq; à malo vindicare. Hinc in hodiernum usq; diem monachis carnes vel inviti sufficere coguntur. Monasteriū hoc in hodiernū usq; diem integrum est, alte concameratum, in quo fenestrę è vitro pulchre picto factæ. In cōcava quoq; summitate multa insignia depicta sunt, ut & in sinistro latere veteris urbis, super quibus hoc distichō:

Martia Praga tuas vires quis nescit avitas?
Quid mirum tibi si multiplicetur honos?

Et his paulo superius, à Præmyslao Ortogare fundatum, anno 1225. una cum veteri urbe anno 1316. incendio inter Iudæos exorto conflagrasse, item à Zisca, id in monasteriorum diluvio diruere volēte, per lanios conservatū. Sub anteriore pergulæ parte in rubro clypeo albus leo pictus est, sub quo hæc verba: *virtuti & benevolentiæ lanionum antiquæ urbis sacri huius templi & conventus integritatem à sacrilego Ioanne Zisca & sociis manu strenue tuentium conservantiumq; fratres minores grati animi studio pingi curarunt, anno 1598.*

Pragenses nolunt committere, ut Zisca templa diruat.

Monasterium Aula regia, prope Beronam à Zisca dirutū.

Thaboritæ, nullo monasterio Pragæ amplius superstite, templa invadere velle, [4] cui quidem ipsorum proposito Pragēses obsistere, à Zisca, ut domibus in honorem Dei exstructis, in quibus Christiani ad sacra peragenda Deumq; laudandum atq; celebrandum convenirent, parceret, postulare. Id Ziscæ bilem movere, [5] qui Wenceslao Coranda assumto, Praga egressus Aulam regiam, duo miliaria Praga distantem, prope Beronam pervenire, eam oppugnare, diripere, exurere soloq; æquare, cum iam 136. annos stetisset. Rex etenim Wencesl. Ortogar anno 1296. condere, Bohemiceq; *Zbraslavium* dicere. Sylvius c. 35. à Regum Bohemicorum mausolæis, ædificii splendore, insignibus cœnaculis, amœnis conclavibus, culto horto, circum quem pergula, cuius asseribus universa sacra scriptura magnis aureisq; literis inscripta fuit, non satis commendare sive celebrare potest. Augustissimum hoc monasterium, Ziscæ servi funditus eversum solo æquare, & licet instauratum sit, vix tamen umbra veteris est.

Thaboritæ magno suo malo arcem Wissegradensem invadere volunt.

Vastitas huius monasterii 4. Id. Augusti contigit, [6] quo die Thaboritæ quidam novæq; urbis incolæ Wissegradensis arcis oppugnādæ periculum facere velle, per portam Ierosolymitanam summo silentio Wissegradensem petere, qui vero in arce erant, vitis facibus, stramineisq; manipulis atq; laternis, silentium facere, usque dum illi ad portam pervenirent, eamq; effringere vellent tum vero pręsidiarii alte sublatis, de rusticorum more, manibus ipsos cædere, qui sese in urbē recipere volentes, portis iam occlusis in maximo discrimine versari, omnesq; procul dubio, nisi Cæsariani civium eruptionem metuissent, occisi fuissent. Postridie, qui in arce erant, mercenarii cæsos hostes ad præterfluērem deferre, & octoginta, ratibus impositos, Pragā demittere. [7] Id quod Thaboritas male habere, (propterea quod senatum sibi adversantem viderent) qui etiam dicere, quod portarum occludēdarum negocium quibusdam dedisset, ut saltem ipsorum milites occiderentur: hinc etiam velle se omnes Praga exire. Pragenses eo audito, terrore perculsi, cogitare, *Thaboritis à nobis recedentib. Cæsar revertetur: qui ergo nobismetipsis defendendis sufficiemus?* Sacerdotes communicato cum civibus consilio, utramq; civitatē in curias convocare, ubi Ioannes Præmonstratensis Scabinos recēsere, denuoq; cōfirmare, saltem ut Thaboritas secū retinerent. Res tamen necdum ex Pragensiū voto succedere: Multæ n. Thaboritarū cohortes cum vexillis suis, in quib. calices depicti erant, Praga exire, qui ad Ziscam, Dubecii cōmorantem, concedere, ipsiq; constantem obedientiam ultro polliceri. [8] Zisca novorum recentiumve militum suorū virtutem experiri volens, eos ad arcem oppidumq; Rziczcanam adducere, qua 10. Cal. Septēb. expugnata, 7. sacrificulos in unū hypocaustū conclusos, exurendos, & inde Prachaticeiū tendens, Episcopū Nicopolitanū cū duob. sacerdotib. in quos in itinere inciderat, in piscina quadā submergendos curare. ¶ [10] Eodē die, 10. videlicet Cal. Sep. Cōradus, Archiep. Prag. Raudniccii verba anathematis illius, quo Papa Mart. V. Bohemos proscripsit, publice prælegēda curare. ¶ [11] NonisSeprēbris frater Zisca ad urbē Prachaticeiu accedere, à civibus ut sese dederēt, ipsumq; caput suū agnoscerēt, atq; Romanēses expellerēt, postulare: sese ipsis tum amicū atq; ꝓtectorē futurū. Oppidani à sacrificulis suis, ne sese dederēt, persuasi, armis correptis ipsi renūciādū curare, sese ab ita sordido nobili nihil periculi

Praga discessum meditantur.

Zisca Rziczanam expugnat, sacrificulosq; comburit.

Prachaticeium tendens Episcopum Nicopolitanum deprehensum submergendum curat.

Archiepiscopus Pragensis formam anathematis publice promulgandā curat.

Zisca Prachaticeiū expugnat

Thaboritarum quidam Despota Rosæmontani

metuere. Zisca ira percitus suis de urbe oppugnanda negocium dare, eam expugnare,& 130. (alii volunt 900.) homines occidendos curare.[12]. Cæteri Thaboritæ sese in duas catervas dividere,& Praga egredi: altera caterva duce Victorino Bocicco in Despotæ Rosæmontani ditionem irruere, eam pro libitu suo direptionib. flammisq; ferroq; vexare:[13] Cæteri, duce Suencone Buchovio & Chualo Rzepiccæo, in Lusatiam irrumpere, monasterium Ovinum, non longe à Sittavia situ, obsidere, quod expugnare non valentes, omnes circum circa pagos una cum monasterii villa exurere, atq; in Bohemiam abire.

quidam monasterii Ovini prædia vastāt.

Caput XL.

[1] Pragenses arcē Wissegradensem maximo ardore obsident.[2] Equites aurati Imp. per literas orant, ut negocium, quod ipsi cum Pragensibus erat, amice componendum curet.[3] Car. IV. Imp. de filiis suis vaticinium.[4] obsessi in arce Wenceslai cum Pragēsibus colloqui cupiunt.[5] mira tri.

Pragenses arcē Wissegradensem obsident.

PRagenses in nova urbe 17. Cal. Octo. congregari, deq; arce Wissegradensi subito confestimq; expugnanda deliberare, ideoq; statim nō longe à D. Pancratii castrametati tentoria ponere, omnes vias regias occupare, ne commeatus sive ad victum necessaria in arcē deferri possent, loco eo, quem Bohemi *Na Drauniczcu* dicunt, duo magna tormenta bellica, quib. arcē munitā quaterēt, collocare: Botizano quoq; templo perfracto tormentum bellicū admovere, eoq; arcē subinde petere. Ad omnes quoq; Thaboritas, qui ipsos auxilium, ferendum rogarent, mittere. Despotæ Cruschinæus, Bociccus, Chualus Recpiccæus,& Suenco Buchovius adventare: Zisca respondere, sibi non vacare. Supra pagū *Psary*, è regione Wissegradensis, cum à Slupo ad D: Pancratii iter est, est vallis, in eam hi sese immittere iussi Nec multum ab ipsorū adventu Zavischius cum Sacensibus, Launensibus, quiq: recens ab Imp. defecerant, Slanensibus adventare, quibus locum, in quo castra ponerent, sub Aula Carolina ostēdere. Sigismundus interea in montibus Cuthenis animo vehementer angi, quod tamen ne quis animadverteret, singulis diebus Musices exercitio vacare, serto redimiri,

Spem vultu simulans premere altum corde dolorem,

milites vero quos habebat, inprimis autem Hussareni, quotidie circa Boleslaviam oppidum, quod Germani Bunßel vocant, viā excursionibus infestare, multos pagos accendere, unaq; ingentem populi, fœminarumq; & innocentium infantum multitudinem exurere. Obsessi clam ad Imp. mittere, petitum ut de commeatu sive annona ipsis prospiceret: aliter enim se ultra quinq; hebdomadas se sustentare non posse. Imp. respondere, se ad summum trium septimanarum spacio victū ipsis paraturum: interea vero missis ad Moravos literis omnes ad arcem Wissegradensem obsidione liberandam evocare. Ipse Lutomeritiam pervenire, multas cymbas currib. imponendas, Beronā devehendas, ibi una cū multis currib. onerandas curare, ut terra mariq; [quod dicitur] arci victum advehere posset. Pragenses autem id rescifcere, in Insula, quæ sub Wissegradensi est, validas ligneas crates fabricandas, flumenq; multis catenis obducendum atq; claudēdum curare. Tum vero Nicolaus Hussineccius & Bzdinca cum 40. equitibus advenire, quibus Pragenses insulam committere.

Equites aurati quidam per literas Imp. orant, ut negocium, quod ipsi cum Pragensibus esset, amice componendum curaret.

[2] Dum hæc ita Pragæ geruntur, Despotæ Aleschus Bohanic, aliiq; Equites è Tractu Graditiensi, in urbe ea cōvenire, literisq; ad Imp. datis ipsi, quot quantaq; damna ditio ex cædib.& incendiis, quib. utrinq; infestaretur, faceret, enumerare, utq; dissidium hoc cum Pragensibus amice componendum, ipsis arbitratoribus & compositoribus committe et atq; crederet, hortari, studiumq; suum omne simul ipsi hac in parte offerre. Imp. acquiesce e, modo ipsum Dominum ad defensorem agnoscerent, omnium eorum, quæ hostilite gesta essent, memoriā perpetua oblivione delendam pollice i. Nobiles pacis studiosi nuncio hoc audito magnopere lætari, sese Pragam conferre, maxime urgere; Pragenses deliberandi spacium sibi sumere, ipsumq; hoc potissimum nomine, quod ipsos hostiliter obsedisset, religionemq; ipsorum opprimere vellet, acerbe accusare: nisi Deus opt. max. clementissime avertisset, q, augustissimus ipsius pater, Ca. IV. Imp. cū lachrymis prędixerat, pcul dubio evētu ū fuisse. Sibi tamen, si Theologos suos cū Pragēsiū Magistris de 4. illis capitib. in quæ Zisca consensisset, disputare pmitteret, satisfic i Legati ad Impe-

Imperatorem Beronam abire, responsum referre, qui acquiescere, disputationiq; ipsius interesse velle, interea tamen inducias paciscendas, ipsisq; Wissegradēsi decedendum esse: Pragenses, se nequaquam cessaturos, nisi Cæsar Magistros ipsorũ disputantes audiret, ipsisq; Wissegradensis possessione ultro cederet, respondere. Legati Graditienses ad Imp. venire, Pragensium postulata referre: Imp. efferveſcere ac dicere, *Wissegradensis possessione ad Cal. Graecas ipsis cedemus.*

In Pragensium responso dictum est, Imp. (ni Deus avertisset) quod augustissimus ipsius pater cum lachrymis prædixerat, adimpleturum fuisse. Ex Hageco igitur in lectoris gratiam hanc historiam mihi recensendam puto.[3] Pone Car. IV. anno Domini 1377. in cœnaculo arcis Wenceslai deambulantem duo filii sui, Wenceslaus & Sigism. stabant, qui tandem ad fenestram accedens, deq; ea prospiciẽs, urbem Pragam intueri, simulq; amaras lachrymas profundere. Aulici, quos habebat, mirari, nec tamen audere Imp. interrogare: tandem tamen arcis præfectus ipsum causam lachrymarum rogare: Imp. dicere: *filios meos regionis hostes futuros, ab alteroq; ipsorum Pragam urbem perditum iri scio: iam si scirem, uter ipsorum esset, equidem ipsum hisce meis ipsius manibus interficerem.* Præfectus arcis dicere: *A. M. T. rem Deo opt. max. permittat oportet, qui omnia in melius convertere potis est.* Imp. nihil amplius dicere, nisi: *faxit Deus.* In hanc historiam Pragenses digitum intendere. *Carol. IV. Imp. de filiis suis vaticinium.*

Imp. autem, cognito, se aditu ad arcem Wissegradensem terraq; mariq; prohiberi, in arce Carolina large ea, quæ ad victum pertinent, navibus imponenda, atq; ut eo viso obsessi ita animos resumerent, ab altero Multaviæ latere devehenda: In itinere vero Zlechovium cum multis torcularibus, ita Pragensibus metum incutere cogitans, accendendum: ipse Melniccam, Limburgum, montes Cuthenos, & Claslaviam abiens, copias ad obsessos liberandos colligendas curare.

5. Cal. Octob. qui in arce Wenceslai erant, in veteris urbis forum, telũ glandẽve plumbeam mittere, quo quidem ictu vir unus, & 5. mulieres concidere: ex una vero earum (id quod M Laurentius scribit) gravida infantem exsecare, & quod viva soboles esset, baptizandam curare. [4] Obsessi ergo nullum subsidium, quo liberarentur, perspiciẽtes, fame domiti, multis equis iã absumtis, colloquiũ captare, in quo Pragenses acquiescere, Hineccium Cruschinã Facemontanum, Victorinum Podiebradiũ, Hineccium Carbonopetræũ, alias sylvæpetræũ, sive Waldsteinium, Procopium Ausſæum, & Ioannem Facemontanum: qui in arce erant, cum aliis negocium publicum militare gerentibus, Ioannem Wschemberæum Bozcovicium ablegare, inter quos tandem 13. Cal. Novemb. ita convenire: ut nisi Cæsar intra dies 14. eos, arci victum sufficiens, obsidione liberaret, ea, nemine vel verbulum ullum contradicente, Despotæ Hynconi Cruschinæ dederetur. *Obsessi in arce Wenceslai cum Pragensibus colloqui cupiunt.*

[5] Hæc dum ita inter ipsos agerentur, ecce mira iris apparere, quam M. Laurent. Beruleius, (Germanice von der Birckẽ) qui exulceratis illis temporibus vixit, hisce verbis describit; *Magistri & Baccalaurei quidam in monte, qui Bohemis* Caucce hora *dicitur, trans Multaviam, considentes, actionem eam spectantes, deq; variis inter se conferentes insolitam iridem observare, cuius unum extremum quasi sub ipsorum pedibus ultra Multaviã usq; ad D. Pancratii sese extenderet, qui tamen vix circuli quadrans est.* Quod utrum verũ sit, necne, lector iudicet; ego, quod legi, retuli. *mira iris.*

Caput XLI.

[1] *Imp. in novam arcem Cũraticen advenit.* [2] *cum Pragensibus, etiam dissuadentibus suis cõsiliariis militaribus, dimicare vult.* [3] *cæsariani caeduntur & fugantur.* [4] *arx Wissegradensis, Pragensibus dedita* [5] *exuritur.* [6] *de exstructione ipsius.* [7] *Balneum Libussæ.* [8] *Imp. milites suos ad prædam emittit.* [9] *Orebitarum origo.* [10] *Orebitæ sese Zisca addunt.*

Sigism. Imp. prid. Cal. Novemb. in arcem Cunraticen, quæ alias nova arx dicebatur, miliare Praga distantem, post Wissegradensem sitam adveniens, prandere, eoq; die Pragenses invadere, nolens plures Moravorum Despotarum copias expectare, quæ circa vesperam advenientes, ut mane eo citius exsurgere possent, totam noctẽ armis tectæ in sylva commorari. Ad presidiarios quoq; q in arce Wẽcesl. erãt, ea nocte literas dare, utq; Ducis Saxoniæ domũ in minore urbe à Pragẽsib. obsessam, oppugnarẽt, &, modo possent, incenderẽt, se interea cum omni apparatu castra ad Wissegradũ aggressurũ. Quid fit? tabellarius intercipi, Pragẽses *Imp. in novam arcem Cunraticen advenit.*

fiderent: sed 16. Cal. Maii positis ad arcem Wissegradensem castris eam octiduũ obsiderent, fameq; expugnassent, modo paulo diutius ibi permansissent, neq; sibi à Cęsarianis, iuxta Pragam iacentibus obsessisque victum suppeditare volentibus metuissent.

Caput XXXV.

[1] Rustici Cuthnenses tumultuari incipiunt.[2] à Bohuslao caeduntur.[3] quinam sint, & quibus privilegiis gaudeant.[4] Tustenses cur peculiaribus privilegiis donati.[5] Brzetislaus Dux Bohemiae, in Poloniam irruit, eamq; spoliat.[6] primum ante Papam, tum etiã ante Imperatorem Heinricum III. accusatur.[7] Impera. postulat spolia Polonica.[8] Bohemi ea Imperatori simpliciter denegant.[9] Imperator sub comminatione belli spolia reposcit.[10] Brzetislaus Dux bellum non recusat.[11] Imperator magna manu eos adoritur.[12] Brzetislaus Dux silvam succidendam curat.[13] Caesariani à Bohemis caesi.

Rustici Cuthnenses tumultuari incipiũt.

à Bohuslao caeduntur.

ATQVI haec non tantum à civitatibus atq; Pragensibus ita geri; sed & Cuthnenses, qui circa Tustam sunt, exsurgentes inter Tenditium episcopale & Tustam in monte quodam, quem munimento obvallabant, castra ponere, quorũ dux sacerdos quidam erat.[2] Bohuslaus Cygnaeus, vulgo Suanbergensis, Pelsinensium Dux, eo cognito celerrime Tenditium episcopale tẽdere, ne Despotis Crucigeris, id tum obtinẽtib. fraude aliqua peterentur, ibi summum silentium facere usq; ad Cal. Maii, quibus ante lucem copias suas rusticorum castris admovere, ubi nullis excubiis, quas bellica tamen ratio requirebat, repertis, omnia ipsi facilia esse, improvisus ipsos obruere in fugam vertere, ecclesiasten cum quodam tubicine captivos Pelsinam abducere ibidemq; exurendos curare.

qui nam sint, & quibus privilegiis gaudeant.

[3] Hic mihi aliquid de Chodonibus sive Cuthnensibus, qui Germanico agnomine à Canis capite deducto appellari volunt, dicendum est. Bohemiam igitur olim à multis iisq; potentibus hostibus infestatam, variasq; irruptiones ipsi sustinẽdas fuisse, tenendum est. Has ut praecaverent, Bohemici Reges circum silvã (quae Bohemiam ceu murus cingit) rusticos collocare, qui rus quidem colerent, semper tamen in armis atq; parati essent; ex adverso vero eos omnibus, quae dicunt, regalibus dotare, id est, iure venandi, piscandi &c. imo & omne vectigal in toto regno ipsis remittere, ab omnibus etiam oneribus sive servitutibus civilibus immunitatem ipsis concedere, ut ne quem Dominũ, nisi solum Regem agnoscerent.[4] Quod autem circa Tustam degentes peculiaribus privilegiis gaudeant, haec causa fuit: [5] Brzetislaus Dux, decimusnonus Bohemorum Princeps, in Poloniam irruperat, Casimiroq; fugato Cracoviam diruerat, multũq; auri & argenti, immensumq; adeo thesaurum rapuerat, sacra, campanas, multaq; hominum millia in Bohemiam abduxerat.[6] Huius Bohemi, praecipue vero Dux Brzetislaus, ante Papam accusari, qui ipsum citare. Dux vero, qui, pecunia simul oblata, deprecatione usi, rem cõponendam curarent, legatos mittere, qui etiam negocium feliciter conficere. Papa ergo Bohemos nõ graviore poena plectere, quam ut elegans templum ipsis cõdendum iniungeret, id quod illi facere, templumq; Wenceslai in oppido, quod Germani alten Bunzel vocant, cõdere. Quo cognito Poloni Rom. Imp. Heinricum III. Bohemis minus faventem, adire, graviterq; conquerentes, dilectae à se patriae excidium enarrare, ipsumq; consilium rogare. Wrschovecci quoq; duos è Bohemia ad Imp. Aureatum mittere, qui, quomodo Bohemi in Polonia grassati fuissent, recenserent.[7] Imper. in Bohemos ansam nactus, bellumq;, quod parens ipsius, Conradus Imp. nisi morte preventus fuisset, confecisset, conficere posse sibi visus, missis legatis in Bohemiam, pecuniam illam, bonaq; quae ipsi in Polonia rapuissent reposcere. Dux Brzetislaus respondere, se semper Imp. Rom. fidum atq; obsequentem, nunquam autem rebellem fuisse, insuper etiam tributum illud, quod quondam Ca. III. alias *Crassus* dictus, Bohemis signum obedientię imposuerit, ne-

Tustaei cur peculiaribus privilegiis donati.

Brzetislaus Dux Boh. in Poloniam irruit, eamq; depraedatur.

primum ante Papam, tum esset ante Imp. eius accusatur.

Imp. spolia Polonica reposcit.

pe

Digitized by Google

pe 120. boves 500. marcas nummorum argenteorum, ubi quæque marca 20. nummorum valorẽ æquat, persolvisse. Nihil igitur amplius aliudve solvere: sed potius honeste mori, quam nova onera sibi imponenda permittere velle. Imperator novis legatis missis, Bohemis significandum curare, Corolum Imperatorem, quę voluerit, præcipere potuisse: iam se Cæsarem pro libitu suo novas leges condere. An vero legum condendarum autoritatem atq; potestatem penes Imperatorem esse Bohemi nesciant? [8] Bohemi respondere: se Cæsari in omnibus obsequuturos; nova autem sibi imponenda nequaquam toleraturos. [9] Legati dicere: *aperite nobis mentem vestram, utrum Polonicos illos, quos rapuistis thesauros, reddere velitis, nec ne? quodsi facere recusaveritis, Imperatorem tantis copiis instructum adventurum scitote, ut vi auferre valeat.* [10] Brzetislaus dicere: *Veniat modo, non tot equites in Bohemiam introducet, quin sepeliendis locus inveniatur.* [11] Legatis hoc referentibus Imperatoris cor ira cumulari, ipse copias conscribere quam maximas, in Bohemiam movere; Dux Brzetislaus quoque non feriari, cum suis copiis in tractum Tustæũ venire inter Romsbergum & Hostaviam, ubi etiamnum ipsius valla non procul à veteri ædicula videre est, castra ponere. Ad hunc, Ducem suum omnis populus è tractu Tustæo; ut apes ad thymum, metu Germanorum convolare. [12] Ex hoc populo Dux 500. rusticos deligere, eosque in silvam Bohemicam missos iubere, ut omnem illum tractum, qui est inter Ratisbonam & Pulchram vallem, succiderẽt, ut & pone se omnes arbores succidendas curare, id quod Bohemis metum incutere, quapropter quidam ipsum adire, dicentes: *male vero rem gessisti; nos numero pauci sumus, Imperator multis instructus est: quodsi, quod Deus avertat, cadamur, qua effugiemus?* Dux Brzetislaus indignatus respondere: *num vero Germani necdum visi vos terrebunt? vos timidi, abite; cæteri vero, qui mihi suæq; patriæ, cui iure meritoq; extrema subimus, fidem præstare volunt, me cum maneant, ferreos, nõ coriaceos gladios gestamus: æneos arcus habemus, non ulmeos, ut Germani: ex ipsorum corpore æque atq; ex nostro sanguis, non lac effluit.* Quibus dictis iureiurando sese permansuros obstringere. Cæsar hisce cognitis, cum copiis suis pergere, arcemq; Cervimontanam præterire, inter Bohemiam atque Bavariam in alto monte castrametari, vexilla movenda, tympana fistulasque audiendas curare. Cognito vero, silva à Bohemis succisa, ipsos in ima valle locum cepisse graviter commotus milites suos, ut pedites dimicarent, amplissimis verbis adhortari. At vero Bohemi Romsbergo paululum in sylvam concesserant, ibique imam vallem occuparant, quam Bohemi etiamnum (propterea, quod omnis iste locus cæsorum sanguine rubuit) *Rosam* dicunt, id quod Cæsar ignorare, eos in veteri suo nido etiamnum latere putans: ante lucem ergo aciem struere, gravis armaturę milites primo; levis, secundo loco statuere. Exsurgentium ergo arma tanto fulgore collucere, ut glaciem à monte devolvi decidereq; putares. In imam vallem pervenientes, nihil nisi virgulta reperire, per quę magno labore permeare, quique præcesserant, libenter recessissent, quia iam lassi, nisi insequentes ipsis institissent, ipsosque montem conscendere coegissent, utut grave, imo gravissimum ipsis fuerit. Hoc modo isti pergere, donec alteram vallem cõtingerent: ibi teneriores & nobili genere oriundi, ut Principes, magnates &c. nec æstui tolerãdo assueti, debilitati exhaustiq; cõcidere; multi, ut Marchio Thermitanus (vulgo Badensis) crasso graviq; corpore; cæteri gregarii milites sitibundo vultu, æstuanti hepate, arboribus acclinare. [13] Quod Bohemis animum addere, qui nõ cunctari, sed hora 10. ipsos invadere, 5. Calend. Octobris 1040. omnes in universum occidere. Maiorem sane partem Cutheni uncis occidere, spoliare, atque à victoria in magnam profundamque fossam coniicere, atque sepelire, iuxta quam fossam postea anno &c. 1447. Dux Brzetislaus monasterium condere, nomine *cippus*, Bohemice *Pivvonca*, in nomen B. virginis Mariæ, in idque monachos eremitas D. Augustini ordinis introducere. Præclaro hoc facinore *Codovvi*, id est, *oberrantes* isti à Duce Brzetislao eam libertatem impetrarunt, ut tum ipsi, tum posteri ipsorum nemini subditi subiectiq; sint, omnibus regalibus utantur, rubrica signent, in insignibus suis uncum cum aliquot stellis exhibeãt. Iam omnes 500. Tustæis pro aliquot & quadragenis millibus depositi sive oppignerati sunt: etiamnum tamen suos viginti senatores habent, licetque ipsis in veteri sua ante paucos

Bohemi ea Imp. simpliciter denegant.

Imp. sub comminatione belli ea reposcit.

Brzetislaus Dux bellum nõ recusat.

Imp. eos magna manu adoritur

Brzetislaus Dux silvam succidendam curat.

Cæsariani à Bohemis cæsi.

Digitized by Google

annos ex parte combusta arce cõvenire, atq; consultare, semper tamen cives Tustæi ipsis adsint oportet, quorum unus ipsorum iudex, alter Scriba sit. Atq; hæc de Codonibus sive Cuthenis.

Caput XXXVI.

[1] Quidam Pragenses arcem Wenceslai cum impetu invadunt,[2] non sine damno repellũtur.[3] arx iterum oppugnatur.[4] Thaboritæ arcem conscendunt.[5] Multii Thaboritas ex arce expellũt, eiiciuntq́.,[6] Pragenses Ziscam auxilium contra Cæsarem ferendum rogant.[7] Hradissi, monasterium oppugnatur & funditus exuritur.[8] Zisca monasterium Beneschovium exurit.[9] Thaboritæ Pragam perveniunt.[10] eorum petulantia Pragæ.[11] Dominus Ioannes Michaleccius Michaelimontanus à Thaboritis fugatus.[12] monasterium portæ Apostolorum exuritur.[13] arx Domini Marcotrazasii diripitur & accenditur.[14] quarundam urbium populus se Pragensibus addit.[15] muro quodam collapso 27. Thaboritarum mulieres occisa.

Quidam Pragenses arcem Wenceslai cũ impetu invadunt.

non sine damno repelluntur.

Nonis Maii anni 1420. quidam audentiores è civitate Pragensi exsurgentes, circa vesperam in arcem Wenceslai absq; Duce magno impetu incursion em facere, usq; ad portam pervenire, clathros pensiles perfringere, Ducẽ cum aliquot equitib. in arcem repellere, quosdam omnino occidere, in arcemq;, quã iam plane expugnatam putabant, properare.[2] Præsidiarii vero milites denuo eos adoriri, in fugam vertere, & Pohorcelocium usq; persequi, ut 70 fere perierint. Repulsi isti ibidem locum capere, monasteriaq; Strahoviense, Brzcuinovienseq; ante Pragã omnino diruere.[3]

Arx iterum oppugnatur.

Pragenses aũt hoc ipsorum statu cognito, septingenti convenire, ad inferiorem urbis portam, quę est ortum versus, locum capere, scalas applicare, omneq; studium effringendæ portæ adhibere: contra illi in arce, maxime vero à nigra turri, lapidib. sese sagittisq; defendere. Cui tumultui Zisca, triginta equitum comitatu instructus è Pelsinensi tractu superveniens, deq; Albomonte monasterium Brzcuinoviense conflagrare videns, pleno ore cachinnum tollere. In Rohorzaleccium autem pervento Thaboritas in destruendo quam occupatissimos invenire, ad eosq; eques cursu accelerare, qui agnito occurrentes ipsum plurima salute impertire, adventum utrinq; gratulari, ac dicere: *ecquam tibi, frater Iane, placet, quod sacrum Chrisma eoq; inunctos sanniones ita castigamus?* is autem digito in a cis templum intento, dicere: *ut quid ergo hanc calvitiei officinam sartam tectam reliquistis?* qui respondere: *heri ipsam invisere volentes turpiter inde repulsi sumus: crede nobis, frater Iane, revera hac præda in casses nostros incidente, ne ullus quidem lapis super altero maneb t:* Zisca videre, Pragamq; eques ingredi. Ipso vix digresso, quidam veniens referre, portam inferiorem à Pragensibus incursione facta oppugnari, cunctosque, qui in arce sint, ad eam defendendam accurrisse.[4]

Thaboritæ arcẽ conscendunt.

Quo nuncio Thaboritę delectari, relictisq; omnib. ad superiorem portam accurrere, eam effringere, currere intro, tẽplúm conscendere, ambitus ex elegantib. lapidibus cæsis pulchre constructos, qui in sacello D. Wenceslai erant, malleis clavisq; confringere, totiusq; templi vastãdi desiderio flagrare.[5]

Multzii Thaboritas ex arce expellunt.

Quo Multzii in veteri u be cognito, sua cohorte ad opem templo ferendã accurrere, Thaboritas, ut abstinerent, hortari, (in primis Gircicus Prsteccius Thaboritam quendam stomachantem Thomam Brusynæum, de pergula, telo in eum immisso, deturbare) ipsos inde expellere, quibus &, qui in arce erant, mercenarii prę sidiarii subsidio accurrere, gratiisq; actis polliceri, honestam præstiti huius officii mentionem apud Imp. à se factum iri: id quod ipsi acceptare, ex arce excedere mercenariiq; milites eam melius diligentiusq; custodire. Quoniam etiam ii qui inferiorem portam obsederant, Reginam Sophiam iam pridem discessisse, nec interea unquam in arcem rediisse cognoverant, ipsi quoque arcem deserere, quietiq; sese dedere, id quod, qui in arce erãt, æquissima mente accipere.

Pragenses Ziscam auxilium contra Cæsarem ferendum rogant.

[6] Pragenses interea Ziscam splendide accipere, lauteque habere, ipsumque, si fortassis ab Imperatore obsiderentur, ne eos in hisce malis desereret, orare, quæcunq; Thabo ita ipsis iniunge ent, à se p. æstitum i i pollicẽtes Zisca annuere, imo suoque & omnium Thabo. ita um nomine opem pollice i, quo Pragenses læta i, animosque cum Sigismundo confligendi sume e. Postridie Zisca P. aga exsur-

Digitized by Google

exſurgere,in Thabor properare,ad confœderatos,eiusdemq; ſe cum religionis aſſertores,literas dare,ipſisq; Pragẽſium conditionẽ petitionẽq; per eas ſignificare. Hyneccius Cruſchinæus audita Pragenſium voluntate,alacris 400.viros in Graditienſium tractu iuxta Trzebochovitium colligere, præcipue vero Ambroſ. & Matthias Lupacius una cum cæteris ſacerdotib.ſeu potius eccleſiaſtis, populum, ut purã doctrinã defenderent,adhortari,ideoq; ipſi una cum copiis Pragam abire[7] in itinere monaſterium Hradiſſtienſe magno impetu incurſione facta oppugnare,idq; una cum oppidulo funditus exurere. Pragã advenientes,arcem Wiſſegradenſem oppugnare,ad quã tamen cędi,multosq; milites amittere. Thaboritis cõgregatis Ziſca florem militũ eligere,quos Deſpotę Nicolao Huſſineccio,cui novũ ſuum oppidum Thabor commiſerat,fidem dare iubere,una cum cæteris Thaboritarum ducibus,Deſpotis Suincone Buchovio,& Chualo Rcepiczæo,Pragã abire.[8] In itinere ad oppidũ *Beneſchoviam* pervenientes,monachos viſitare, quorum monaſterium elegantiſſimum erat,ubi obvia quæq; rapere,monaſteriumq; accẽdere,oppidũq; una cum monaſterio funditus exurere. Inde progreſſi Porcicceiũ pervenientes iuxta flumen locum capere,quib. Cæſariani libenter viã præcluſiſſent,ideoq; exſurgere,fortunam periclitari velle, atq; in Thaboritarũ conſpectũ prodire,quorum Duces erant,Deſpotæ Wenceſl.de Leſtno,Petrus Stellæmontanus,Conopiſtius,Ianecus Suidnizkius,Albertus à Dana, atq; hi in ipſos eo,quo dictum ẽſt,loco incidere. Sed ꝙ in magno fruteto deliteſcerent,equites non eadẽ qua Thaboritæ,pedites,commoditate frui,ideoq; ſaltem miſſilib.telis aliquid tẽtare,atq; diſcedere.[9] Hoſpitibus hiſce digreſſis Thaboritę Pragam properare,quã 13.Cal.Iunii ingredi,quo civitas lætari,ideoq; omnis clerus,frequens ſenatus, cũ omni civitate ipſis obviã procedere,eos amice excipere,cum cõiugib. atq; liberis, quorum magnus numerus,magnifice accipere, ſufficientem victum è profugorũ monachorum cœnobiis ſuppeditantes.[10] Sequenti die Thaboritæ in urbe Praga hinc inde deambulantes Pragenſ.myſtaces reſecare,virginib.ſpiras,quibus comã implicitam habebant,& mulieribus pepla deripere,id quod Pragenſ.milites tolerare nolle, resq; ipſa publicũ tumultum ſpectare videri: verum Duces in medium prodire,atq; ſub pœna ſuſpendii hæc & ſimilia nefaria facta prohibere.

Hradiſtienſe monaſterium oppugnatur & funditus evertitur.

Ziſca monaſterium Beneſchovium exurit.

Thaboritæ Pragam perveniunt.

eorum petulantia Pragæ.

11.Cal.Iunii Deſpota Ianus Michaeli montanus,*Michaleccius* dictus, cum multis equeſtrib.atq; pedeſtrib.copiis,curribus,veſtib. aliiſq; rebus precioſis, magnis validiſq; uncis,quib.ſuo tempore catenæ in urbis plateis diſſecãdæ erant,ad muniendã arcem ipſis ſubſidio venire: Thaboritæ vero ſeſe in inſulam aliquam abdere,ipſis præſtolari, prætereuntes adoriri,eosque ita aſpere duriterq; excipere,[11] ut nõnullis occiſis relictiſq; omnib.quæ ſecum habebat,impedimentis,ipſe vix ægre tribus ſuperſtitibus Comitibus in arcem Wiſſegradenſem pervenerit.

Deſpota Ioannes Michaleccius Michaeli montanus à Thaboritis fugatus.

Nec ita pridem Sacenſes,Launenſes & Slanenſes iuxta pagum Simolicce, miliare à Lana ſitum,ſeſe coniunxerant,[12] qui monaſterium illud,cui nomen *porta apoſtolorum*, Bohemice *Poſtoloprty*, quondam Deſpotarum Sekyckiorum ſepulturæ dedicatumq; & conſecratum,iamq; oppidum Poſtelberga ſitum eſt,petere,id obſidere,cum impetu oppugnare,tantiſperq; ignea tela globoſq; immittere, donec monaſterio accenſo,quæcunq; in eo erant,inprimis autem inſignẽ omnis generis libris bibliothecã,comburerẽt.[13] Ab hoc monaſterio ad Deſpotę Macotrazaſii arcem (cuius rudera non longe à Buſchtierado videre eſt) pervenientes, expugnarã accendere,adeoq; Petro Cupeccio Meſirgyczkio irreparabile damnũ dare,[14] tãdem tamen 10.Cal.Iunii aliquot centeni Pragã,ad ſanã doctrinam,adverſus Imp. quam is delere conſtituerat,defendendam pervenire,quorũ Duces erant Zarviſius Barbatus,Petrus Obroweccius una cum Paſtore ſuo Petro Spiczca. A Pragẽſibus etiã magno cum gaudio accipi,honeſte excipi, inq; ipſorum ingreſſu ſacri quidam hymni dulceſq; pſalmi cantari.[15] Ad 8.Cal.Iunias Thaboritarum, Sacẽſium,Launenſium,Slanenſiumq; fœminæ convenire,monaſterium Katharinæ in nova urbe ingreſſæ,tecto deiecto murum,viris ſuis autoribus & impulſoribus cõvellere: ipſis autem minus prudenter occupatis, medium templi faſtigium corruens viginti ſeptem mulieres obruere, ideoque eo meridie finem facere: poſtridie mane oppreſſas mulieres quærere ipſis animus eſſe; altera vero Cameræ parte nutare viſa, ceſſare: hinc turris cum altera parte, in hodiernum

Monaſterium porta Apoſtolorum exuritur.

Arx Deſpotæ Marcotrazaſii diripitur & accenditur.

Quarundam urbium populus ſeſe Pragenſibus addit.

muro quodam collapſo 27. Thaboritarum mulieres occiſæ.

Tocceniccam, Carolsteinium, & novam arcem, quæ alias *Cunradice* dicitur, ubiq; thesauros, quos frater ipsi collectos reliquerat, visere. [8] Tum iuxta Beronam ad Monasterium aulę Regię castrametari, fossas, valla, & similia ad castrorum defensionem necessaria, effodienda & conficienda curare.

munit se vallo.

[9] Interea v. M. Iacobellus de Misa, in Redintuinensi templo Diaconus, quosdā absq; fide, absq; pœnitentia, absq; pio studio S. cœnæ communicantes observare: populū ergo adhortari, ut prius ex præscripto D. Pauli quisq; se ꝓbaret, spiritu cōtrito, pia attētione, bonoq; proposito, nec sine fide ex mera levitate, ꝙ fere maior pars facere soleret, eam sumeret. Quo cognito Thaboritæ tumultuari, utq; sequē ti die mane ex urbe excedere cogeretur, efficere, qui tamen ipsis digressis reverti.

M. Iacobellus populum exhortatur.

in exilium pellitur.

[11] Uldricus Rosæmontanus incertum fortunæ exitum perpendens, Imperatoremq; præsentem oculis suis cernens, ipsius potentiam exploratam habens, subito cōsiliū capere, Thaboritis suis desertis, sacerdotes suos captivos habere, eos Caustnicum, Iuvomontū (vulgo Helffenberg) Crumloviam, Gigantomontum, novam arcem (alias *Cunraticen* dictam) mittere, à Legato Papali Ferdinando, Episcopo Lunensi in arce Zibrac habitante absolutionem petere, eamq; impetrare. Contra vero Despotæ Abetsch, Wrzetischovius, Benoschus Macrovius, & Geor. Chualcoviccius ad Cunieticorum montem, supra Pardubiccium, magnum numerū rusticorum colligere, Regino Graditium tendere, à civibus, quibus Imperatoris animus erga religionem iam innotuerat, ipsosq; iam pridem magno desiderio expectarant, lubenter immitti, ubi quilibet venerandum Sacramentū sub utraq; specie sumere. [12] Septimo Cal. Iulii Germanici Principes cum maximis suis copiis auxiliariis ad Imperat. accedere, qui quidem Principes ipsi erant Elector Saxonicus, Dux Fridericus bellicosus, Marchio Brandemburgicus Albertus Dux Austriacus, Sigismundi gener.

Vldricus Rosæmontanus ad Imp. deficit.

Germanicorum Principum auxilia ad Imp. veniunt.

Caput XXXIIX.

Imperator Pragam obsidet.[2] Pragenses ipsum hostiliter excipiunt.[3] Wdalricus Rosamontanus Thabor obsidione cingit.[4] ad internecionem caditur.[5] Imp. in Pragenses urbes incursionē facit.[6] repellitur.[7] duæ mulieres & una virgo fortiter cum Cæsarianis dimicantes.[8] Ziscæ periculum imminet.[9] Bohemi tamen in monte victoriam obtinent.[10] incendium in Imp. castris exortum.[11] Thaboritæ duo monasteria exurunt.[12] Imp. Pragam deserit.[13] regem se coronandum curat.[14] militibus suis de thesauris regiis satisdat.[15] S. Viti spoliat,[16] ornamenta imperii Germanis oppignerat.

PRID. Cal. Iulii omnis exercitus Pragam appellere, in campo ad Bruscam, Holeyschoviccium, Owenccium, Bulny, Oboru atq; in Na Letni dicto locum occupare, & hostilia adversus ipsos machinari, Hungari sagittas suas ex Archiepiscopi horto, in veteris urbis circum usq; (id quod valde incredibile) emittere. [2] Nec Pragenses feriari, illos hostiliter excipere, sæpe cum Cæsarianis confligere, in primis vero frater Zisca, die Margrethæ montē, non procul à loco, quo fontes à Pragensibus supplicio afficiuntur, situm, & adhuc Bohemice *Ziscovva hora*, id est, *Ziscæ mons*, dictum occupare. Ex hoc etenim monte urbem vexari posse, perspicere: quod ut evitaret, sepibus fossisq; circumcirca factis præcavere, ne ullus irrupturo forsitan hosti aditus pateret Cæsarianos milites 150000. Cuthenus, alii (quod fidē excedit) 300000. Hagecus de anno 1444. eos 30000. numero fuisse scribunt, Germanos 125000. Cæsarianis iam antea 40000. adduxisse, in antiquo quodam manuscripto legi. A Germanis 140000. numero, Cæsarianis suppetias latum, adductos esse, Martinus Boreck Wratislaviensis memoriæ prodidit. [3] Oppidum Thabor Uldricus Rosæmontanus, Imp. iussu, prid. Non. Iulii obsidione cingere, eam à se brevi captum iri sperans. [4] Nicol. Hussineccius aūt, à Zisca cum flore militū ibi relictus, eruptione facta hostes in fugā versos ad internecionē cædere, atq; ita plane ab urbe fortissime repellere. [5] Imp. duas Pragensium urbes (veteremque & novem) 5. Id. Iulii vehementissimo impetu planeq; imperatorio ardore tribus in locis adoriri, novam urbem Thaboritæ mox obsidione liberare: vetus autem urbs, etsi multo est munitior, magna tamē pericula sustinere coacta est. Cæsariani enim multas cohortes in eā iā introduxerāt: quo novę urbis incolę cognito una cū Thaboritis ipsis celerrime succurrere, [6] Cæsarianos ex urbe expellere, qn & ultra Multaviā actos fugare. Germ. igitur, viso veterē urbē à se expugnari nō posse, nisi Ziscā

Imperator Pragam obsidet.

Pragenses ipsum hostiliter excipiunt.

Vdalricus Rosamontanus Thabor obsidet.

ad internecionē caditur.

Imperator in Pragensium urbes incursionem facit.

repellitur.

Duæ mulieres & una virgo, fortissime dimicát cum Cæsarianis. Ziscæ periculū imminet.

à monte repellerent, infra pagum, *Bubny* nomine, Multaviam transmittentes in campo (quem *hospitalem* dicunt) castrametari, idib. Iuliis montem incursione facta adoriri (erant autem Cęsariani pleriq; omnes Cervetii, vulgo Misnici Saxones, & Lutiburi) sepes fossasq; celeriter transilire,[7] duas mulieres cum una virgine offendere, hastis ita vehementer sese defendentes, ut potius interfici, quam loco cedere maluerint.[8] Peditatus sepibus divulsis, fossisq; repletis soloq; æquatis equitatui viam sternere, qui fere usq; ad verticem pervenisset, ipsumq; Ziscam fere prostrasset, nisi, quos habebat rusticos, flagellis suis ferreis ipsum repulisset. Novæ urbis incolę conflictum in monte perspicientes, metu, ne Zisca, idquod omnino quoq; factum fuisset, succumberet, congregari. Thaboriticus quoq; sacerdos classico cantato, vel potius campana signo pugnæ dato, arrepta vexilli loco hierotheca sive S. eucharistiæ receptaculo, ad montem accurrere,[9] quem Thaboritæ novæq; urbis incolæ sequi, Ziscæ succurrere, Germanosq;, quibus fessis Imperator subinde subsidiarios substituebat, cædere. Tormenta quoq; sua Bellica Pragenses ante portam Portzitzschanam trahenda sive devehenda curare, à nosodochio summa vi cæsarianos petere, ita ut plurimi prosternerentur. Nec vero illi, qui in monte erãt, feriari, omnibus viribus hostem cædere, tum recta recedere, fossas profundiores facere, sepes resarcire atq; reficere, tum iterum hostes aggredi, totum diem cum ipsis confligere, ita ut plurimi occumberent, montemq; turpiter deserere cogeretur, quem Bohemi, Dei opt. max. ope obtinere.

Bohemi victoriam in monte obtinent.

Incendium in castris imperatoris exortum.

[10] In castris porro Cæsarianis 14. Cal. Augusti iuxta pagum Letna, incendium exortum vento vehementi magis ac magis accensum multa amplaq; tentoria una cum multis preciosisq; rebus, præcipue vero & scalis ad irruptionem necessariis, absumere.

Thaboritæ duo monasteria exurunt.

[11] Thaboritæ 7. Cal. Augusti in nova urbe Pragensi monasterium D. Ioannis *Nabogischti* dictum, iuxta portam porcinam, in quo Crucigeri Rhodiorũ ordinis, exurere. S. Clementis quoq; diruendi soloq; æquandi initium facere, muro autem corruente viginti & aliquot opprimi.

Imperator Pragam deserit. Regem se coronandum curat.

[12] Imperator, 13. Cal. Augusti anni 1420. viso, se ad urbem Pragam nihil efficere posse, assumtis aliquot viris principibus, in arcem Pragensem venire,[13] dominicaq; post D. Iacobi, præsentibus quibusdam Bohemicis Despotis atque Nobilibus, à Conrado Archiepiscopo Pragensi sese inaugurandum atq; coronandum curare, veteriq; de more, multos, quanquam obscuriores, nobilitare, equitesque auratos creare,[14] thesauros abditis in locis repositos, à parente suo Carolo Imperatore atque à fratre Wenceslao collectos, in castra devehẽdos curare, militib. q; suis de iis stipendium exsolvere. D. Viti quoq; expilare, calices, hierothecas & sigillaria auferre,[15] sacra imperii ornamenta ex arce Carolina tollere, Germanisque pro certa pecuniæ vi oppignerare.

Militibus suis de thesauris regiis satisdat. S. Viti spoliat. ornamenta imperii oppignerat.

Caput XXXIX.

[1] *Imperator copias suas dimittit.* [2] *Zisca monasteria Pragensia vastat.* [3] *Lanii monasterium D. Iacobi ab ipso defendunt.* [4] *Pragenses nolunt committere, ut Zisca templa diruat.* [5] *Monasterium Aulæ regiæ prope Beronam à Zisca exustum.* [6] *Thaboritæ magno suo malo arcem Wissegradensem invadere volunt.* [7] *Praga discessum meditantur.* [8] *Zisca Rzicżanam expugnat, sacrificulosq; comburit.* [9] *Prachaticcium tendens Episcopum Nicopolitanum deprehensum, submergendum curat.* [10] *Archiepiscopus Pragensis formam anathematis publice promulgandam curat.* [11] *Zisca Prachaticium expugnat,* [12] *Thaboritarum quidam Despotæ Rosæmontani:* [13] *quidam monasterii Ovini prædia flammis vastant.*

Imperator copias suas dimittit.

IMperator Bohemicum diadema nactus, ad urbem Pragam autem nihil efficere potis, 4. Non. Augusti obsidione, quæ mensem duraverat (quod quidem tempus omnium, sale excepto, satis magna copia in urbe fuit) soluta, se in montes Cuthenos conferre, Germanicosq; milites suos dimittere, qui mox regione excedere.[2] Verum Zisca frater hoc ipsorum discessu respirandi facultatem recipere, monasteria Pragensia expilare, ita vero apes castrare, ut & ipsa alvearia in cineres redigerentur. Nullum ille in Pragensibus urbibus inviolatum relinquere: integra exurere, exusta solo æquare.[3] At D. Iacobi in veteri urbe, in quo fratres minores,

Zisca monasteria Pragensia vastat.

Digitized by Google

nores,exurere volenti,lanii,autore & consuasore senatu,supervenire,idq; à malo vindicare. Hinc in hodiernum usq; diem monachis carnes vel inviti sufficere coguntur. Monasteriũ hoc in hodiernũ usq; diem integrum est,alte concameratum, in quo fenestrę è vitro pulchre picto factæ. In cõcava quoq; summitate multa insignia depicta sunt,ut & in sinistro latere veteris urbis,super quibus hoc distichõ: *Lanii monasterii D. Iaco ab ipso defendunt.*

Martia Praga tuas vires quis nescit avitas?
Quid mirum tibi si multiplicetur honos?

Et his paulo superius, à Præmyslao Ottogare fundatum,anno 1225. una cum veteri urbe anno 1316. incendio inter Iudæos exorto conflagrasse,item à Zisca, id in monasteriorum diluvio diruere volẽte,per lanios conservatũ. Sub anteriore pergulæ parte in rubro clypeo albus leo pictus est,sub quo hæc verba: *virtuti & benevolentiæ laniorum antiquæ urbis sacri huius templi & conventus integritatem à sacrilego Ioanne Zisca & sociis manu strenue tuentium conservantiumq; fratres minores grati animi studio pingi curarunt, anno 1598.*

Thaboritæ, nullo monasterio Pragæ amplius superstite, templa invadere velle, [4] cui quidem ipsorum proposito Pragẽses obsistere, à Zisca, ut domibus in honorem Dei exstructis, in quibus Christiani ad sacra peragenda Deumq; laudandum atq; celebrandum convenirent, parceret, postulare. Id Ziscæ bilem movere, [5] qui Wenceslao Coranda assumto, Praga egressus Aulam regiam, duo miliaria Praga distantem, prope Beronam pervenire, eam oppugnare, diripere, exurere soloq; æquare, cum iam 136. annos stetisset. Rex etenim Wencesl. Ottogar anno 1296. condere, Bohemiceq; *Zbraslavium* dicere. Sylvius c. 35. à Regum Bohemicorum mausolæis, ædificii splendore, insignibus cœnaculis, amœnis conclavibus, culto horto, circum quem pergula, cuius asseribus universa sacra scriptura magnis aureisq; literis inscripta fuit, non satis commendare sive celebrare potest. Augustissimum hoc monasterium, Ziscæ servi funditus eversum solo æquare, & licet instauratum sit, vix tamen umbra veteris est. *Pragenses nolunt committere, ut Zisca templa diruat. Monasterium Aulæ regiæ prope Beronam à Zisca dirutũ.*

Vastitas huius monasterii 4. Id. Augusti contigit, [6] quo die Thaboritæ quidam novæq; urbis incolæ Wissegradensis arcis oppugnãdæ periculum facere velle, per portam Ierosolymitanam summo silentio Wissegradensem petere, qui vero in arce erant, visis facibus, stramineisq; manipulis atq; laternis, silentium facere, usque dum illi ad portam pervenirent, eamq; effringere vellent tum vero prę̈sidiarii alte sublatis, de rusticorum more, manibus ipsos cædere, qui sese in urbẽ recipere volentes, portis iam occlusis in maximo discrimine versari, omnesq; procul dubio, nisi Cæsariani civium eruptionem meruissent, occisi fuissent. Postridie, qui in arce erant, mercenarii cæsos hostes ad præterfluẽtem deferre, & octoginta, ratibus impositos, Pragã demittere. [7] Id quod Thaboritas male habere, (propterea quod senatum sibi adversantem viderent) qui etiam dicere, quod portarum occludẽdarum negocium quibusdam dedisset, ut saltem ipsorum milites occiderentur: hinc etiam velle se omnes Praga exire. Pragenses eo audito, terrore perculsi, cogitare, *Thaboritis à nobis recedentib. Cæsar revertetur: qui ergo nobismetipsis defendendis sufficiemus?* Sacerdotes communicato cum civibus consilio, utramq; civitatẽ in curias convocare, ubi Ioannes Præmonstratensis Scabinos recẽsere, denuoq; cõfirmare, saltem ut Thaboritas secũ retinerent. Res tamen necdum ex Pragensiũ voto succedere: Multæ n. Thaboritarũ cohortes cum vexillis suis, in quib. calices depicti erant, Praga exire, qui ad Ziscam, Dubeccii cõmorantem, concedere, ipsiq; constantem obedientiam ultro polliceri. [8] Zisca novorum recentiumve militum suorũ virtutem experiri volens, eos ad arcem oppidumq; Rziczcanam adducere, qua 10. Cal. Septẽb. expugnata, 7. sacrificulos in unũ hypocaustũ conclusos, exurendos, & inde Prachaticciũ tendens, Episcopũ Nicopolitanũ cũ duob. sacerdotib. in quos in itinere inciderat, in piscina quadã submergendos curare. ¶ [10] Eodẽ die, 10. videlicet Cal. Sep. Cõradus, Archiep. Prag. Raudniccii verba anathematis illius, quo Papa Mart. V. Bohemos proscripsit, publice prę̈legẽda curare. ¶ [11] Nonis Septẽbris frater Zisca ad urbẽ Prachaticciu accedere, à civibus ut sese dederẽt, ipsumq; caput suũ agnoscerẽt, atq; Romanẽses expellerẽt, postulare: sese ipsis tum amicũ atq; ꝓtectorẽ futurũ. Oppidani à sacrificulis suis, ne sese dederẽt, persuasi, armis correptis ipsi renũciãdũ curare, sese ab ita sordido nobili nihil periculi *Thaboritæ magno suo malo arcem Wissegradensem invadere volunt. Praga discessum meditantur. Zisca Rziczanam expugnat, sacrificulosq; comburit. Prachaticcium tendens Episcopum Nicopolitanum deprehensum submergendum curat. Archiepiscopus Pragensis formam anathematis publice promulgandã curat. Zisca Prachaticciũ expugnat*

Imperatorem Beronam abire, responsum referre, qui acquiescere, disputationiq; ipsius interesse velle, interea tamen inducias paciscendas, ipsisq; Wissegradẽsi decedendum esse: Pragenses, se nequaquam cessaturos, nisi Cæsar Magistros ipsorũ disputantes audiret, ipsisq; Wissegradensis possessione ultro cederet, respondere. Legati Graditienses ad Imp. venire, Pragensium postulata referre: Imp. efferveſcere ac dicere, *Wissegradensis possessione ad Cal. Græcas ipsis cedemus.*

In Pragensium responso dictum est, Imp. (ni Deus avertisset) quod augustissimus ipsius pater cum lachrymis prædixerat, adimpleturum fuisse. Ex Hageco igitur in lectoris gratiam hanc historiam mihi recensendam puto.[3] Pone Car. IV. anno Domini 1377. in cœnaculo arcis Wenceslai deambulantem duo filii sui, Wenceslaus & Sigism. stabant, qui tandem ad fenestram accedens, deq; ea prospiciẽs, urbem Pragam intueri, simulq; amaras lachrymas profundere. Aulici, quos habebat, mirari, nec tamen audere Imp. interrogare: tandem tamen arcis præfectus ipsum causam lachrymarum rogare: Imp. dicere: *filios meos regionis hostes futuros, ab alteroq; ipsorum Pragam urbem perditum iri scio: iam si scirem, uter ipsorum esset, equidem ipsum hisce meis ipsius manibus interficerem.* Præfectus arcis dicere: *A. M. T. rem Deo opt. max. permittat oportet, qui omnia in melius convertere potis est.* Imp. nihil amplius dicere, nisi: *faxit Deus.* In hanc historiam Pragenses digitum intendere.

Carol. IV. Imp. de filiis suis vaticinium.

Imp. autem, cognito, se aditu ad arcem Wissegradensem terraq; mariq; prohiberi, in arce Carolina large ea, quæ ad victum pertinent, navibus imponenda, atq; ut eo viso obsessi ita animos resumerent, ab altero Multaviæ latere devehenda: In itinere vero Zlechovium cum multis torcularibus, ita Pragensibus metum incutere cogitans, accendendum: ipse Melniccam, Limburgum, montes Cuthenos, & Claslaviam abiens, copias ad obsessos liberandos colligendas curare.

5. Cal. Octob. qui in arce Wenceslai erant, in veteris urbis forum, telũ glandẽve plumbeam mittere, quo quidem ictu vir unus, & 5. mulieres concidere: ex una vero earum (id quod M. Laurentius scribit) gravida infantem exsecare, & quod viva soboles esset, baptizandam curare. [4] Obsessi ergo nullum subsidium, quo liberarentur, perspiciẽtes, fame domiti, multis equis iã absumtis, colloquiũ captare, in quo Pragenses acquiescere, Hineccium Cruschinã Facemontanum, Victorinum Podiebradiũ, Hineccium Carbonopetræũ, alias sylvæpetræũ, sive Waldsteinium, Procopium Aussæum, & Ioannem Facemontanum: qui in arce erant, cum aliis negocium publicum militare gerentibus, Ioannem Wschemberæum Bozcovicium ablegare, inter quos tandem 13. Cal. Novemb. ita convenire: ut nisi Cæsar intra dies 14. eos, arci victum sufficiens, obsidione liberaret, ea, nemine vel verbulum ullum contradicente, Despotæ Hynconi Cruschinæ dederetur.

Obsessi in arce Wenceslai cum Pragensibus colloqui cupiunt.

[5] Hæc dum ita inter ipsos agerentur, ecce mira iris apparere, quam M. Laurent. Beruleius, (Germanice von der Birck) qui exulceratis illis temporibus vixit, hisce verbis describit; *Magistri & Baccalaurei quidam in monte, qui Bohemis* Caucce hora *dicitur, trans Multaviam, considentes, actionem eam spectantes, deq; variis inter se conferentes insolitam iridem observare, cuius unum extremum quasi sub ipsorum pedibus ultra Multaviã usq; ad D. Pancratii sese extenderet, qui tamen vix circuli quadrans est.* Quod utrum verũ sit, necne, lector iudicet; ego, quod legi, retuli.

mira iris.

CAPUT XLI.

[1] *Imp. in novam arcem Curaticen advenit.* [2] *cum Pragensibus, etiam dissuadentibus suis cõsiliariis militaribus, dimicare vult.* [3] *cæsariani cæduntur & fugantur.* [4] *arx Wissegradensis, Pragensibus dedita* [5] *exuritur.* [6] *de exstructione ipsius.* [7] *Balneum Libussæ.* [8] *Imp. milites suos ad prædam emittit.* [9] *Orebitarum origo.* [10] *Orebitæ sese Zisca addunt.*

[1] Sigism. Imp. prid. Cal. Novemb. in arcem Cunraticen, quæ alias nova arx dicebatur, miliare Praga distantem, post Wissegradensem sitam adveniens, prandere, eoq; die Pragenses invadere, nolens plures Moravorum Despotarum copias expectare, quæ circa vesperam advenientes, ut mane eo citius exsurgere possent, totam noctẽ armis tectæ in sylva commorari. Ad præsidiarios quoq; q in arce Wẽcesl. erãt, ea nocte literas dare, utq; Ducis Saxoniæ domũ in minore urbe à Pragẽsib. obsessam, oppugnarẽt, &, modo possent, incenderẽt, se interea cum omni apparatu castra ad Wissegradũ aggressurũ. Quid fit? tabellarius intercipi, Pragẽses

Imp. in novam arcem Cunraticen advenit.

literas acceptas resignare, legere, Cæsaris animum cognoscere, eodem die exire, gentes, aciem, quantũ possunt, accuratissime instruere, Cæsarisq; adventum expectare, qui die iã aliquot horas exorto, & 15. hora, (ante quã Imp. eos, ex vi promissionis scripto factæ, obsidione liberare debuerat) elapsa copias suas admovere, in eminenti quodam colle commoratus, iis qui in arce erat, strictum gladiũ suum ostentare, ut in Pragenses impetum facerent, innuere volens. Quod aũt statã horam neglexisset, illi, q̃, ingenuos milites decebat, promissis stare, nec vel gladium quidẽ ullum in Pragenses stringere.[2] Cæsariani ergo Duces, viso Wissegradenses nullã vim repellere, Pragensesq; vallo sese satis valde munisse, ad Cæsarem accedentes, ut rem accuratius perpẽderet, nec populũ in discrimẽ adduceret, rogare: nullo etenim modo fieri posse, ut illi fugarentur. Imp. respondere: *minime vero: sed cum istis Pragensiũ flagelliferis nobis alea omnis iacienda est.* Quo audito Despota Plumloviscus Cravartius respondere, *nos aliis ludibrio futuros, copiasq; nostras à nobis misere proditum ac perditum iri, A.M.T. clementissime Cæsar, experietur: valde enim mihi à ferreis istorũ flagellis metuo*: Cæsar dicere: *vah! vestrã Moravorum timiditatẽ iã pridem novi.* Quo cognito duces equis suis desilire, & Despota Plumloviscus dicere: *iã videt A.M.T. nos nihil timere, sed ipsius iussa è vestigio sequi promtos ac paratos esse: eo vero, ubi A.M.T. non est, certe perveniemus.* Tũ pedites Moravi, lacũ Diviq; Pancratii præterire, Hungari v. superiorẽ, quæ ad eam, q̃ diximus, ædẽ deducit, viã inire, quos Despota Hieneccus Crussinæus Faccmontanus (Germanice von Liechtenberg) Pragensiũ Dux, excipere.[3] Hungari sese primũ armis velle defendere; sed Şacenses, Launẽses, Slanenses, à tergo in ipsos irruere, & obvios quosq; occidere. Itaq; illi cõfestim in fugã sese coniicere, quib. cum Imp. ipse quoq; aufugere. Quo Pragenses, q̃ in cæteris vallis erant, cognito omnes erumpere, Moravosq; circundare, nullum velle captivum ducere, sed omnes absq; discrimine flagellis suis ferreis occidere. In hoc cõflictu, quo Cal. Novem. cõflictati sunt, 24. Hũgarici Boh. Moraviq; Desp. occũbere, in quorũ numero Dominus Heinricus Plũloviscus supremus militũ Dux, Iaroslaus Weselenus, Woccius Holsteinius, Hein. Crũlovius, Hineccus Malenovitius Nicol. Lepus, Leporimontanus, Albert. Chotienovius, Petrus Stellæmontanus, Guilie. Lepus, Zidlochovicius, Raccecus Gigantomõtanus, Wẽcesl. Cluczivius, Hein. Hæfelius, Dominus Bechinienus, Tobias Nigromõt. Ianus Michalovitius, Aleschkirk Sobieschinius, Beneschus Trzẽschinius, Sobinus Suabẽicius, Witec⁹ Walschius, Ianus Secretarius, aliiq; plures. Hi in Divi Pãcratii, ad q̃ cõflixerãt, cõditi sunt, id q̃ ipsorũ nomina, quæ in æde illa asscripta sunt, luculenter attestãtur.

Cæsariani cæduntur & fugantur.

Arx Wissegradensis Pragensibus dedita

[4] Cæsariani, 4. Non. Novemb. Pragensib. arcẽ Wissegradensem dedere, omnia maiora tormenta bellica, pulverẽ militarẽ & cætera, tradere, sola, quæ gestabant, vi promissionis, arma retinere. Pragenses pro fide præstita magnas ipsis gratias agere, utq; suppellectilem suã pars Curcimam, pars in novam arcem, ad quam eos comitabantur, deveherent, currus suos ipsis utẽdos dare, quod eo usq; in arce superfuit, Pragenses in curias suas devehendum curare, tertioq; Non. Novem. Pragenses una cũ Thaboritis ab arce Wissegradensi usq; ad campũ *Bogiſzte*, qui est ad D. Pancratii, in quo biduo ante victoriã obtinuerant, pompa solenni progredi. Omnia defunctorum corporũ ad nuditatem usq; spoliatorũ plena esse, terra sanguine rubere, sagittisq; scatere. Hic consistentes Deo opt. max. pro victoria gratias agere, & aliquot sacros hymnos cantare.[5] Pragã aũt reversi omnes in arcem Wissegradensem irruere, obvia quæq; diripere, spoliatam accendere, 13. insignia templa in quibus D.D. Petri & Pauli ad similitudinem Romani conditum fuerat, exurere, Regium quoq; cœnaculum una cum omnibus augustis conclavibus interire. cuius rudera in fine novæ urbis Pragensis etiamnum videre est.

exuritur.

De exstructione ipsius.

[6] Hæc arx, quæ Bohemicorum Ducum, Regumq; sedes fuit, anno Christi 683. sed altero secundi Bohemorum iudicis, à Croco condita, primum *Psary* (ab arce, quam Czechus in Croatia ad fluvium *Crup* desc uit) dicta: sed 34. anno post sub Libussa amplius factũ, *Libin* nominari, quod nomẽ Premislaus, primus Bohemorũ Dux, immutare, arcẽq; *Wizſchiihrat*, id est, arcẽ superiorẽ sive altiorẽ dicere. Hodie vasta est, etiamnum tamẽ arcis muri apparẽt, quorũ cæmẽtũ vix pugione aliisq; instrumẽtis effodere est.[7] Præterfluẽtẽ versus est alta & acuta rupes, de qua, ceu de muro aliquo, in aquam prospectus est, ubi rotundus est murus, q̃ Balneum Libussæ

dicunt. Quem enim ea capitis supplicio afficiendum curare voluit, in hoc hypocaustum immisit, quod ita apparatum fuit, ut exinde in rupes delapsus cervice fracta in aquas incideret, id quod tamen quidam Wenceslao tribuunt. Adversum aquam etiam sub terra sunt egregiæ cameræ, quæ, quomodo tantisper durarint, mirum est. E Cæsarea hac arce factus est hortus in quo rapa, acetariæ aliaq; his similia nascuntur: ut vere dixeris: *Balneum Libussæ.*

Et campos, ubi Troia fuit.——————

[7] Ante portam (quæ iam lapidibus cæmentatis coaptatis obstructa est) in cespite labyrinthus excisus, mirabiles anfractus habet, licet vix 4. mensas latus sit, si tamē omnes eius anfractus permeare velis, non paulum temporis requiritur. Extra arcem tria templa instaurata sunt, sed ad priorem splendorum minime accedunt. In DD. Petri & Pauli, Longini quoq; sepulchrum ostenditur, incisum, 9½ spithamas longum, & 4. latum. In cœmeterio D. Ioannis magna columna iacet, quam Diabolus, (ut quidam perhibent) Roma huc attulit: prudentiores autem, rerumq; peritiores aiunt, esse columnam veteris DD. Petri & Pauli, quæ destructa fuit. Ille quoq; locus, ex quo Horymyrius eques Multaviam transiliit, ostentatur, quod etsi ob summam distantiam Dubravius libro 2. ridet: quia tamen similes historiæ de Apperlæo Geilenensi extant, lector absq; salutis suæ iactura, quod vult, credat.

[8] Nonis Novemb. Imp. iniurias sibi illatas in Pragensium asseclis vindicare cogitans, in Despotæ Victorini Poggiebracii, & fratris ipsius Hinecci, propterea q̃ hi primarii Pragensium Duces extitissent, irruere, pagos omnes exurere, populum ad internecionem cædere, omnes arbores frugiferas excidere, omnes piscinas perfodere, & sævissime crudelissimeq; grassari. Ergo Bociccus Podiebracius effervescens, cum Pragensibus, quorum capitalis hostis fuerat, in Cęsarem conspirare, & ex infensissimo calicis hoste, iuxta M. Laurentium, summus eius amicus fieri. *Imp. milites suos ad prædam emittit.*

Sigism. Imp. 5. Id Novemb. Hussarenos in Pragēsium pagos immittere, quos omnes exurēdos, commeatum autem omnem in arcem Wenc. deferendū curare. *Orebitarum origo.*

[9] Circa hoc tempus multi rustici in monte quodā, inter Ledeciā & arcem Lipniccen sito, qui *oreb*, & abs quo ipsi *orebitæ* dicti, congregari, hi regionē passim, præsertim aūt circa Graditium, rapinis, incēdiis, cædibus, inprimis autem monachos, crudeliter vexare, quorum quosdam exurere, quosdā manib. pedibusq; revinctos glaciei imponere, quibusdam verenda omnino exsecare, atq; sphęrularum precatoriarum loco de collo suspendere. Immanis ista crudelitas novorum istorum castratorum, ne quadrigariorum dicam, nec ipsis quidem Bohemis probari, qui eos aggredi; sed illi hoc inaudito ad Ziscam in Thabor abire velle. Quo Hussareni cōperto, commodo loco ipsos observare: Orebitæ vero aliam viam ingressi fuerant, quibus ipsorū sacerdos hierothecam vexilli loco præferēs, anteire. Quo animadverso Hussareni ipsos insequi, atq; in fruteto cōtingere: hinc ergo ipsos sese magno ardore defendentes vix lædere posse, missis in ipsos telis saltē 14. occumbere; præcipue vero quidā Petrum flaminem, sagitta per caput ipsius traiecta prosternere, ut cum hierotheca concideret, Laurentius iudex aūt ab horto agnomen trahens, eam tollere, & in Thabor deferre, [10] ubi ad fratrem Ziscam pervenire, qui eos in fidem atq; clientelam suam recipere, & quasi freno flectere. *Orebitæ sese Ziscæ addunt.*

CAPUT XLII.

[1] Pragenses Poloniæ Regem sibi Dominum postulant. [2] Nicolaus Hussineccius iratus Praga cū reliquis Thaboritis excedit. [3] Pragenses senatum mutant. [4] Zisca Pragam pervenit. [5] Despota Hineccius cum Silesiis confligit. [6] Legati è Bohemia in Poloniam missi. [7] horrendum cuiusdam militum ducis factum. [8] Nicolaus Hussineccius moritur. [9] Pragenses novam arcē obsident. [10] fidem datam fallunt. [11] Arx Pragensibus dedita & diruta.

OCtavo Cal. Dec. cives Pragenses una cū suis ducib. Hinecco Crussinæo, Victorino Bocicco, & Hinnecco Podiebradio cōvenire, quē sibi Dominū eligerēt, cōsultare, tādē etiā legatos summa cū autoritate ad Wēcesl. Iaielcū, Poloniæ Regē mittēdos, eiq;, si integrū cœnæ Dominicæ usum cōcederet, Bohemici regni diadema offerēdū, omnes uno cōsensu decernere. [2] Thaboritę v. sentētię huic vehemēter sese opponere, atq; aliquē è Bohēica ꝓsapia, q. q; suā in ea regione ditionē haberet, postulare. Inprimis vero Nic. Hussineccius stomachari, aperteq; dicere: *Hac vice vix peregrinū Regē expulimus, iamq; iterū externum postulatis?* viso aūt omne suū *Pragenses Poloniæ Regem sibi Dominum postulant.*

Digitized by Google

Nicolaus Hussineccius iratus Praga cum reliquis Thaboritis excedit.

ſtudium operamq; inanem eſſe, Thaboritas, ut ſe cum urbe excederent, hortari, id quod & factum, qui cum ipſis, ſe ſociis ſuis, qui arcem Popoviccíam obſederãt, ceperantque, & Leſtnam progreſſi erant, adiungere.

Pragenſes ſenatum mutãt.

3 Poſtridie diſceſſus Huſſineccii veteris novæq; urbis proceres populum omnẽ civesq; convocandos curare, Thaboriticisq; ſenatoribus remotis Huſſiticos ſubſtituere, idq; eo ſaltem fine, ut, in quod omnes conſenſerant, re ipſa ſuccederet, Poloniæq; Rex, ab ipſis quoq; reciperetur. Qui ad Leſtnam erant, Thaboritæ audito ſuos ſenatores tanto cum dedecore repulſos, obſtupeſcere, Pragenſiumq; qui ſibi iam victores videbantur, ante vero, Cæſare nimirum cum auxiliariis imperii copiis ipſos obſidente, ita humiliũ, ingratitudo, male ipſos habere: cum Leſtnenſibus igitur inducias facere, cunctiq; Pragam tendere. Hineccus Cruſchinæus, veteris urbis incolarum dux, accurate cognito, Poloniæ Regem à Bohemis electum, & ipſe excandeſcere, (vel, ut quidam volunt, ſibi à Thaboritis metuens) munus ſuum reſignare, ditionem ſuam ab hoſte, qui in eam irruerit, ſibi vindicandam eſſe aiens, etiam Praga diſcedere.

Ziſca Pragam pervenit.

4 Nec ita multum ab ipſius diſceſſu Huſſineccius & frater Ziſca Pragam venire, eoq; loco res eſſe videri, ut ſeditio civilis inde exoritura videretur. Pragenſes enim cum Thaboritis non in omnibus capitibus, præſertim autem de S. Domini cœna, de perſona Chriſti, de libero arbitrio, de bonis operibus, de æterna prædeſtinatione divina, de adiaphoris, de miniſterio eccleſiaſtico, omnino conſentire: Verũ Deſpota Udalricus de Nova-domo intercedere, & hoc medium invenire, ut docti de eo inter ſe diſceptarent, id quod 4. Id. Decembris fieri, cum in collegio Caroli IV. convenirent. Diſputatio vero iſta ita ſuccedere, ut in ea blaſphemiæ plures, piis Chriſtianisq; ſermonibus audirentur. Eodem ipſo die Ziſca cum quibusdam ſenatoribus in veteris urbis curia honeſte haberi lautoq; convivio excipi.

Deſpota Hineccius cum Sileſiis confligit.

5 Deſpota Hineccius Podiebradius, iuxta pagum Lotha, qui ſitus eſt ſub Satzca, duo miliaria Nimburgo diſtans, 7. Cal. Decemb. anni 1420. cum Luſatis Sileſiisq; confligere. prælio victor captivis manus, naſos auresq; amputare, atq; ita dimittere. Sed haud impune ferre. Poſtridie enim præſidiarii milites, qui Nimburgi erant, ipſi inſidiati, ſeptuaginta ſuorum interfectis ipſum in fugam vertere.

Legati è Bohemia in Poloniã miſſi.

6 Hoc die Pragenſes vel invitis Thaboritis, quod communibus omnium ſuffragiis decreverant, exſequi conati, è Deſpotarum ordine Deſpotæ Hineccio Carbonopetræo, ex equitum, Iano Hlas, è ſenatorio Pragenſi, Simone à Leone albo, è ſacerdotali, Petro Anglico, ad Regem Poloniæ miſſis, Bohemicum diadema ipſi offerre.

Horrendum factum.

7 Eodem die dux militum Iaromirii horrendum auditu committere. Populo enim, qui precum habendarum gratia convenerat, improviſus ſuperveniens, multos in templo occidere, &, quod auditu horribile eſt, equis è ſacro calice conſecratum vinum potandum præbere. vide Lupatium die dicto, videlicet 26. Decembris.

Nicolaus Huſſineccius moritur.

8 Pridie eius diei Nicolaus Huſſineccius, dum paſſim graſſatus prædaretur, equo delapſus crure fracto vitam cum morte commutare, in cuius locum Ziſca ſuffici.

Pragenſes novam arcem obſident.

9 Pragenſes 4 Cal. Ianuar. equitatu, peditatu, curribus atq; tormentis ſuis miſſis arcem Cunraticen, quæ alias *nova arx* dici ſolita, obſidendã curare: in qua præſidiarii milites ſeſe menſem fortiter defendere: verum dux Fulſteinius ſe ipſis imparem videns, cum ipſis ita paciſci, ut Pragenſes ſuis curribus omnia illorum, quæ in arce erant, tranquille veherent, præſidiarios autem milites, qui in arce erant, bona pace tutos Curzimam usq; abire permitterent. Pragenſes hoc polliceri, maiorisq; fidei ergo ſacroſanctum iuramentum ſuper euangelii codice dare: qui ergo in arce erant, præſidiarii, nihil mali ſuſpicati 7. Cal. Feb. quæ ipſis erant cariſſima, curribus imponere,

fidem datam fallunt.

10 Pragenſis autem plebs, ex urbe excurrens, omnia de curribus deripere, quo milites accenſi ſeſe in arcem recipere, ſuique defenſionem ad extremum usq; vovere. Pragenſes cogitare, cum ſeſe iam dedere voluerint, cũ malis confligentur neceſſe eſt, ab ipſis diſſentientes 8. Cal. Febr. anni 1421. violẽto impetu arcẽ invadere. Obſeſſi, velut deſperati homines, ita fortiter ſeſe defendere, ut 557. Prag. cæſi occumberẽt. Pragenſes, etſi furore iraq; perciti, amice tamen

Digitized by Google

men 4. Cal. Febr. cum obsessis transigere velle, id quod hi acceptare. Pragensium ergo dux quidam Ianus Cudrenæus, de nigra aquila, una cum novem aliis ad fossam arcis perveniens, cum ipsis in hanc sententiam loqui: *cur, omni liberationis spe destituti, tam strenue atq; vehementer vos defendatis, domini & amici nostri, summopere miramur: dum ergo tempus est, gratiam, qua frui potestis, captate, vosq; dedite.* Ad quæ Bernardus Moschnovius ducis nomine ita respondere: *supremus noster dux nobis hæc, quæ vobis renunciaremus, dedit: MIRAMINI vero nos tam strenue vehementerq; nos defendere? ecquid miramini? contra ita perfidos homines talis defensio summe necessaria est, Super S. evangelii codice sanctum iuramentum nobis dedistis, nec tamen datum præstitistis: quis vobis in posterū fidem habeat? conscientiam bonamq; famam vestram à vobis ipsis hoc periurio nefarie contaminatam atq; pollutam omnino arbitramur: nostri sane in arce Wissegradensi multo honestius egerunt. Nos proinde mortem oppetere malle, quam vobis fidem habere, noveritis.* Quo Bohemi cognito confestim arcem versus cuniculum agere: eo vero, qui in arce erant, animadverso, prid. Cal. Febr. 15. cunicularios obruere. Calendis Februarii denuo cum Pragensibus id petentibus agere, ubi ita transigi, ut obsessi equis abirent, [11] id quod 4. Non Febr. fieri, tum vero arx diripi atq; vastari. *arx Pragensibus dedita, & diruta.*

Caput XXXXIII.

[1] Zisca monasteria vastatum exit.[2] Thaboritæ arcem Cygnomontanam expugnant.[3] quidā Thaboritæ Przeslaveccium occupant.[4] Zisca Teplam atq; Tachoviam obsidet.[5] obsidionem solvere cogitur.[6] Heyda oppidum se Ziscæ dedit.[7] Imperat. Ziscæ cedit.[8] Zisca cum Germanis confligit.[9] Pilsenam frustra obsidet.[10] Chometaviam expugnat.[11] in obsidione arcis Raby [12] alterū oculum amittit.

Zisca 4. Non. Ian. anni 1421. amicos suos sibi (si diis placet) amicissimos, monachos (inquam) in tractu Pelsinensi, visitaturus Praga excedere: primumq; ad monasterium Nadworzischti sive Chotischoviam prope Stabium sitam, accedere, idq; diripere atq; exurere. Tum ad oppidum, quod vetus Ephippium nomine refert, sub Novoppidulo, cuius rudera etiamnū una cum vallis videre est, ubi [ille] itidem grassari. Inde monasterium Cladronense vastare, ditionemque illam Despotæ Petro Zmirzlykio Suoyschinio, quondam monetæ magistro, tum Despotæ in Worlick donare. [2] Cladrona discedens Zisca ad regiam urbem Misam accedere, in ea acceptari: sed audito, Bohuslaum Cygnomōtanum, acerrimum Thaboritarum hostem, in arce Cygnomontana (Germanice Schwanberg) ipsum esse, cum suis eam expugnare properans, eam obsidere, ibique ubi iam eius villa est, castra ponere: Postridie quam venerat, Thaboritæ unum propugnaculum summa vi oppugnare incipere, abs qua oppugnatione, cum ea iam 6. integras horas durasset, illi tamen non desistere, tantisper donec expugnassent. Despota Bohuslaus animi summe anxius, cum oppugnantibus colloqui cupere, seque suosq; una cum arce in Despotæ Petri Zmirzliccii tutelam atq; clientelam dediturum polliceri, cui Zisca consentire: idque ita postridie fieri, Despotamq; Bohuslaum seq; suosq; dedere coactum, Thaboritæ summa contentione occidere velle, id quod etiam factum fuisset, nisi Despota Zmirzelik obstitisset, qui tamen coactus Despotam Bohuslaum in dirum carcerem conicere.

Zisca monasteria vastatum exit.

Thaboritæ arcē Cygnomontanam expugnāt.

[3] Eo tempore quidam Thaboritæ & Horebitę circa Cuthnam sese congregare, & duce sacerdote quodam, Domino Valentino, ad oppidum Preslavecium accedere, id expugnare, seque in id immittere, atq; ex eo plurimis damnis datis regionē infestare. Cæsar autem interea in montibus Cuthenis commoratus, audito, qui Zisca in tractu Pelsinensi grassaretur, castris motis ipsum prohibere velle, post se tamen Ianum Miesteczkium, (qui anno &c. 1415. monasterium Opatovitium diripuerat) relinquere, eique de resistendo prædonibus, qui in oppido Preslavicio erant, mandata dare. Hic operis metallicis Cuthnensibus, atq; quorundam nobilium auxiliariis copiis assumtis oppidum obruere, illorum multos occidere, 125. captivos ducere, eosque in fodinas metallicas, in montibus Cuthenis coniiciendos curare. Idem Miesteccius, quem diximus, cognito à Hromadca Giestebniczkio, antea æditimo, Thaboritarum ope oppidulum *chutsborium* occupatum esse, ex quo variis excursionibus atque direptionibus terram infestarēt: collectis copiis

Thaboritæ quidam Przeslavecium occupant.

Digitized by Google

ſuis eo abire, idq; ante quam oppidanorum quiſquam id animadverteret, oppugnare. Oppidani ſtatim in Thaboritas inſurgere, qui viriliter hoſti reſiſtere, tandẽ tamen ſuperari, mille plus minus occidi, Hromadka ipſe capi, una cum duobus ſacerdotib us Chrudimam devehi, in publicoq; foro exuri.

Ziſca Teplam atq; Tachoviã obſidet.

[4] Ut autem ad Ziſcam redeam, arce capta, quæ dicitur, (ut ante dictum) *Cygnomontana*, ad monaſterium nomine *Teplam* tendere, idq; funditus exurere. Porro Tachoviam adire, eamq; urbem duobus in locis patibulum, nempe verſus, & mõtem illum, qui Meridiem ſpectat, obſidere. Vix autem triduum eam obſederat, cum in ſuburbium expugnatum ſe immitteret: tum vero urbem aliquoties oppugnare, Tachovienſes autem viriliter ſeſe defendere, ita ut nihil impetrare poſſet. Interea Imperator in tractum Pelſinenſem venire, ad monaſterii Cladronenſis, ad *vetus ephippium* dicti, Præpoſiti domum, cui Ziſca ſatis validum præſidiũ impoſuerat, quemadmodum Imperatoris valla etiamnum Meridiem atq; Septentrionem verſus videre eſt.

obſidionem ſolvere cogitur.

[5] Hinc ergo Ziſca 3. Nonarum Febr. Tachoviam, coactus, deſerere. Thaboritæ vero non ſatis prudenter rebus ſuis conſulere: eo namq; die vehemens ventus ignem in currus ipſorum impellere, ut eorum multi una cum equis comburerentur.

Heyda ſe Ziſcæ dedit.

[6] Ziſca Tachovia decedens improviſus urbi Heydæ adeſſe, ubi metu oppidanorum intromiſſus, tranquille agere, ſolamq; Præpoſiti domum ubi iam arx eſt, deſtruere. Et iam Pragenſes quoque opem contra Imperatorem ferendam rogaverat, quam ſummo deſiderio expectare.

Imper. Ziſcæ cedit.

[7] Imperator cognito Ziſcę à Pragenſibus auxilia maxima equitumq; & peditum, ut & 200 curruum mitti, apparatumq; omnem iam adventare: non cunctandum ratus, cum ſuis, qui hiſce ſuſtinendis non erant, Pelſinam recedere, tum Lutomeritium, quod cæteris oppidis aut urbibus omnibus Imperatori maiorem fidem præſtabat. Imperatore digreſſo Ziſca monaſterium Cladronenſe vaſtare, auxiliarias Pragenſiũ copias conſequi, Deſpotæ Uldrici Roſæmontani matris ditionẽ invadere, arces Dobrziſch, Ziebrak, & Wildſteinum occupare,

Ziſca cum Germanis confligit.

[8] & quia Germani, una cum Pelſinẽſibus iuxta Wildſteinum vi & armis reſiſterent, conflictus exoriri, in quo Germani Pelſinenſesq; ter mille occumbere. Inde Rochezanam pervenientem cives excipere, quia ſuo ſuorumq; nomine pacemq; & ſecuritatem pollicebatur: illi vero intromiſſi in monaſterium irrumpere, id diripere, unaq; cum ſene quodam ſacrificulo, quem in dolium indiderant, exurere. Quo viſo cives ante Ziſcæ conclave convenire, tumultuariq;: Ziſca igitur tympano pulſato claſſicum canendum, milites ſuos in aciem collocandos, cives è plateis exturbandos, urbemq; devincẽdam curare:

Pelſinam fruſtra obſidet.

[9] 12. Cal. Martii rurſum cum Pragenſibus Pelſinam accedere, ſuburbiumque expugnatum & occupatum una cum piſtrino ſub noctem exurendum curare. Iã autem multi Nobiles cum ſuis ſacerdotibus in urbem commigrarant, qui vim illatam ſtrenue depellere, licet Ziſca non ociaretur ſive feriaretur, ſed quotidie bis urbem invaderet, multosq; milites amitteret, ita ut, præſertim bellicoſiſſimo viro, Maſtilio, Pragenſium duce, ad eam occiſo, urbisq; foſſis cadaveribus mortuorum repletis ſuo populo parcere, & id quod Nonis Martiis factum eſt, obſidionem ſolvere cogeretur. Pelſina Pragenſes domum reverti: Ziſca vero Satzę urbi appropinquare, 7. Cal. Aprilis

Chometaviam expugnat.

[10] Chometavienſem urbem ſui deditionem poſtulare: civibus vero ipſum ludificantibus, mulieribusq; præcipue mœnia conſcendentibus poſterioraq; Thaboritis loco ſpeculorum exhibentibus, furore gravi percitus urbem graviſſimo impetu invadendam curare, tãtiſper dum ea potiretur, ubi nemini, neq; mulieri, neque virgini, quin imo nec infantibus in cunis parci, pręcipue vero 70. mulieres deprehendere, quas ob nefariam contumeliam, quam modo diximus, flammis exurendas curare.

in obſidione & expugnatione arcis Rabi

[11] Paulo poſt, quam hæc geſta eſſent, Ziſca ad arcem Rabi exercitum admovẽre, caſtellum ſub arce ſitum expugnare, tum mane ad ſolis ortum, in arcem impetum facere, 4. Cal. April. anni 1421. ipſe ut populi ſui fortiter rem gerentis virtutẽ pe. ſpiceret, ſub pyro ſylveſtri locum capere:

alterum oculũ amittit.

[12] Verum quidam ex arce magno tormento bellico improviſus arborem illam tangens ita confringere, ut in fruſta diſſilientis feſtuca in alterum ipſius oculum, quem ſanum obtinebat, inſiliret, eumq; omnino vitiaret, ut deinceps cæcus, iuxta Sylvium, cæci populi ductor permanſerit; inde, ut curaretur, Pragam properare.

Digitized by Google

Caput XLIV.

[1] Chrudimensium propositum. [2] Novi Thaboritæ in Moravia. [3] Graditienses ab Opatovitiensis monasterii militibus ex insidiis caeduntur. [4] Picardorum in Bohemiam adventus, & detestanda ipsorum doctrina.

Chrudimensiũ propositum.

CIves Chrudimenses, cognito, quot victoriis Ziſca in Bohemia potitus esset, nec ipsi postremas tenere velle; sed congregati quodam Iano Prostovila, qui non ita pridem Regino-Graditii lictorem egerat, duce, monasterium, D. Iacobi, è regione Strahovii, omni contentione oppugnare, quatriduo autem post accendere, in quo monasterio 24. homines, Chrudimenses autem 26. cives primarii occumbere.

Novi Thaboritæ in Moravia.

[2] Eodem sane tempore in Moravia, in insula quadam, quam Mora fluvius ambit, multi rustici congregari, quibus & nobiles atq; sacerdotes quidam sese adiungere, qui sese novos Thaboritas dicere: hi monasterium Wele-Hrad oppugnare, diripere, & exurere, ubi Abbas Stephanus cum 7. fratribus perire. Quod cum percrebuisset, episcopus olomucẽsis una cum aliis quibusdam Despotis atq; Nobilibus, novos prædones prævenire volentes missis in Austriam literis subsidium quamprimum mittendum petere: id quod ipsis quoque non defuit. Magno igitur numero in ipsos egredi, qui sese in insulam suam recipere, ex eaq; ita diligenter valideq; & strenue se defendere, ut Moravi ipsos missos facere cogerentur. Horũ novorum Thaboritarum sacerdotes Petrus & Thomas Wistenicecii nuncupari.

Regino Graditiẽses ab Opatovitiensis monasterii militibus ex insidiis caeduntur.

[3] Pridie paschatis, sub vesperam Regino Graditienses clam exsurgere, ut noctu monasterium opatovitium cõscendere possent, monachi vero id compertum habentes, ante quam ipsi, in armis essent, milites suos ipsis obviam mittere, qui commodo loco ipsis insidiarentur. Regino-Graditiensibus igitur promiscue iuxta Podolchonam ingredientibus, monachorum servi eos circundatos, in fugam vertere, 300. captivos in monasterium introducere, introducti in eo mire torqueri, censeri, partim omnino occidi. Multi Graditienses in hoc conflictu, præsertim v. ipsorum dux Lucas, vir fortis atq; bellicosus, interire.

Picardorum in Bohemiam adventus, & detestanda doctrina.

[4] In Septimana parasceves sive quę à passione Domini nostri nomẽ habet, Thaboritarũ sacerdos, Nicolaus & M. Gitzinus missis Pragam literis significare, quendam, *Picardum* nomine, è Galliis advenisse, qui multis hæresibus sparsis multos ad se alliceret atq; attraheret, quorum flaminum præcipuus Martinus Moravetius esset, qui publice, nihil nec veritus nec reveritus doceret: panem τ̃ εὐλογίας nõ esse verum corpus atque sanguinem Christi, sed nudum signum, ideoq; nullum ei aliũ honorem, nisi Manna, id est, consecrato sanctificatove pani exhibẽdum esse, cumque ab hominibus recte suis ipsorum manibus de mensa sumi, sibiq; invicem præberi posse: sacerdotis etenim manum nihilo præstare vulgati alicuius plebeiiq; manibus: ideoq; verba, neq; manũ sacerdotis consecrare: virum mulieri, & vicissim mulierem viro, omni tempore debitum cõiugale, etiam in templo, præstare, quinimo, & confestim, à veneris usu ad S. cœnam accedere: Non esse necesse, ut in tẽplo in genua prolabamur: Ob fœcunditatem, disparem ætatem, aliasve causas coniuges divortium secum invicem facere, aliasque nupias contrahere posse. Itẽ, non opus esse vestibus, æque licere, modo vi frigoris non prohibeamur, nudos incedere. Item, ut pater filiæ, mater filio consuescat, id non turpe, nedum peccatũ esse. Hæc & similia diabolica dogmata isti tradere, quæ Thaboritæ graviter refellere, Pragensesq;, ut omnino sibi ab istis in hominũ figura diabolis caverent, ne ipsorũ regnum atq; doctrina apud omnes male audiret, admonere. Pragenses una cũ Academia rem perpendere, pro suggestibus omnibus publice, ne quisquã eos hospitio exciperet, sub comminatione exustionis prohibendum curare, quemadmodum & civis quidam veteris urbis, Waczlovius, arte sutor, propterea quod eorum quosdam, quos domi suæ habebat, senatui non indicasset, exuri, Ziſca quoque Picardos omnes, quoscunq; deprehendere potuit, exurendos curare.

forte minis male sanos ad saniorem mentem reducere posset, ad eam adducendos curare: obcæcati vero homines nolle, sed ad rogum læti accedere, dicentes, sibi cum Deo gaudendum atque lætandum esse: quibus Zisca: *Deus ergo vobis*, inquit, *benedicat*: ipsosq; gradatim sive ordine in ignem coniiciendos curare. In sua quoque urbe 25. homines nancisci, quibus eadem fortuna subeunda, ipsisq; in igne voluptas capienda fuit.

CAPUT XLVI.

[1] Zisca cum Pragensibus ad Cuthnomontanos ascendit. [2] qui se ipsi dedunt. [3] memorandum punitæ famis auri exemplum. [4] Zisca multa monasteria visitat. [5] Iaromirium obsidet & occupat. [6] Luttomeritium obsessum [7] dedit se Pragensibus. [8] Zisca transit Rudniccium. [9] Pragensium arx dedita. [10] Moniales urbe Pragensi expulsæ.

Zisca cũ Pragensibus ad Cuthnomontanos ascendit.

CUrcima omnis exercitus Pragensis exsurgens ad oppidum Cuthnomontum, quod ad radices montium Cuthenorum est, Ziscam expectare, qui cum suis ad Pragẽses adveniens cum ipsis Cuthnomontum, quod Thaboritas multis malis hostiliter vexarat, tendere. Cives vero Beronensium, Bohemico-Brodanorum aliorumq; exemplo edocti malum imminens antevertere, appropinquanti exercitui, M. Laurentio, qui tum temporis vixit, teste, una cum religiosis hierothecam in qua eucharistiæ sacramentum præferentibus, obviam procedentes. [2] Ad quos cum pervenissent, in genua prolapsi veniam petere, eamque impetrare. Lupacius hoc 7. Cal. Maii factum fuisse scribit, [3] Sunt qui dicant, Ziscam monasterio Sedlecensi ob ipsius pulchritudinem parcere constituisse: ab impio vero quodã suorum militum id accensum & exustum esse. Ziscam itaque publice promulgandũ curasse, quo, qui monasterium accenderit, suum nomen profiteri iuberet, se ipsi satis argenti daturum: illum argenti cupiditate dementem in publicum prodisse, atque à se accensum fassum: in capti igitur fauces liquefactum argentum aurumque infusum.

qui sese ipsi dedunt.

memorandum punitæ famis auri exemplũ.

Zisca multa monasteria vastat.

[4] Inde Ziscę celeriter Chrudimam pervenire. Ioannes Miesteccius autem, tum in ea ducem agens, sese 7. Cal. Maii dedere, ea tamẽ lege, ne quis Pragensis aut Thaborita in urbem veniret: vicissim autem & confestim sacramentũ è calice sumere, quatuor illis capitibus assentiri, elegans monasterium in urbe D. Virgini dicatum, destruere, octo monachos in foro comburendos curare, monasterii templiq; sacra, ut calices, hierothecas, aliaq; ornamenta sacerdotalia, ex urbe avehenda, Ziscæq; tradenda curare. Quibus peractis Zisca omnia monasteria huius tractus petere, nempe *Dobrowicce, Scalicce, Podlezicce, Pardubizky, Gezborzicce, Michalovium, Chotiescbicce*. Ad Parthenonem autem sive virginum conclave *Gesenicce* pervenientes, nemine contradicente ingredi, Zisca 13. moniales, sive, quas hodie veteri ethnico nomine dicunt, virgines Vestales colligandas, atq; ad flumen emissas submergendas velle, Pragenses vero militum duces, eas miserati, liberas dimittere, quæ magnam lacrymarũ vim multasq; gravesq; querelas profundentes Graditiũ pervenire. Zisca quoq; multas arces, oppida, pagosq; occupare, pręcipue vero Mutoviam Policium, Trotenoviam, [5] ac tandem 3. Id. Maii Iaromirium pervenire, ubi ante semestre militum dux horrẽdum illud* facinus perpetrarat, quo eodem die vallo suo proxime ad muros accedere: postridie summo mane eam oppugnare: oppidani, qui sibi de lapidib. aliisq; telis missilibus prospexerant, Thaboritas durius excipere. Oppugnatio vero à mane usque ad meridiem durare, ita ut Pragenses numero 700. Thaboritæ vero à Ziscæ partibus 916. occumberent. Finita oppugnatione partes amicam compositionem inter se tentare, qua tandem cives, quorum quisque quantam posset, sarcinam ferret, amice, quoquo vellent, dimittendos decerni. Pactum sanciri, Pragenses atq; Thaboritæ fidem famamque suam interponere, postea pandi; quoniam autem pacto illo caverant, se urbẽ Pragensibus, non autem Thaboritis tradituros, Thaboritæ in cives irruere, obvios quosq; occidere, urbem expugnare, mulieres virginesq; plane ad nuditatem usq; exuere, inq; præterfluentem abiicere: Dux civitatis Despota Nigromontanus, captivus duci. Idibus Mai 21. sacrificulos sive flamines, ipsorum doctrinam acceptare nolentes, ad rogum adduci, quorum tres recantare, cæteri 18. sese exurendos permittere. Octiduo ante festum Pentecostes Tustæi arcẽ Cervipetræam (Ger-

Iaromirium obsidet & expugnatum occupat.

** vide supra p. 103.*

manice Hirschstein) non longe à Romspergo sitam, expugnare, ubi 17. pontificios exurendos curare: inde progressi monasterium, nomine *Stock*, vastare, domumq; reverti.

Litomeritiū obsessum.

[6] Iaromitio expugnato captoq;, Zisca cum Thaboritis suis Litomeritium properare, montemque, qui est ante urbem, occupare. [7] Oppidani non leviter metuentes, perculsique, omni festinatione Pragam mittere, urbi sese dedere, quatuor illorum capitum sese observantes futuros polliceri, utque Ziscam ab urbe avocarent, petere. Pragenses extemplo ad Ziscam mittere, velleque ut ab urbe discederet: Ille vero in eo non acquiescere, sed urbem horribiliter oppugnare: cives autem fortiter se defendere, multosq; Thaboritas interimere. Hinc Zisca discecedere: urbs 4. Cal. Iunii sese Pragensibus dedere, qui Despotā Hineccium Carbonopetræum (Germanice von Kohlstein) quod Pragensibus fidus in obsidione παραςάτης fuisset, ducem in ea constituere.

Zisca Rudeniccium transit.

[8] Zisca Rudeniccium se conferens, petere, ut urbem pontemq; sibi transmittere cōcederetur, se summa tranquillitate sine cuiusquam damno aut malo Pragam abiturum. Senatus deliberare velle Archiepiscopus tamen (qui pridem cum Thaboritis, id quod quidam volunt, arcanum clandestinumq; pactum pepigerat) efficere, ut non tantum transeūdi copia ipsis fieret; sed & cibus potusque sufficiens præberetur. Exsurgentes igitur monasterium torve intueri, eiusq; destruendi libidine titillari; attamen & à civibus, & à præsidiariis militibus sibi metuere: tandem tamen id periculi subire, idq; una cum Præpositi domo accendere, ut funditus vastaretur.

Pragensis arx dedita.

[9] Sexto Id. Iunii nullo plane subsidio, nullaq; liberationis spe superstite, Pragensis arx sese dedere, iuxta pactum, quod erat: nisi Imperator intra dies 14. ter mille militibus arcem liberaret, aut ita magnis copiis adventaret, ut Pragenses cū ipso confligere atque dimicare metuerent, obsessi arcem cum omnibus, quæ in ea erant, armamentis bellicis dederent: interea vero nullus Pragensium ipsis insalutatis in arcem asscenderet, ut nec quisquam ipsorum in urbem descenderet, nec Cæsarianum ullum ab ipsis vel in urbem immissum vel ex ea emissum iri, nisi Cæsar iis, quibus dictum esset, copiis adventaret, clarissimo iureiurando mutuam fidē obstringere. Arcis deditione facta, præsidiariisque militibus digressis, Pragenses omnes campanas in tota urbe pulsandas, in omnibus templis hymnum, *te Deum laudamus*, cantandum, sequenti die Martis silentium summum faciēdum, omnesque spoliationes, atque ad prędam excursiones intermittendas curare atque prohibere. Quidam autem flamen, *Ioannes Carmelitanus*, cum plebe in arcem excurrens, templi valvas effringere, suo more grassari, imagines confringere, templi ornamenta diripere, quæque disperdere poterant disperdere, arcem quoque ipsam ut in Wissegradensi factum, diruissent, nisi prudentes quidam, qui tum ipsis aderant, intercessissent, ipsisque obstitissent.

Moniales urbe Pragensi expulsa.

[10] Senatus 3. Cal. Iulii virginem Ursulam Speculæmontanam, Despotæ Cenconis Speculæmōtani, (quem Sylvius sæpe falso Thechonem Wirrembergensem nuncupat) sororem, Abbatissam Pragensem, in curiam vocandam curare, ipsique ut cum sororibus suis, quoquo vellet, discederet atq; emigraret, iniūgere, id quod illæ facere. Miseris autem istis virgunculis, quæ numero 30. erant, omnis, quam habebant, gaza sive thesaurus, qui 350. sexagenarum erat, summamq; 1050. florenorum plus minus faciebat, à plebe eripi.

Caput XLVII.

[1] Pragenses comitia Czaslaviæ gerenda indicunt. [2] Moravi in quintum caput consentire nolunt. [3] Corybuthus Rex Bohemorum electus. [4] Decretum comitiis hisce sancitum, eiusq; capita. [5] Procerum regni officium.

Pragenses comitia Czaslaviæ gerenda indicunt

PRagensibus tot tamque insignes victorias consecutis, Nobilitas ferme omnis ab Imperatore descîscere: neque enim is eos à Pragensibus atque Thaboritis defendere tuerique potis esse. Tum vero Pragensibus animus addi, ut missis ad omnes Bohemiæ ordines literis eos orarent, ut prid. Non. Iulii Czaslaviæ comparerent. Ad Moravos quoque prid. Non. Iulii, literas mittere, quibus eos hortari, monereque, ne arma post hac unquam in regnum Bohemiæ sumerent: si secus face-

facerent, eos ferro flammisque, quo tamen ipsi millies supersedere mallent, vexatum vastatumque iri: denique ipsos adhortari, ut legatos suos ad comitia Czaslaviensia prompte mitterent, id quod Moravi quoque facere, Despotamque Petrum Ursopetræum (Germanice, von Bernstein) Strazinccii residentem, Marchionatus Ducem, Ioannemque Losnmiccium una cum multis aliis Despotisque & Nobilibus ablegare, quibus nomine Bohemicorum procerum primum propositum esse, ut quatuor illa capita, in quæ Pragenses, Zisca, multæque urbes consenserint, acceptarent; nec Imperatorem Sigismundum, sed solum eum, quem regnum Bohemiæ deinceps habiturum esset, Dominum suum agnoscerent.

Moravi in quintum caput consentire nolunt.

2 Moravi respondere, de quatuor illis capitibus se facile consensuros; quintum autem sibi nullo modo probari, neque à sese acceptari posse, nisi prius, legitima famæ suæ ratione habita, quaque Sigismundo Rom. Imper. Domino suo, fide devincti sint, soluta liberarentur. Ne tamen à Bohemiæ regno recedere velle viderentur, deliberandi spacium, quo cum cæteris ordinibus ea de re conferre possent, petere. Archiepiscopus Pragensis Comitiis, quæ diximus, ipsus interesse, visoque, res omnes quemadmodum essent, ad quatuor illa Pragensium capita consentire.

Coributhus Rex Bohemorum electus.

3 Urbes quoque, præsertim vero Pragenses, ut ordines Coributum, Vitoldi, magni Lithuaniæ Ducis, filium, Regem eligerent, maxime urgere, ad quod Despotæque & Equites tandem consentire, atque in hisce comitiis ex horum procerum ordine duodecim deligi, qui postea quoque ablegari.

Comitiorum decretum.

4 Horum porro comitiorum sententia hisce comprehensa est:

Vldricus Rosamontanus &c. scripto hocce testatum facimus &c. Multis atque variis usque summis difficultatibus, quibus iam aliquandiu affecti atque afflicti sumus, seditionibus, incendiis exitiabilibus, violenta oppressione, nec non aliis multis in nostro Bohemiæ regno, ex dissidio, quod ex agnitione atque desiderio manifestæ perspicuaque per sacras literas patefactæ veritatis enatum est, exortis perturbationibus animo agitatis, à nobis earum, quantocunque possemus, studio, quo nos obstrictos teneri agnoscimus, sedandarum, tumultuumque pace concordiaque componendorum cupiditate ductis, atque ita nostri, quod diximus, Bohemiæ regni commodis & utilitati servire volentibus, hisce comitiis magno omnium nostrum consensu, & uno ore de hoc convento pactoque (id quod diploma hoc nostrum docet) decretum esse:

Primum, ut hæc hisce subnexa capita summa voluntatum studiorumque consensione, contra quoscunque, quibus nos quocunque modo hac in re turbare aut impedire, vel etiam ab ea vi abstrahere, animus fuerit, ardentissimo studio defendamus, atque tueamur, eaque ipsi una cum civibus nostris observemus, ipsoque facto exprimamus: nisi forte sacris literis (quibus ne ipsi quidem Magistri sacerdotesque Academiæ Pragensis ullo modo resistere valuerunt) in verbo Dei melius erudiamur. Capitum autem illorum argumentum hoc est.

Quatuor capita Pragensia.
1. De verbi divini annunciatione.

1 Primum, verbum Dei in regno Bohemiæ, & Marchionatu Moraviæ à Christianis sacerdotibus ubique liberè & nemine prohibente annunciabitur atque tradetur.

2. de S. Cœna.

2 Deinde, venerabile sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, prout & ipse instituit, utraque specie Christianis adultisque & iuvenibus præbebitur.

3. de sacerdotum divitiis & πολυπραγμοσύνῃ.

3 Tertio, sacerdotibus atque monachis, qui multi sese reipublicæ gerendæ immiscuerunt, multisq; bonis tẽporalibus, ipsos in sacerdotali officio suo impedientibus, pollent, eaque curant, ista, quæ diximus bona subtrahantur, nobisque reddantur, ut, secundum Euangelii doctrinam, nobis exemplo, sub nostra potestate, inopes vivant, eoque ad vitam & ordinem apostolorum adduci possint.

4. de peccatorũ pœnis.

4. Quarto, omnia publica, quæque alias mortalia sive morte expianda peccata dicuntur, una cum cæteris perturbationibus, legi divinæ repugnantibus ab iis, quibus id demandatum est, ex officii ratione secundum leges debito modo in omni hominum genere prohibebuntur: ut ita sinistra illa fama, quæ de hoc nostro Bohemiæ regno Moraviæque Marchio-

Digitized by Google

natu pe crebuit, rursus exstinguatur, & omnia ex inordinato in ordinem reduci possint.

[*Hæc sunt quatuor illa capita, quorum adhuc ita frequens facta est mentio, quæ quoniam hic expresse ponuntur, antea commemorare nolui.*]

5. Caput contra Imp. Sigismundum.

[5] *Quinto, Sigismundum Hungariæ Regem, quo suisque adiutoribus maxime seducti sumus, totumq; Bohemiæ regnum sua iniquitate, sævitiaque maxima damna fecit, Regem, hæreditariumque Dominum, quo iure sese sua indignitate ipsius indignum reddidit, nullo modo acceptabimus, qua tenus & quantisper vixerimus. Nisi Deus opt. max. hoc ita singulari quodam fato velle videatur. Quemadmodum initio Legatorum inclytæ urbis Pragensis, civitatis Thaborensis, Equitum, Nobiliumque, Civitatum, aliarumque (ut ita loquar) communitatum ea vox atque voluntas fuit, quæ capita illa veritatis, scripto modo à nobis tradita, iam acceptarunt, atque in posterum acceptaturi sunt. Hic enim Rex divinæ veritatis, quæ in sacris literis palam fundata est, contemtor apertissimus, Bohemicæque gentis tum famæ, tum hominum perditor est. Quod si vero quidam Despotæ, Nobilesve aut civitates sese à nobis divellere, Regemque, quem diximus, vel consilio, vel opera inconsultis Pragensium civitatibus, hisce Despotis, Nobilibus, cæterisque civitatibus iuvare voluerint, eique ita adhæserint, eiusque sufficienti testimonio convicti fuerint; neque vel literis nostris, vel certo nuncio à nobis admoniti hoc facere confestim cessarint: ii ad pœnas, quas infra dicemus, subeundas atque perferendas damnabuntur.*

6. de regno præfectis.

[6] *Sexto, uno omnium nostrum consensu viginti fideque & gravitate conspicui viri electi sunt, nimirum hi:* Ianus Cniezovius, Lidertius Rastcovitius, Paulus & Ianus Chatvatus, *omnes cives maioris, veteris novæque urbis Pragensis.* Woldrcichus Rosæmontanus, Cenco Speculæmontanus sive Weselæus, Woldrcichus à Nova-domo, Hieniecus Crussinæus Lymburgicus, & Gindrcichus Berca Dubæus *ex ordine Despotarum. Item*: Ianus Zisca Trosnovius, Suenco Buchovius, Ianus Smilcovius, Miculaschus Barchovius, Milota Bochdanccius, Oneschus Miccoviccius & Gindrcichus Boharinienssis. *Nobiles*: Franciscus Rozmitalius, Wachæus Sacensis, Mittiegus, Przagus, Graditiensis ad Albim, & Matthiegus Hosticzkius Curcimensis.

eorum officiis.

[5] *His omnibus, ut negocium publicum gerentibus, (publicis hisce literis testibus) plenam potestatem tribuimus, ut omni ditioni præsidentes, eam regant, bonæque paci tranquillitatique restituant.*

Quicquid itaque hi, quos diximus, negocium publicum gerentes communibus suffragiis decreverint, aut cuiquam nostrum demandarint; maxime vero quod regni Bohemiæ subsidium atque protectionem concernet: id à nobis confestim, ita ut nemo vel verbulo refragari ausit, præstitum iri, bona fide, absque omni dolo pollicemur.

Quod si vero quispiam ad capita illa, quæ supra tradidimus, consentire nolit: is quicunque sit, ab hisce, quibus hæc ptestas, quam diximus, à nobis tradita est, id facere cogetur, quibus nos opem ferre tenemur.

Nos quoque, si res postulet, quantiscunque valemus viribus surrecturos, nosq; ipsos, quocunque ipsi nos ire iusserint, staturos, ipsorumque mandatis omnes obtemperaturos pollicemur: nisi forte gravissima quædam causa quibusdam obstans inciderit, quæ ab ipsis Despotis acceptetur; ubi tamen nihilominus nostræ copiæ auxiliariæ mittentur.

Præterea præcipue decretum est, si forte quidam iam hoc pactum, piaque illa, quæ supra tradidimus, capita non acceptent, ut ii pro arbitrio Despotarum ad id adigantur: aut si quis horum Despotarum cæteris, aut etiam civibus illis, ex quorum ditione delectus est, displicuerit: civitati illi alium aptiorem ipsi substituere fas sit.

Despotæ quoque, quos diximus, omnia gravia & ardua negocia, quæ secundum leges divinas ipsi diiudicare non valebunt, duobus ex sacerdotali ordine in consilium adhibitis, inprimis autem M. Ioanne Prcibramo, atque alio quodam, diiudicabunt, iustitiamque legitime administrabunt.

Denique & hoc annexum est, ne delegati hi Despotæ hanc sibi à nobis traditam potestatem diutius quam usque ad proximam D. Wenceslai festam diem habeant.

Quod si vero interea à Deo opt. max. nobis de Rege prospiciatur, quisque ordo suis legibus vivat suisque privilegiis fruatur atque gaudeat, & quatuor illa capita ab omnibus atque singulis in omnibus hominum ordinibus observentur, nisi omnes nova pacta uno omnium consensu

Digitized by Google

consensu sanxerimus. Aliter omnia in hisce comprehensa capita plene perfecteque in omnibus, sub pœna amißionis famæ bonæque fidei nostræ, abs qua simpliciter & immediate literis hisce testibus, eo casu recedere nos contestamur, à nobis observatum iri promittimus atque spondemus: imo, nisi ea præstiterimus, & facultates opesque nostræ ærario publico adiudicentur, non secus ac si hæc illorum bonorum publicatio mensa provinciali sive regia confirmata fuerit. Quod si & nos ipsi (quod Deus opt. max. avertat) eorum, quæ diximus, quo vel qualicunq; modo hoc fiat, ullum transgrediamur; neque ad eorum, quæ hisce comitiis statuuntur, normam corrigamus; eiusque manifeste legitimisque testimoniis convincamur: ipsi eo facto nos pœnæ, nimirum exilio perpetuo, adiudicatos volumus. In quorum omnium fidem &c.

CAPVT XLVIII.

[1] Imperator ad hæc Comitia Legatos mittit. [2] ipsius ad ordines Bohemicos literæ. [3] Responsoria Bohemorum. [4] Peccata, quorum Bohemi Sigismundum accusant. [5] ipsorum postulata à Rege. [6] Sigismundi responsio.

AD Bohemica ista comitia Sigismundus Imperator cum literis honorariis, præter literas ad ipsa comitia, Aleschum Holyczkium Putamque Czesloviccium ablegare, qui vix ægre admitti: tandem cum admissi auditique in Imperatoris laudes amplissimas excurrerent, Despota Uldricus Rosęmontanus id ferre nolens ipsos interpellare, iubereque, ut saltem literas traderent, quas Despota Cruffinæus publice prælegendas curare. Literas hasce, ut & sequentes, quæq; gesta sunt Comitia, ego ex Ioannis Sandelii natione Bohemi, Germaniæ tamen peritissimi, qui linguarum idiomata aliquanto accuratius nostrum ullo observavit, interpretatione recensebo: *Imp. Legatos ad Comitia mittit.*

Sigismundus D. G. Romanorum Imperator s. Aug. Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex. &c. omnibus Despotis, Equitibus auratis, Nobilibus, civitatibus, universisque regni Bohemiæ incolis mentem nostram significamus, vosque certiores facimus Comitia hoc tempore in Bohemia celebratum iri, nobis indicatum esse. Proinde generosos Aleschum Stellamontanum atque Holyczkium, ut & Putam Czastoloviccium, consiliarios fidesque administros nostros, qui, quæ à nobis mandata ad vos acceperint, vobis referrent, à nobis ablegatos esse, utque iam pridem sæpius tentavimus, in posterum quoque postulabimus, ut hac in parte studium operamque vestram ad id conferatis, quo ditio bonis legibus bene constituta, pace atque tranquillitate fruatur, nosque inprimis [contra eos, qui nos hæreditario nostro iure spoliare volunt] ex illiberali illa accusatione eiusque suspicione eripiamur atque absolvamur, id quod vos nobis, Domino vestro, præstare tenemini. Nos enim ditioni, quæ in hoc exitiale malum incidit, ex animo condolere, Deo opt. max. teste profitemur. Quapropter etiam semper inimica illa iura nostra distulimus, nec dum ad ea descendere, nec regnum hoc Bohemiæ ab exteris plane funditusq; everti dispergique cupimus. *ipsius ad ordines Bohemicos litera.*

Quod ad quatuor illa capita quæ frequenter à nobis petivistis, attinet, nimirum efficeremus ut legitime audiremini, id quod nobis semper concessimus, nostramque mentem etiamnum hanc esse vobis significatum volumus, ut, quod quisque proxime à Deo ex iustitia & æquitatis ratione poßidet, in ea eius possessione conservetur: ut ita quisque ab alterius iniuria tutus sit, nosq; ita bona pace fruentes, tranquille vivere poßimus.

Quod si vero nos ullius in ea ditione confusionis autores esse, (id quod tamen certe non speramus) cuiquã forte videamur: nos sane libenter eam corrigemus, in ordinem redigemus, correctionemque ipsi admittemus, ne nos saltem ullius confusionis autores simus.

Tum vero etiam semper vivo quoque charißimo Domino fratre nostro Wenceslao f. m. ditioni huic fidem nostram paratam fuisse, nosque, ut ea suo more, suisq; legibus atque privilegiis vivere posset, non parum laboris pertulisse, sumtuumque fecisse, studiumque nostrum vobis non defuisse, omnes satis compertum habetis. Quod si vero quis hanc nostram promißionem, quam vos ipsi semper ambiistis, non acceptarit; sed ditionem hanc deinceps pluribus malis contumeliisque divexandam proposuerit; nosve contra iura ab hæreditario nostro Bohemiæ regno detrudere voluerit: nos tandem id non laturos; sed omnes amicos nostros circum adiacentesque regiones opem ferendam rogaturos, eaque, quibus vulgata illa confusio tollatur, tentaturos, neque nos ab hæreditario nostro adeoque iure nobis debito Bohemiæ regno deturbandos permissuros, licet id absque gravi vestra pernicie, & irreparabili damno, atque tum vos, tum & posteros vestros, valde mordente sanna fieri non posse videamus, quemadmodum

Digitized by Google

& hæc omnia, ut & quid nos præterea animo volvamus, nostri illi, Aleschus atque Puta, pluribus, quæ necessitas postularit, vos docebunt. Vt itaque ipsis, in iis, de quibus nostro nomine vobiscum verba facturi, quæque hac in parte acturi sunt, ambobus, vel forte absente altero, alteri perinde atque si ipsi adessemus, fidem tribuatis, postulamus. Datæ Trenschinii, Anno Domini, 1421. die Martis à Corporis Christi, sive secundum alios, Vrbani, Hungarici regni nostri 35.

Ad mandatum Domini Regis,

Michael Canonicus Pragensis.

[3] Ad quas Sigismundi literas Bohemi hæc respondere:

Responsoria Bohemorum.

Illustrissime Princeps atque Rex, quandoquidem A.M.T. suis ad nos literis pollicetur, se, si ullius in regno Bohemiæ perturbationis autor sit, ut ea corrigatur, effecturam: hæc ergo, quæ sequuntur, perturbationis capita reperiri noverit:

Peccata quorum Bohemi Sigismundum accusant.

[4] I. *quod A.M.T. Mag. Ioann. Hussium sub fide publica, quam ipsa illi dederat, in universæ Bohemorum gentis insignem contumeliam exurendum permiserit.*

II. *Omnibus hæreticis, quique à fide Christiana defecerunt, in Concilio Constantiensi libere loquendi copia facta fuerit; nostris autem viris optimis, nequaquam. Præterea utque A.M.T. iniustam illam Bohemicæ genti contumeliam tanto magis adaugeret, alterum insuper Magister nomine Hieronymum, egregium virum, sub simili sive pari fide publica comburendum curarit.*

III. *A.M.T. in eodem, quod dictum est, Concilio Constantiensi Bohemiam proscribendam, dirisque devovendam permiserit, dum ea in Bohemos ipsorumque sacerdotes, vel potius ecclesiastas, Pontificiarum dirarum diploma in lucem exire passa est, quo cuncti velut hæretici, damnati, radicitus exstirpandi sint.*

IV. *A.M.T. idem Pontificium proscriptionis diploma Bratislaviæ, in Bohemicæ gentis ignominiam, totiusq; regni exitium, publice promulgandum curarit.*

V. *A.M.T. promulgatione illa omnes circumcirca regiones in nos excitarit, easq; in nos, ut detestabiles hæreticos, duxit.*

VI. *Principes illi exteri, quos A.M.T. in nos duxit, Bohemiam flammis ferroque vastarint: imo nec religiosis, nec profanis pepercerint, abs quibus multæ fœminaque, virginesq; gravissimas difficultates perferre coactæ sint.*

VII. *A.M.T. civem quendam Ioannem Crasa, venerabilis sacramenti usum sub utraque specie probantem in nostræ Bohemicæ gentis dedecus, Bratislaviæ equis circum raptatum tandem quoque exurendum curarit.*

VIII. *A.M.T. cives quosdam Bratislavienses, ob in Regem* Wenceslaum, *iam p.m. admissum quidem, attamen condonatum peccatum, capite plectendos; cæteros autem maximo suo damno in exilium mittendos curarit.*

IX. *A.M.T. Ducatum Brabantiæ, quem Carolus Imp. f.m. regno Bohemiæ, quod diximus, Herculeis laboribus, maximisq; sumptibus acquisiverat, propriumq; dicarat, subtraxerit, quin & veterem Marchionatum Brandeburgensem absque consensu regni eiusque procerum aliis oppignerarit.*

X. *A.M.T. neglectis suis sponsionibus, & promissis absq; Despotarum, Equitumq; & Civium ordinis consensu diadema Bohemicum, non sine maximo regni tum damno, tum ludibrio contumeliaq; è ditione eiusq; terminis evehendum curarit.*

XI. *Imperii sacra, ab Imperatore Carolo Herculeo labore maximisq; sumptibus acquisita, honoriq; nostro extraordinario in hanc terram delata, A.M.T. absq; ullo publico consensu accepta, ex hac ditione evehenda curarit.*

XII. *A.M.T. varia* κειμήλια, *à maioribus nostris ingenti labore parta, inq; Dei opt. max. honorem huiusque regni in summo Pragensium templo, cui nomen,* Carolinus lapis, *inq; aliis monasteriis recondito, quotquot ibi collecta fuere, sumta, è ditione evehenda, inq; regni detrimentum alienanda curarit.*

XIII. *A.M.T. mensam provincialem sive regni, absq; publico consensu alienarit, ut & omnium viduarum atq; orphanorum aliorumq; bonorum virorum, ibidem reconditam, pecuniam, contra omnia nostra regniq; iura omnesq; consuetudines abstulerit.*

XIV: *Omnia nostra iura atque privilegia, quibus ditiones Bohemia & Moravia hac tenus fruitæ sunt, per A.M.T. violata, imo nobis erepta sunt, quorum omnium maximæ perturbationis capitum A.M.T. autor est.*

Ipsorum postulata à Rege.

[5] *Itaque oramus, ut A. M. T. nobis hæc omnia restituat: & primum quidem à contumelia atque contemptu Bohemicæ gentis nostræ cesset, ipsumque regnum Bohemicum,*

Marchio-

Digitized by Google

Marchionatumq; Moravum ei eripiendum: 2. provincias illas quæ insciis invitisq; tribus regni Bohemiæ ordinibus ereptæ ademptæq; sunt, regno, quod diximus restituendas: 3. Coronam Bohemicam una cum imperii sacris, quæque diximus, κειμηλίοις ut & mensam regiam literasque & diplomata, cæteraque ex arce Carolina sive Carolo-petræa restituenda: 4. quæ circumcirca iacent regiones, in nos excitatas, inprimis autem eas, quæ regno Bohemiæ insitæ sunt, ne nos in posterum perturbare, nostrumq; sanguinem effundere gestiant, compescendas curet. A. quoque M. T. certam nostram constantemq; sententiam de 4. illis Pragensium capitibus, quæ stricte observare, nulloque pacto ab iis recedere constituimus, innotescere volumus: 1. quod ad venerabilis sacramenti altaris usum attinet, id à nobis sub utraque specie sumendum, atque ita celebrandum esse: 2. quod ad verbi divini annunciationem, eam ab omnibus & ubique præstandam: 3. quod ad bona illa ecclesiastica, nos monasticis prædiis ipsos frui malle, quam ea ipsis concedere: 4. quod ad publica peccata, ut ea, præsertim autem in prostibulis, compescantur. Ad hæc, iura nostra, constitutiones, privilegia, bonasq; consuetudines, quibus nostrum Bohemiæ regnum, Moraviæq; Marchionatus ab A. M. T. antecessoribus condecoratum atque exornatum est, à nobis illabata atque inviolata servare, iisque frui volumus.

6 Quibus literis acceptis Sigismundus hasce responsorias cito reddere: **Sigismundi Imp. responsio.**

Sigismundus D. G. Rom. Imperator. &c. vobis omnibus Despotis, Equitibus auratis, Nobilibus atque civitatibus nostri Bohemiæ regni notum facimus: multorum capitum nomine, præcipue vero quod M. M. Ioannem Hussium & Hieronymum Pragensem, ut & contumeliam oppressionemque Bohemiæ regni concernit, à vobis accusatos, eorum plane insontes esse, eaque, quæ Bohemiæ regno, nostræque coronæ labem aspergere valeant, nunquam hac tenus à nobis commissa esse, neque etiamnum à nobis patrari. A nobis enim in Concilio Constantiensi dilectum fratrem nostrum, Regem Wenceslaum f. m. vosque omnes sufficienter defensos esse, nosque pro vobis intercessisse, ita ut & ipsi postea durius compellati nonnullamque contumeliam perferre atque sustinere coacti fuerimus, constat.

Ad hæc Bohemia nulla contumelia affecta, neque condemnata est: sed ii saltem, qui maioris ignominiæ causa, perpetuique exitii autores sunt, qui bonis suis turpiter absumptis postea fana monasteriaque (ab antecessoribus nostris religionis ergo in Dei opt. max. honorem Herculeo labore maximisque sumptibus condita) expilarunt, exusserunt, vastaruntque, sacra pedibus horride conculcarunt, honestas virgines, monachos, sacerdotes, aliosque religiosos, ut & Equites auratos, Nobilesque aliosque bonos utriusque sexus, absque omni causa fervide exusserunt, & occiderunt, imagines truncarunt, augusta loca in suis terris sive ditionibus vastarunt, nec vel sontium vel insontium rationem habuerunt, hac saltem de causa, ut eorum sanguine fortunisque satiarentur.

Manifestæ illæ publicaque atque à Christianismo alienissimæ perturbationes, qui circumcirca adiacent, Principes, terrasque in vos excitarunt: vestra ipsorum adeoque nefaria facinora, direptiones, cædes, incendia, sola vastitatis celeberrimi huius regni causa sunt; nos non item. Nos enim ipsos proprio hæreditarioque regno nostro tam turpi exitio esse velle, nec veri simile est, nec bonus ullus credet, nec ratio suadet. Quin potius nos iis malis, quibus vos hanc ditionem affecistis, graviter affici, ipsique imo in corde condolere, certo scitote, reveraque creditote.

Quod ad illud accusationis caput, quod est de corona reliquisq; sacris, attinet, ea ablata custodivimus, ne & ipsa tam turpiter, ut & cætera, dilacerarentur, diriperentur, atque disperderentur.

Mensam regni Despotis consciis atque consentientibus abstulimus, quam illi tum, cum in tutiorem locum & custodiæ causa transferenda esset, suis sigillis muniverunt.

Quod si etiam in hisce terris, id quod vos asseritis, nos ullius perturbationis causa sive autor extitimus [id quod finitimorum Principum atque Despotarum, quos iudicium suum hac in parte iam rogavimus, arbitrio committimus] eam sane nos libenter corrigemus: vos quoque similiter perturbationes illas, clademque, quarum autores extitistis, pro æquissimo Principum atque Despotarum illorum iudicio resarcietis, ab iisque in posterum abstinebitis.

Quatuor illa Pragensium capita quoque vobis stricteque & inviolate observanda proposuisse scribitis: ad hoc vobis hoc respondemus; per nos nunquam stetisse, quo minus ista, quam dicitis, disputatio haberetur, vos ipsos omnes compertum habere: vos autem ante quam res eo devenirent, nostram vestramque terram flammis ferroque vastare depopularique incepistis.

Ad extremum, vos vestris constitutionibus vestroq; iuri inniti, atq; ex eius præscripto vivere velle, quo antecessores vestri donati fuerint: at vero vestra salubria iura, privilegiaq; perfringere, non unquam; unumquemq; vero in suo iure conservare, constitutionesque, iuraque & privilegia potius adaugere, quam minuere, nobis semper animum fuisse, noveritis.

Proinde diligenter accurateq; inspicite, quis vestra iura perfregerit: literas illas, quibus vos invicem obligastis, intuemini, videbitis, utrum vos ipsi iura vestra perfringatis, nec ne? In templo quoq; D. Viti dilectique à nobis D. Wenceslai in arce Pragensi lapideas imagines confractas, argenteas ablatas, ligneas, exustas esse accepimus: hic ergo profecto, num hisce actionibus vestra iura confirmare atque corroborare valeatis, scire nequimus, & insuper Pragensem arcem, quam non condidistis, una cum insignibus templis, quæ Dei opt. max. honori condita sunt, destruere vultis? Quocirca ne vel ipsi templa ea diruatis, vel ea aliis diruenda permittatis, per Deum opt. max. vos oramus. Satis magna iam pridem contumelia ditionem hanc affecistis, dũ unam eamque satis celebrem regni huius sedem, in Wissegradensi, atque insuper augustum illud templũ D. D. Petri & Pauli una cum quatuordecim egregiis templis in Wissegradensi diruistis atque vastavistis. Quod si vero alteram laudatissimi huius regni sedem dirueritis: & apud Deum opt. max. & apud finitimos Principes æternam ignominiosamq; labem vobis ipsis aspergetis, ipsosq; in vos accendetis, ut ita Deus opt. max. exteras gentes in vos immittat, unde vel per quas vel aliis turpissimo ludibrio eritis, vel in irreparabilia damna incidetis. Hoc enim templum diadematis sive Coronæ caput esse, in eoque D. Wenceslaum una cum cæteris sanctis patronis nostris, item Carolum Imperatorem felicissimæ sanctissimæq; memoriæ, dilectum Dominum atque parentem nostrum, una cum aliis quibusdam Regibus atque Principibus reconditos esse, vos non fugit.

Iterum per Deum opt. max. oramus, vos vestri ipsorum misereſcat, & regionis, quam ita sanctam ne finite ulterius vastari, neve committite, ut nostra urbs atq; administri ita pereant atq; interimantur. Sectamini vero iustitiam, id quod vobis ante quoq; literis nostris significavimus, easque perturbationes, quibus Deo, sacrorumq; constitutioni, nobisque ipsis repugnatis, corrigite: & libenter vos consilioque operaq; iuvabimus.

Quod si vero hoc facere neglexeritis: nos sane tum, licet voluerimus, tamen nihil præstare poterimus. Et nisi ab his abstinueritis: nihil certius est, nisi huic regioni per vos perpetuum excidium adventare.

Caput XLIX.

[1] Silesii in Bohemiam irruunt. [2] Zisca Picardos investigat. [3] Pragenses à Zisca deficiunt. [4] Ioannes Præmonstratensis senatum è Picardis eligit. [5] Pragenses Pontem obsident. [6] Teutones Bohemos à Ponte repellunt. [7] Bohemia excedunt.

Silesii in Bohemiam irruunt.

DUrantibus hisce comitiis Silesii numero 20000. plus minus in Bohemiam irrumpere, circa Nachodam, Trautenaviam, & Poly direptionibus atque incendiis agrorum vexare: audito vero quod Zisca arma in ipsos moveret, discedere.[2] Zisca ergo validissimis militibus suis assumptis, totam fere Bohemiam peragrare, solosque Picardos investigare, eosque absque discrimine exurere.

Zisca Picardos investigat.

Præcipue vero Chrudimæ à militum duce Dionysio, Martinus Loquis deprehendi, captivusque primum Graditium, tum Raudniccium ad Archiepiscopum deduci, & quod de insania hacce voluntaria plane nihil remittere vellet, exuri.[3] Quo audito Pragenses huic sectæ addicti, præsertim autem illi è nova urbe, Ioannem Præmonstratensem accedere, atque cum ipso deliberare, tandem die Lunæ post Petri & Pauli, in cœmeterio Mariæ Nivis convenire, ibi Ziscæ Senatusque utriusque Pragensium urbis tyrannidem contra religionis suæ asseclas commemorare, campanaque signum conventus dare. Ioan. Monachus ipsos instituere, postea cum ipsis curias ascendere, senatumque considere iussum, multorũ falso accusare, à consule sigillum accipere, ex duabus civitatib. unam facere,[4] quatuor Picardos eligere, iisque rempub. administrandam, tantisper, dum novi senatores eligerentur, committere. Animadverso autem hisce proceribus imperantibus seditionis periculum imminere, hisce 30. alios addere, in unaquaque urbe 15. ipsisque, ut omnes controversias in veteris urbis curia diiudicarent, præcipere. Politicis accurate recensitis, eorumque delectu habito, ecclesiasticos quoque exagitãdos suscipere, M. Christianum, pastorem ad D. Michaelis, ante plebem accusare, quod

Pragenses à Zisca deficiũt.

Ioannes Præmonstratensis senatum è Picardis eligit,

& ecclesiasticos recensere cogitat.

Digitized by Google

quod papatui nimium addictus esset, infantibus cœnam Domini præbere nollet nec ullos hymnos Bohemicos in templo suo ferret. Quod si igitur ipsis placeret, eum cum suis asseclis ab ipso dimissum iri: plebs acclamare, *tack, tack*, id est; *sic, sic*: atque ita ille ex urbe emitti.

Mense Augusto, Pragenses equitatũ suum, ut & peditatum, emittere, qui Launam abire, ubi Sacenses Slanensesque sese ipsis adiungere, hi ergó in tractu Slanẽsi grassari, pagos misere vexare, monasterium *Dogsan* diripere & exurere, *Osse Zcam* tendere, itidemque agere. *Pragenses copiis suis emissis*

[5] Die Mariæ Magdalenæ maior populus ad ipsos accedere, Pontem ergo obsidere in monte quodam è regione arcis, vesperaque ea, quæ est pridie D. Iacobi, eam oppugnare incipere, idque tanto impetu, ut obsessi desperarent, colloquiumque captarent; ante vero, quam omnino inter ipsos conveniret, Electorem Saxoniæ Fridericum, Ducem Misniæ cum magnis copiis ipsorum liberandorum gratia sese iam in viam dedisse, Sigismundum quoque Hlauuaccium Tetschenũ, & Nicolaum Chudy ipsis subsidio adventantes nunciari: hinc ergo illi animos resumere, frequenter ex urbe erumpere, captos publice, adhibito tubarum sono, comburere. Hinc & illi, qui urbem obsidebant, cædibus, incendiis, virginum matronarumque honestissimarum stupris sævire incipere, Germanum quendam aliquando captum septimum in rogum coniicere, qui tamen semper ex igne resilire, donec ipsum tandem flagellis suis ferreis occiderent. *Pontem obsident.*

[6] Dum utrinque res ita gererentur, Germani 14. Cal. Septemb. adventare, cum Bohemi cogitare, *hos facile superabimus*, eosque invadere: primo autem congressu in fugam verti, duobusque millibus suorum amissis, M. Laurentio teste, omnibus quoque tormentis bellicis, quæ ante hoc oppidum habebant, nempe duobus magnis tormentis æneis, duobus mortariis, 24. mediocribus tormentis, multaque armatura amissis campo diffugere. In hoc conflictu vel acie sacerdos quidam *Cnietitus Barta*, hierothecam gestare, viso autem hostes victores, abiecta ea se in pedes coniicere, captus autem in frusta dissecari. Pragenses autem Sacensesque, qui fugerant, (canum quorundam exemplo, qui domi cæsi erumpentesque, in platea obvium quemque invadunt) ad monasterium *Teplam* 13. Cal. Septembris accedere, id exurere, solo æquare, vastare. Pragenses suorum statu cognito, ipsis propere magnam peditum, & insignem equitum vim, in quibus Ioannes Præmonstratensis ipse quoq; erat, mittere, eo fine, ut Germanos è Bohemia expellerent:[7] Misnici vero, ante, quam illi advenirent, excesserant: hinc Bohemi ipsos insequi, Cadenam & Chometaviam occupare: quod tamen metuerent, ut Teutones ipsis hæc oppida concederent, muros, ubi validissimi erant, revellere atque deiicere, domosque aliquot cõburere, Cadanam Chometaviamque recuperare, arcẽ Belinam, quæ Despotæ Coldicii erat, obsidere, vehementer valideque oppugnare, in pagos etiam vehementer grassari, plebem misere vexare. Cui quidem avertendo, milites Pragenses exsurgentes in Germanorum conspectum prodire: ipsis vero confligendi libido nulla esse; sed 3. Cal. Octobris relicta Bohemia Misniam repetere. *Teutones Bohemos à Ponte repellunt.* *Bohemia excedunt.*

CAPUT L.

[1] *Comitia Brodæ Bohemicæ indicta.* [2.8] *Pragenses ad ea invitantur.*[3] *qui certos à sese eo ablegandos pollicentur.* [4.6.5] *id quod Ioannes Monachus Præmonstratensis omni contentione dissuadet.* [5] *Plebs scissa.* [6] *Monachi sententia.*[7] *Despotarum ad Pragenses legatio.* [9] *Legati à Pragensibus eo missi.* [10] *Comitiorum decretum.* [11] *Pragensium Legati M. Ioannis PrZibram calamitas.*[12] *Imp. Sigismundus filiam suam Alberto Austriaco despondet.* [13] *Ioannis Præmonstratensis tyrannis.*[14] *in Equitem auratum Ianum Sadlonem* [15] *Sadlo contra datam fidem interficitur.* [16] *Coributus Dux Lithuaniæ in Bohemiam venit.*[17] *Pragenses Boleslaviensibus obsidione liberatis* [18] *Bielam obsident & expugnant.*

INterea Despotæ quidam Udalricus Rosæmontanus, Cenco Speculæmõtanus, Wauvecus de Novadomo, cum aliis quibusdam Nobilibus Brodæ Bohemicæ, 8. Cal. Octobris de regni commodis acturi, convenire, [2] literisque ad Pragenses datis, ut legatos plena cum autoritate ad comitia mitterent, petere. [3] Pragenses *Comitia Brodæ Bohemicæ indicta.* *Pragenses ad ea invitantur.*

Digitized by Google

qui certos à sese eo ablegandos pollicentur. id quod Ioannes Premonstratensis omni contentione dissuadet. Plebs scissa. Monachi sententia.

id polliceri. Flaminem vero quem habebant, Ioannem Præmonstratensem, domum reversum consulere, [4] qui acerrime obstare dicens: *Despotæ illi, qui iam hunc conventum celebrant, non satis ingenui candidiq. sunt, nec in omnibus, quatuor illa capita nostra observant, Imperatori magis, quam vobis patriæq. faventes.* [5] Plebs eo audito in duas partes scindi, pars altera, promissa Despotis, quos diximus, facta, inviolate servanda contendere: altera, eaque maior aperte exclamare, sibi cum ita infidis Despotis nihil negocii futurum. [6] Altera igitur parte alteri repugnante, Monachus seditionem exorituram metuens hanc sentẽtiam ferre, duos scabinos, duosque cives Pragenses, non Brodam, sed Colinam, idque tamen absque plena potestate cuiusquam decernendi sed saltem propositionis horũ comitiorum audiẽdæ gratia, ablegandos, Legatosque non Colinam ad illos concedere, sed Cuthnomonti commorari, remque omnem per internuncios peragendam curare debere.

Despotarum ad Pragenses legatio.

[7] Despotæ his cognitis Despotam Udalricum Wauvecum de Nova-domo, atque Sadlo cum quibusdam aliis Pragam ablegare, Pragensesque ut, rerum suarum satagentes, sese cum Despotis, Equitibusque auratis coniungerent, atque ita communi studio Cæsari resistere valerent, magnopere bonaq; fide hortari. [8] Monachus semper obsistere, omnium senatorum dominus sibi videri: suum tamen scopum assequi non posse: [9] sed M. Ioannes Przibramus, Procopius Przenskius aliique plures Praga Cuthnomontum plena cum potestate ablegari qui cum dominis Despotis duodecim dies consultare, [10] ubi saltem concludi: 1. Legatos ad Vitoldum Lithuaniæ Ducem, quibus absque mora in regem inaugurandus ad regnum capessendum vocaretur, ablegandos: 2. Pragensium copias quam celerrime Brodam Bohemicam mittendas, ubi ulteriora iussa accipiant: 3. Wauvaco Woldreicho supremi monetæ magisterii munus acceptandum, omnesque reditus è montibus Cuthenis colligendos, inque regni salutem atque utilitatem collocandos. Wauvacus hic die 18. ab hac congregatione, tum grassante peste correptus, interire: [11] Pragensium Legatus, M. Ioannes Przibramus harum actionum suarum omnium ratione reddita à Monacho Iano accusari, damnari & urbe pelli.

Legati à Pragensibus eo missi. Comitiorum decretum.

M. Ioannis Przibrami Pragensium Legati calamitas.

Imperator Sigismundus filiã suam Elisabetham Alberto Austriaco nuptum elocat.

[12] Sigismundus Imperator unicam filiam suam Elisabetham, è coniuge sua Barbara Cilia susceptam, 4. Non. Octobris huius anni Alberto Archiduci Austriæ nuptum elocare, eo nimirum fine, ut copiis suis Bohemos, qui ipsum Regem acceptare nollent, infestaret, atque subigeret. &c.

Ioannis Premonstratensis tyrannis in Equitem auratum Ioannem Sadlonem.

[13] Monachus ille Ioannes Præmonstratensis interea Pragæ nimiam potestatem politicam sibi sumere: hinc cui minus favebat, eum aut interficiendum, aut exilio mulctandum curare, idque egregie in forti illo Equite aurato Iano Sadlo Costelavio ostendere. [14] Ante plebem enim ipsum Romanensem, venenum pestemq; patriæ, qui Pragensibus contra Teutonas ad Pontem militantibus nullam opem ferre voluisset, quique eorum, qui Pragensium Legatos in Cuthnomonti proxime celebratis comitiis seduxissent, princeps fuisset, asperrime accusare. Sadlo iis cognitis ad Senatum Pragensem (à Monacho subintellige proxime electum) literas dare, quibus, quantis eos Wenceslao Rege vivo beneficiis affecerit, fusius cõmemorare, fidem publicam, cuius beneficio venire seque sufficienter excusare & defendere posset, petere. Senatus ipsi respondere: sibi ea, quorum accusatus fuisset, fidem nullam facere: veniret modo, se enim ipsi securitatem adversus omnem vim polliceri. Sadlo literis hisce acceptis omnia salva arbitrari, 14. Cal. Novembris [hora 16.] cum duobus germanis suis Petro & Burcardo, Pragam venire, postridie in curia comparere, [15] summo silentio captivus noctu hora 2. in veteris urbis curia capite plecti.

Sadlo contra datam fidem interficitur. Coributhus Dux Lithuaniæ in Bohemiam venit.

[16] Vitoldi Lithuaniæ Ducis legatus 6. Cal. Decemb. Pragam advenire, Bohemorum legatos à Ioanne Duce Troppaviensi captos atq; ad Sigismundum Imp. missos referre, magnum tamen principem suum nihilominus ita Bohemiæ regno favere, ut, cum hoc oneris ipse subire nequeat, fratrem suum, (id quod & Cromerus testatur, licet Dubravius saltem affinem ipsius fuisse scribat,) ipsis committat, atq; credat. Hunc iam cum suis copiis ad fines eius, quẽ dixerit, Ioannis Ducis, esse: Itaq; ardenter petere, ut Pragenses vexilla sua multis militibus vestita, ipsi auxilio mittant, quo debitam Duci pro hoc beneficio gratiam referre eum iuvarẽt.

Martinus

Digitized by Google

Martinus Cromerus 18.rerum Polonicarum libro, Coributum vel invito fratre suo meris exulibus iisque proscriptis atque pastoribus comitatum in Bohemiam abiisse scribit. Pragenses respondere, se ipsius adventu gaudere: quod autem, quas haberent copias, alium in locum abductæ essent, non posse se ipsi gratificari: ipsum ergo de ratione, qua commode ditionem ingredi possit, cogitare debere. Legatus eo cognito mox ad Dominum suum reverti. [17] Copiæ Pragensium interea ad oppidum Bielam, alias Albam-Aquam sive Aquam-Albam, accedere, in itinere vero à Despota Michaleccio, castra veteri Boleslaviæ admota, quibus urbem vexêt, quam etiam, nisi obsessis celerrime succurratur, expugnare possint, edoceri atque rescifcere. Illi ergo non cunctandum rati ad obsessos liberãdos properare, quo Despota Michaleccius cognito obsidionem solvere. [18] Pragenses ergo pergere, urbemque Aquæ-albæ, quæ Despotæ Michaleccii erat, quamq; præsidiariis suis ipsius subditis munierat, obsidere: obsessi vero oppidani fuga salutem quærere, noctuque clam urbe excedere, quam una cum arce desertam Pragenses occupare.

Pragenses vetere Boleslaviæ obsidione liberata

Bielam sive Albam-Aquã obsident & occupant.

Caput LI.

[1] *Zisca Picardos inquirit.* [2] *Æneæ Sylvii descriptio.* [3] *Chronica Bohemorum, quibus vitã Picardorum describit.* [4] *Alberti Austriaci copiæ Genissoviccium expugnant.* [5] *Imp. magno exercitu Bohemiam vexare adventat.* [6] *Despotæ quidam eum regem recipiunt.* [7] *Pragenses Ziscam opẽ ferendam rogant.* [8] *qui Pragam perveniens honestissime excipitur, lauteq; habetur.* [9] *Imperator Cuthnomontum expugnat.* [10] *Zisca cum Cæsarianis confligit, eosq; cædit.* [11] *Brodam Teutonicam expugnatam diruit.* [12] *Imperator in Hungariam fugit.* [13] *Thaboritæ Sobieslaviam occupant.* [14] *Zisca in Austriam irruit.*

UT autem, quid frater Zisca interea molitus fuerit, referam, Picardos, ut supra dictum est, ab ipso diligenter inquisitos esse, benignus lector noverit. Ergo Stræcingæ (qui pagus non longè à Regino-Graditio distat) conventicula sua ab ipsis fieri, fœda Sodomitica peccata committi, quæque inter Graditium atq; Weselam in Albi est, insulam, in qua omnes nudi incederent, ad se defendendos occupari, Deumque sibi factum, qui (cum antea in pago Wesela faber ferrarius, *Rohanus* nomine, fuisset) eos noctu ad oppidum Preicce deduxerat, quod expugnatum, quadringentis plus minus hominibus occisis, occupassent, cognito: cum Thaboritis suis exsurgens, insulam, quam diximus, petere, cui Wauvacci filii sese adiungere. Ad eam pervento, Piccardi iam armati ita vehementer sese defendere, ut fidem hominum excedere videatur. Ziscæ milites tamen maximo impetu in ipsos irruentes obvium quemque occidere, Deum autem ipsorum Rohanũ vix interimere valere. Etsi enim plurimis sagittis petitus tactusque fuisset, immobilis tamen muri instar subsistere, seque defendere, donec flagellis opprimeretur, ubi concidens occidi. 2. Æneas Sylvius, Senensis, Friderici Imperatoris Secretarius & Orator, post Episcopus Senensis, ac denique Papa Romanus, cognomine *Pius II.* in Chronicis Bohemorum, [3] quæ in Alphonsi Arragonum Regis gratiam Ioannis Tauscheccii, veteris urbis Pragensis Cancellarii, ope conscripsit, eandem historiam recitat, additq;, fœminam, in quam quis libidine exarserit, ab ipso manibus arreptam ad Deum suum (quem male Picardum, qui in Moravia iam obierat, nominat,) deductam, ad quem cum dixerit, *in hanc Spiritus meus concaluit*, aut, ut alii Bohemice scribunt, *hanc amat cor meum, eamq; expetit*: ipsum respondisse: *ite, crescite, & multiplicamini, & replete terram*: idque eos summa voluntate perfecisse, atq; inter se se more brutarum pecudum vixisse, ideoque Bohemos omnes iuste in ipsos excanduisse. Inprimis vero Zisca in oppido suo Thabor Piccardos denuo investigandos, templumq; Clocotense 8.Cal.Novembris ipsis complendum atque exurendum curare.

Zisca Picardos inquirit.

Æneæ Sylvii descriptio.

Chronica Bohemorum, quibus vitam Picardorum describit.

[4] Alberti Austriaci copiæ 4.Cal.Decembris arci munitę Genissoviccio appropinquare obsessaque & expugnata urbe præsidiarii milites viso sese hosti impares, sese in iras hostium concedere: hinc omnes captivi teneri.

Alberti Austriaci copiæ Genissoviccium expugnant.

[5] Imperator interea copias suas Bohemiam versus ducere, Iglaviamque perveniens nonnullos Despotas Bohemicos, fide publica ipsis data, ad se se evocare, [6] id quod

Imperator magno exercitu Bohemiam vexare adventat.

Digitized by Google

Despota quidā eum Regem recipiunt.

quod illi facere, atque ad Imperatorem exire, Henricus Rosæmontanus, Cenco Speculæmontanus, Wilelmus Leporemontanus, Ianus Miesseczkius & Puta Cziastaloviccius, cum multis aliis Despotis atque Nobilibus, ubi cum Imperatore in gratiam redire, ipsum Regem accipere, omniaque obedientiæ officia ipsi polliceri.

Pragenses Ziscam opem ferendam rogāt.

Imperatoris exercitus XIV. Calend. Decembris vultum Bohemiam versus convertere, Humpoleccium transeuntes ad Ledeccium castra ponere, quo die Imperator ipsus ad ipsos in castra pervenire, omnia loca, prout designara fuerant, inspicere, quodque sibi non placebat, mutare. [7] Pragenses, audito Despotas hosce Cæsari sese adiunxisse, perterreri graviter, & nihil opis usquā, nisi in solo Zisca videre, quem paucissimis per literas rogare, tempore necessitatis obsecrare, mala sua exponere, ut isti Despotæ ad Imp. transieriut, recensere, Ziscā conventum illud, quo inter Imperatorem atque illos Despotas convenerat, male habere, Pragensibus Cal. Decemb. prompte succurrere, una cum fratribus sororibus, sacerdotibus, equitatu & impedimentis multis instructus, Pragam adventare, [8] Pragenses eo gaudere, & in ipsius honorem, (ut quoniam nihil viderer, satis exaudiret) omnibus maioribus urbis campanis signum dandum curare, nihilominus cum sacerdotibus, iuvenibusque & adultis ipsi obviam procedere, ipsum, uti egregium (quod M. Laurentius scribit) Principem in urbem introducere, suis victum sufficere, unde ille octiduum in urbe commorari, cum Pragensibus diu multumque consultare, tum exsurgere, Czasloviam necessario præsidio munire tum ad montes Cuthenos tendere. Verum audita Cæsaris potentia numerosisque, quas secum ex peregrinis gentibus habebat, copiis, milites Pragenses sensim taciteque dilabi. Zisca Chodonibus sive Cuthnomontanis, qui Thaboritis nunquam vere favissent, sese credere sive committere nolle, sed in monte non longe inde distante, cui nomen *Turgango* locum capere, curribus, muri instar inter se cōcatenatis, sese munire, quidq; Cæsar attentare vellet, expectans observare, [9] Qui nec ipse feriatus, Cuthnomontum 13. Cal. Ian. occupare, Ziscam in mōte obsidere, verum Zisca 10. Cal. Ian. noctu exsurgens, imperatoriis excubitoribus cæsis, cum suis militiæ fratribus fortissime sibi ferro viam aperire, cum omnibus suis impedimentis Colinā pervenire, & quod exiguas militū copias haberet, quid hostis moliretur, explorare, nec, nisi lacessitus, ipsum petere velle, magno præsertim frigore ingruente, quod Imperatorē campis decedere cogeret. Quo frater Zisca cognito, circa Gitschinum atque Turnoviam milites conscribendos curare, fratres suos omnes convocare, à festo nativitatis, frigore de vehementia sua remittente, exsurgere, Cæsarianis Symbola Bohemica secundare velle. Sigismundus suarum quoque rerum satagere, copias suas cōvocare, ex adverso Ziscæ ad Cuthnomontum, locum capere idque oppidum 8. Id. Ian. anni 1422. (quod magnas copias auxiliarias ad Ziscam, per sese alioqui nihilominus quotidie cum Hussarenis suis ad Nebovidam levioribus præliis decertantem, adventare audiret) funditus exurere, Hungari, quos secum habebat, id quod Lupacius ex manu-scripta quadam historia huius libelli annotavit, ita in hanc urbem sævire, ut ne infantulis quidem in cunis parsum fuerit. Imperator hoc peracto confestim Brodam Teutonicam petere: [10] Zisca autem frater ipsum pone insequens postridie omnem Imperatoris exercitum cædere, atque ab Habro Brodam Teutonicā usq;, quod trium miliariū spacium est, profligare, Cæsarianosque ad internecionem usque cædere, in fuga 450. currus rerum preciosarum plenissimos, præcipue vero tres Latinis, Græcis, Hebraicisque libris onustos, quos Hungari Bohemicis è templis rapuerant. Prædam hanc Zisca inter fratres suos æqualiter dividendam curare. [11] Postridie, qui erat 5. Id. Ian. Brodam Teutonicam rotum diem maximo impetu oppugnare, oppidani sese lapidum iactu missilibusque strenue fortiterque defendere, ut hostes ter mille numero plus minus occumberent, quo Thaboritæ ita effervescere, ut urbem postridie tanto furore invaderent, perinde ac si diabolo ipso agitarentur, aut ipsi cacodæmones essent; & licet oppidani sese dedere vellent: ita tamen isti urgere, ut urbe conscensa, cives trucidarenrur, urbs accensa ita dirueretur, ut 14. annorum spacio nemini habitabilis esset. Sequente die 3. Id. Ianua. Zisca sub imperatoriis vexillis, quæ Cæsarianis fugientibus extorserat, confidens, nonnullos Thabo-

Zisca Pragam perveniens honestissime excipitur, & laute habetur.

Imperator Cuthnomontū expugnat.

Zisca Cæsarianos cadit.

Brodam Teutonicam expugnatam dirutt.

Digitized by Google

Thaboritas Equites auratos creare. ¶ [12] Imperatorautem Iglaviam se recipere, & inde in Hungariam properare. Nec vero militum Dux, quem habebat Pipo Florentinus 1500. Hungaris praeiens, postremas tenere velle, atque ad Iglaviam, quod frigore concreverat, flumen transire volens, glacie rupta cum multis, quorũ tamen certus non esset numerus, submergi.

Imp. in Hungariam fugit.

[13] Thaboritae 13. Cal. Feb. Sobieslaviam obsidere: oppidani autem deditionem facere, illi tamen, pro more suo, nonnullos flamines exurere.

Thaboritae Sobieslaviam occupant.

[14] Zisca tum quoque Austriam invadere, eamque pro more suo, direptionibus, incendiis, caedibus vexare. Miseri ruricolae aris focisque desertis, bona, quae poterant, in urbes arcesque devehere; alii pecoribus suis caeteris que, quae poterant, assumtis in sylvestria vel vasta loca concedere; nonnulli multa pecora ratibus imposita in insulam quae in Danubio est, devecta, satis tuta putare: Zisca vero hoc explorato, confestim porcellos, vitulos, agnos &c. ad littus adducendos verberibusque tantisper afficiendos curare, dum pecora ex insula grunnitum, mugitum, balatumque sequuta ad littus enatarent, atq; ita in hostium manus pervenirent. Haec Sylvius cap. 44.

Zisca in Austriam irruit.

Stratagema Ziscae.

Caput LII.

[1] Ioannes Praemonstratensis accusatur. [2] debitam sibi mercedem accipit. [3] Seditio in senatores Pragenses mota. [4] Collegia Pragensia expugnata, [5] arx Purgellinum, Germ. Burgloß *dicta, conflagrat. [6] Graditienses tumultuantes senatum suum captivum ducunt. [7] Thaboritae in Marchionatum irruunt. [8] Pragenses Luditium expugnant. [9] Coributus Pragam adveniens acceptatur. [10] Despotae quibus de causis ipsum reiiciant. [11] raptum diadema custodiunt.*

PRagenses interea quieti in Ziscae victoriis facile acquiescere: ut tamen & sibi esset quod agerent, ipsorum Magistri negocium solicitum auspicari, Ioannem Praemonstratensem ante quosdam prudentiores Picardum [qui revera erat] accusare, addereque quod vocationis suae limites excedens, sese politicis sive forensibus negociis immiscuerit, quo saltem urbis dominus, pios, doctos prudentesque viros aut enecandos, aut in exilium mittendos curaret, id quod in M. Przibramo & Despota Sadlo videre esset. Senatores de re penitius inspecta clam deliberare: sed ita arcana ea ipsarum consultatio esse non posse, quin Monachus rescisceret, qui cum aliis decem, 7. Id. Martii anni 1422. in curiam, iuxta Hageeum [Sylvius tamen cap. 44. aliique eum in curiam vocatum esse volunt] ascendere, iniussus coram ab ipso electo senatu comparere, ipsos asperius alloqui, atque ita perorare: se iam-iam abiturum, cives convocaturum, senatoresque una cum capitaneo sive iudice suo de fenestris praecipitandos curaturum. [2] Senatus hisce minis auditis, animadverso q; quo loco res essent, una cum suo iudice Hasca consurgentes, Monachum cum suis captivos tenere, carnificem vocandum, ipsosque undecim, in ipsa curia, quam prius occludẽdam praeceperant, apud fontem capite plectendos curare. Lictoribus autem sanguinem minus provide prudenterque abluentibus, aliquantum sanguinis una cum aqua in plateam effluxerat. [3] Plebs eo viso ad curiam accurrens, & quid ibi ageretur, scire volens fores effringere, Monachum capite plexum iacentem videre, in senatus coenaculum sive penetrale irrumpere, scabinos una cum capitaneo sive iudice suo occidere. Gaudentius, Flamen Picardus, atque M. Iacobellus Monachi caput accipientes paropsidi imponere, extra curiam efferre, populo ostentare, neve inultum sinerẽt, orare. Plebs tumultuari, senatorum omnium domos expilare, Iudaeos obruere, multos eorum occidere, tabernas eorum diripere, [4] & collegiũ Caroli IV. una cum caeteris collegiis expugnare, magistros [propterea quod negociũ hoc strenue ursissent, Monachique interitum sua opera studioque promovissent] captivos ducere, ferreas camerarum quarundam maioris collegii valvas, 5. Id. Martii vi effringere, insignẽ preciosamque [id quod summopere dolendum] quae ibi erat, bibliothecam dilacerare atque exurere, quinque primarios veteris duosque novae urbis viros 4. Id. earundem [propterea, quod Monachus ipsis odio fuisset, dixissentque fore, ut aliquando magni mali in Pragensium urbibus autor esset] capite plectendos curare, M. Iacobellus Monachi sociorumque suorum capita sumere, feretro imposita

Ioannes Praemonstratensis accusatur.

debitam sibi mercedem accipit.

Seditio in senatores Pragenses concitata.

Collegia Pragensia expugnata.

dies quatuordecim circumferre, atque cum aliis cantare: *isti sunt sancti &c.* fœminæ feretrum lugubri eiulatione, fletuque & gravissima querela subsequi.

Purgellinum arx conflagrat.

[5] In arce porro, quam Germani dicunt, Burglos, (Latine *præsidio nudam*, sive, *orbam* dixeris, Sylvius *Purgellinum* appellat,) 15. Cal. Maii, servorum negligentia, incendium in stabulo exoriri, quo tota arx funditus exuri, inque favillas cineresque redigi. Ideoque Pragenses Pontificii, qui Hussitarum metu ad eam confugerant, omnibus suis in hoc incendio amissis, non sine gravissimis acerbissimisque questibus, Pelsinam abire.

Graditienses in senatum suũ insurgunt.

[6] Graditiensis urbis cives 8. Calen. Maii tumultuari, senatores suos captivos Drcebochovitium abducendos, ibique asservandos curare, tantisper dum civibus suis bene bonaque fide vel secus præfuisse deprehenderentur, communemq; civitati pecuniam inter sese distribuere.

Thaboritæ in Lutios Buros irruunt.

[7] Thaboritæ 8. Id. April. in Lutos sive Buros irruere, eosque rapinis, incendiis, cædibus vexare, Francofurtum ad Viadrum obsidere, Carthusiensium monasterium, una cum suburbiis in cineres redigere. Cives exsurgere, ex urbe erumpere, Thaboritasque fortiter in fugam vertere, suamque urbem ipsi liberare. Bohemi contra sese in munitam illam arcem recipere, quæ Germanis Landskron est, (Latine *ditionis corona* dici posset) copias suas & armaturam bellicam adaugere, 13. Cal. Maii Francofurtum redire, iterum fortiter ab obsidione repelli, terraque excedere cogi, quo facto confestim à Francofurtensibus milites præsidiarii, qui in arce erant, invisi, obsessique ad arcis deditionem adigi, quam illi Imperatoris iussu diruere.

Pragẽses Luditium oppugnatum expugnãt.

[8] Pragenses 5. Cal. Maii ad Luditium castra ponere, postridie urbẽ oppugnare, expugnare, omnes interficere, domos omnes tũ intra, tum extra mœnia exurere, atq; ita discedere. Ad pagum Strzeloduc autem pervento de præda litibus inter eos exortis in semet-ipsos irruentes septuaginta plus minus trucidari, ruricolæq; aliquot plaustra sauciorum Pragam, coacti, devehere.

Coributus Pragam perveniẽs excipitur.

[9] Sigismundus Coributus, Dux Lithuaniæ 5000. equitum comitatus Pragam adventare, quem Pragenses honestissime excipere, confestimque in omnes civitates emittere, qui significarent, Principem, quem sibi Regem delegissent, advenisse. Quocirca legatos suos plena potestate instructos mitterent, ut Bohemicum diadema ipsi imponerent. [10] Quo Despotæ cognito, Nobiles ad sese allicere, ipsiusque inaugurationem nequaquam concedere velle, idq; hisce de causis: quod Regem Dominumque haberent, Sigismundum, ad quem regnum morte Wenceslai fratris hæreditario iure pervenisset. Quod Sigismundus, ordinarius, naturalis & legitimus hæres patris sui Caroli Cæsaris esset. Quod Bohemico diademate iam coronatus esset: ideoque ipso vivo sibi non liceret alium eligere. Et licet primi legati ad Ducem Vitoldum ipsis consciis atque consentientibus missi fuissent: quod tamen Pragenses secundum atque tertium legatos ipsis insciis miserint, illum à se nequaquam receptum iri. Quod non in nomine sacrosanctæ Trinitatis baptizatus, sed Roxolanus sive Ruthenus, Christiani nominis hostis esset. Pragenses respondere: vellent, nollent, oportere, ut hunc Regẽ acceptarent.

Despotæ quidã eum Regem acceptare recusant, idq; ob quas rationes. 1. 2. 3. 4. 5.

diadema cum cæteris regni ornamentis tollunt, atq; alibi custodiũt.

[11] Despotæ subito consilium capere, à templi, quod arci adiunctum est, antistitib. è sacello D. Wenceslai coronam Bohemicam, aliaque ad solennem inaugurationem necessaria ornamenta postulare, omniaque in arcem Carolinam clam deferenda curare. Quod autem audirent, Pragensibus eam obsidendi animum esse, ea cum sacris decem equitum comitatu Welehradiecium mittere.

Caput LIII.

[1] *Arx Carolina à Pragensibus obsidione cincta.* [2] *quot tormentorum ictibus petita.* [3] *induciæ utrinq; ad 14. dies pactæ.* [4] *primarius quidam veteris urbis Pragensis civis ab obsessis captus obsidentium telis expositus.* [5] *Principum Germanorum expeditio contra Bohemos.* [6] *Satza à Germanis obsessa.* [7] *incendium in obsidentium castris per passerem exortum.* [8] *Sacenses hostes suos ditione expellunt.* [9] *Sigismundus Imp. Moraviam dono alienat.* [10] *Virunum ab Alberto Austriaco obsessum.* [11] *Procopius Rasus, Magnus, Zisca cognatus* [12] *Virunenses obsessos obsidione liberat.* [13] *Egregium in arce Carolina obsessorum stratagema.* [14] *Pragenses obsidionem arcis Carolinæ solvunt.* [15] *Wiasilco Coributi cognatus iam iam discessurus, glande plumbea petitus, occidit.*

Pragen-

PRagenses & Coributus Lituaniæ Ducis frater (Hageccus scribit, *filius*) copias suas arci Carolinæ admovere, eamque 5. Cal. Iunii 24000. militum obsidere, quibus & cæteræ urbes sua auxilia mittere. Ita autem castrametati fuerant: Ortum versus, in monte supra vallem *Hacnouduuol* sexies mille milites locum capere. Hi 13. magna tormenta bellica, quorum maximum *Prazca* dictum, una cum altera magna veteris urbis Catapulta secum habere. Meridiem versus in monte *Pleschiovvecio*, è regione magni cœnaculi sive hypocausti itidem sexies mille locum occupare, qui itidem tredecim magna tormenta bellica, quorum maximum *Hovvorca* dictum, novamque novæ urbis catapultam secum habere. Occasum versus è regione fontis itidem sexies mille in monte *Iavvorca*, qui novem tormenta, quorum maximo *Trubaczca* nomen, duasq; catapultas, unam novæ urbis, alteram Slanensium secum habere. Septentrionem versus in monte flaminali sive sacerdotali (Germanis dem Pfaffenberg) ultima sex millia locum capere, quæ sex tormenta militaria, quorum duo longe maxima, & alterum quidem *Iaromircicce*; alterum vero *Rochlicce* dictum, una cum veteris urbis magna catapulta secum habere.

Arx Carolina à Pragensibus obsidione cincta.

Catapultæ in monasterio Slovanensi memoriæ hominum in hunc usque diem asservantur: nemo autem quantumvis ingeniosus, eas iterum ita, ut ante fuerunt, componere valet. Primo atque altero die, quo ad arcem pervenerant, tranquille agere, vallis fossisque sese munire: tertio vero die tanto cum fragore balistas tormentaque emittere, ut omnes silvæ circa resonarent. Qui in arce erant præsidiarii, nec ipsi pigrari, sclopetorum atque tormentorum ictibus multa damna & dare & facere: tecta arcis ex lateribus coctis, lamellisque lapideis facta, omnia, iis deiici. Tum vero obsidentes (quod arcus nondum in usu essent) fundis vel potius catapultis suis, sine intermissione arcem petere, sperantes sese effecturos, ut cameræ nonnullæ corruerent: qui vero in arce erant, multas crates atque storeas, habere, easque in illa pavimenta disponere, tum iis fasces quernorum sarmentorum, quibus iterum boum atque vaccarum pelles, imponere, ita ut illorum missus inanes fuerint. [2] Vulgaria tormenta quotidie, *Praczca* vero & Iaromircicce sexies, Rochlicce & Houuorca duodecies explodi: ita ut tormentorum ictus, quibus arx hæc Carolina toto obsidionis tempore petita fuit, numero 1931. sint: nec tamen obsidentes vel murum, vel turrim convellere posse.

quot tormentorum ictibus petita.

Pragenses etiam, viso, arcem à se expugnari non posse, quod & natura munita, victuque, armamentisque & vegetis exercitatisque militibus satis atque sufficienter instructa esset, eam fraudem excogitare, qua 2000. doliorum (Sylvio cap. 44. aliisque testibus) excremento humano, cadaveribusque, iisque partim putridis, partim recentibus, repleta, catapultis in arcis fossam, inque ipsam arcem, immittenda curarent, quo facto, tantum fœtorem excitare, qui miseros milites ita exagitaret, ut non modo fere fœtore perirent; sed multis dentes exciderent, aliis nutarent.

Etsi vero multum vivæ calcis, & aliquot dolia arsenici haberent: fœtorem tamen illum exstinguere non potuerunt.

[3] Circa D. Ioannis obsessi cum Pragensibus ad dies 14. inducias facere, intereaque Pragæ sibi medicamentum, quo dentes suos confirmarent, parandum curare: quibus elapsis, Pragenses tanto vehementius obsessos oppugnare, tormentorumque ictibus vexare, columnas lapideas è templo Mariæ Nivis (propterea quod lapides Perzimi essent, qui artificis manui non ita duriter resisterent) eximendas, ex iisque globos conficiendos, eosque in arcem Carolinam devehendos curare.

Induciæ utrinque ad 14. dies pactæ.

Pragæ in cœmeterio D. Ioannis in Wissegradensi talis etiamnum, ut fracta, columna iacet, quam ii flamines, qui hodie ibi sunt, (id quod ipsi sciverint,) à Diabolo Roma huc allatam atque abiectam esse referunt.

Hoc tempore Pragenses arcis turrim sclopetorum, tormentorumq; globis petere incipere: quotiescunque enim obsessi è fonte ante arcem aquam haurire, aut ex arce erumpere vellent, quidam turri insistens ipsis Pragensium insidias significare:

Digitized by Google

Primarius quidam veteris urbis Pragensis civis ab obsessis captus obsidentium telis expositus.

4 Tam vehementer ergo turrim petentibus, certoque, ut corrueret, impellere cogitantibus, præsidiarii arcis primarium veteris urbis civem captum, restibusque vinctum, ita, ut quasi in corbe quadam staret, dato ipsi in manus baculo, cui cauda vulpina annexa fuerat, atque eo quidem loco, unde plurimi ictus expectarentur, addito ipsi mandato, ut muscas abigeret, exponere; Pragenses autem commiseratione ipsius ductum iri arbitrari, id quod tamen ipsi non satis intelligere; sed se ab obsessis hac ratione deludi putare, totumque diem, vehementius, quam ante, turrim petere: obsessi igitur ipsius miserti, quia fortuna ipsum servarat, & ipsi ipsum sub noctem dimittere.

Principum Germanicorũ expeditio in Bohemos.

5 Interea Imperator Principes Germanicos in Bohemos armare, maximasque copias colligere. Archiepiscopi, Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis, auxilia sua mittere; Seculares, quos dicunt, seu cultius, profani, erant Comes Palatinus Rheni, Electores Saxo & Brandemburgicus, Princeps Brunsuicensis, Dux Misnensis, Princeps Plavius, aliique plures, hi in Bohemiam irrumpere, confestimq; ipsos ad obsequium cogere atque adigere velle, Imperatori per literas significare, ne feriaretur, ipsus ex Hungaria in Bohemiam irrueret, se quoque interea ocio non diffluxuros. A Germanicis hisce copiis ad montium radices pervenientibus populus gravissime vexari: propterea ruricolæ in oppida atq; urbes cõfugere. 6. Cal. Octob. ad Sazam castra ponere, sibi de vallo satis bene prospicere, urbẽ tormentariis ictibus petere incipere, omnibus viribus bellicis uti, ut Sazenses sese fortissime defenderent. Heinricus Dux Plavius, totius exercitus Imperator, multas columbas atque passeres capiendos curare, eorum caudis faces accensas ex pice & sulphure confectas alligare, in urbem immittere, incendium in civitate exoriturum putans: cives vero sua providentia atque diligentia id prohibere. Sacensis urbs tum temporis multo erat populosior solito: propterea cives vereri, ne forte fame vexarentur: ut autem se defenderent, Id. Octob. ex urbe erumpentes Ducis Plavii excubias cædere, mortem item 50. viris inferre, plures capere, atque in urbem redire, Dux ergo ita excandescere, ut uno die 70. globos tormento explosо in urbem immitteret, quibus tamen saltem unica anus furno insistens tacta occidere.

Saza à Germanis obsessa.

incendium in obsidentium castris per passerem exortum.

7 Quidam passerum caudis 14. Calend. Novembris iterum tædas sulphureas alligare velle, quo facto execrabilis quidam passer in castra involans tentorio insidere stramineo, id accendere, milites in castris volitare atque vagari, nescii quis incendium fecerit, passer alas ambustus in terra ex uno tentorio in alterum vagans, tot tentoria accendere, ut tota castra incendiis inflammarentur. 8 Quo viso oppidani extemplo correptis armis in hostes terrore metuque consternatos irruere, eos in fugam vertere, totaque provincia expellere.

Sacenses hostes suos ditione expellunt.

Pragensibus arcem Carolinam obsidentibus, Sazenses liberare animus quidem erat, ante vero, quam exsurgerent, lætum hoc nuncium ad ipsos perferri, hinc igitur obsidionem illam continuare. Thaboritæ quoque, qui Sazam liberare destinarant, cum Pelsinensibus 10. Calendis Novemb. ad Hylolithum (Germanice Waldstein) confligere, ipsorumque multis mortem afferre.

Sigismundus Imp. Moraviã dono alienat.

9 Sigismundus Imperator magno suo malo sat multa fortunæ sibi adversæ tela in Bohemia sentiens, nullam expeditionem deinceps in Bohemos suscipere velle. hinc igitur genero suo Alberto Austriaco Marchionatum Moraviensem, qui ad Bohemos desciverat, dono dare, ea tamen lege, ut eum vi & armis sibi subiiceret.

Virunum ab Alberto Austriaco obsessum.

Albertus donum hoc grato animo acceptare, Germanisque Bohemiam infestantibus ipse hostilibus armis in Moraviam irrumpere, cui paulo post soceri sui, Imperatoris Sigismundi Croatorumque Ducis copiæ auxiliariæ sese adiungere, 10 quibus Virunum tres menses gravi obsidione premere: obsessi vero Ziscam opem ferendam rogare, qui militum quendam ducem dicto audientem habere, nomine Procopium, ab avunculo suo nobili, Pragæ degente, adoptatum, literarũque studiis adhibitum, adolescentem è Gallia, Hispania, Italia terraque sancta peragrata domum reversum vel invitum sacerdotio consecrandum atque inau-

Digitized by Google

inauguratum, unde postea quoque *Rasus*; & ab ingentibus, præclaris, nunquam satis laudãdis fortibusq; factis *Magnus* appellatus.[11] Atque hic est ille Procopius, qui in exordio belli stola sacerdotali abiecta conscenso caballo Ziscæ bona fide inservire, qui ipsum ita redamare, ut unicum patriæ suæ hæredem diceret, & à Ziscæ morte Thaboritarum dux eligi, præclarisque suis facinoribus ipsum æquiparare.

Procopius Rasus, Magnus, Zisca cognatus

[12] Hunc ergo virum cum sufficiente commeatu, impedimentis, selectisque copiis Zisca obsessis Virunensibus adversus Ducem auxilio mittere, qui prope hostes castra metari, ferro sibi viam aperire, Ducumque exercitum ab urbe repellere.

Virunenses obsessos obsidione liberat.

[13] Ut autem & obsessorum in arce Carolina meminerim, ii tempore autumni inducias pacisci, Pragenses quosdam eorum ad sese invitatos quatriduum lautè excipere, qui, licet gravi rerum omnium penuria laborarent, sese tamen largi lautique commeatus nomine, qui triennium ipsis sufficeret, insolenter iactare, asserentes insuper, ad se quotidie, (id quod amplius esset) ferinam recentem, pisces, aves & similia adferri, quod quidem nonnulli duces credere, cuniculos subterraneos, qui ex arce educerent, esse putantes. Ut itaque hyberno frigore ibi perirent, cum iam hoc tempore, præsertim vero noctu, foco assidere cogerẽtur, stultissime à semetipsis cõmitti: tandem tamen constituere, D. Martini sibi expectandam. Quo obsessi cognito, animos resumere, 5. Cal. Novemb. in castra mittere, uniusque diei inducias pacisci: nuptias etenim sibi esse celebrandas. Pragensium Dux acquiescere: qui in arce erant, tibia choreas indicere, vociferari, lætũ peana canere, cum tamen neq; sponsum neq; sponsam, quin imo nec, quod aiunt, panem atrum haberent, præter unicum hircum, in arce oberrantem, cuius mactati coxam posteriorem cruore tinctam hinnuli pilis in ephippio sive equorum quodam strato, quibus expletum erat, repertis, respersam summo Pragensium militum duci, arte sartori, nomine *Iano Hedwica*, gratias simul pro induciis agentes, mittere.

Egregium in arce Carolina obsessorum strategema.

[14] Quo Pragenses cognito dicere: *at vero magnus ipsos Iupiter fame sitique conficiat; nos hoc haud unquam assequemur*: obsidioneque soluta die Martini, quam dicunt, Pragam redire.. Quo qui in arce erant animadverso, ab hirco suo tot hostium millia ab arce repulsa esse æquissimo animo ferre, tormentisque sæpius explosis voluptatem, qua perfundebantur significare.

Pragenses obsidionem solvũt.

Coributus cum suis sub vineis ad D. Pancratii locum capiens hunc ipsorum discessum iniquo animo ferre, atque ex cognato suo *Wiasilcone*, quid faciendum esset, quærere, [15] qui respondere: *& nos exsurgemus. Equidem Carolinam intus inspicere gestii: cum tamen hoc fieri non possit, etiamnum oculis eam semel eminus circumcirca lustrabo.* Ipso vero secundum cœmeterium sylvam ingredientem, arcẽmque oculis perlustrantem, quidam ex improviso exploso tormento ex illa turri, per quam aqua in turrim attrahitur, Ducem hunc *Wiasilconem*, tangere, eoque ictu statim prosternere, ut expiraret, unde Pragam delatus in D. Thomæ sepeliri.

Wiasilco, Coributi cognatus glande plumbea petitus neci datur.

Caput LIV.

[1] *Thaboritarum propositum Praga, eiusque infelix exitus.* [2] *Zisca ad Pragenses dat literas.* [3] *qui ab ipso dissentiunt.* [4] *Is Despotas Imperatori Sigismundo adhærescentes bello infestat.* [5] *Despota Cenco cum Zisca confligit.* [6] *Graditium Zisca deditum.* [7] *Iaromirium conflagrat.* [8] *Zisca Czaslaviam occupat.*

Ante vero quam Pragenses Carolina discederent, Bzdinca, Thaboritarum dux Pragam irrepens, in veteri urbe tres domos, quarum unius insigne erat, elephas, reliquæ duæ Bohemico idiomate *Schermitz* & *Naslogty* dicebantur, occupare, præsidioque munire animo urbem diripiendi, noctu cum suis clamore sublato, ædibus effractis, populo cæso, cives omnes ingenti terrore compleri, summum sibi periculum instare putãtes, quo vel vim propulsare, vel misere perire cogerentur. Ideoque correptis armis Thaboritas omnibus viribus petere, & quod haud ita magnam resistentium vim persentiscerent, facile eos superare, multos eorum occidere, plures captivos ducere, maior autem pars Multaviam transire

Thaboritarum propositum Praga, eiusq; infelix exitus.

Digitized by Google

velle,fugitivi vero,præter nocturnas tenebras etiam terrore perciti,vadum, alioqui satis sibi notum,recipere non valentes submergi. Atq; hoc fuit ardens illud incendium,quod postea Pragensibus tanta damna dedit. Ex eo enim tempore Pragenses & Thaboritæ mutuo eoque arcano odio sese invicem odisse.

Zisca ad Pragenses dat literas.

qui ab ipso dissentiunt.

Zisca hanc cladem,Sigismundumq; Imp. à Despotis, Coributum vero à Pragensibus cæterisque civitatibus Regem electum solide edoctus,iniquissimo ferre animo,[2] missoq; ad Pragenses tabellario, sese de tumultu illo excitato excusare, Pragensesq;,ne Coributum Regem acceptarent,admonere, eos à se suisq; facile ab Imp. cunctisq; Bohemicæ gentis Desp.defensum atq; cõservatum,remq; eo deductum iri ut libero populo nullo Rege opus sit.[3] Ad quam Pragenses ita respondere,quod periculosam terribilemq; istam seditionem graviter ferat, tantoq; minus eius autor sit,sibi maximo esse gaudio : quod autem Coributum regem agnoscere nolit,ipsisque id facere dissuadeat,sibi valde mirum videri : siquidem ad cuiusque reipublicæ conservandæ corpus,necessario caput requiratur. Quod audiens Zisca scipione suo sublato dicere : *Pragenses, bis ex Imperatoris manibus à me ereptos,ipse quoque disperdam,patriamque meam à me & conservari & opprimi posse re ipsa ostendam.*

Despotas Sigismundo Imp. adhærescentes hostiliter infestat.

[4] Primum itaque Despotas illos, qui Sigismundum receperant, bello recepere, rapinis,cædibusque & direptionibus ipsorum ditionem, civibus omni præsidio,ope,iustaque vindicatione orbatis, aut interfectis aut in exilium eiectis, aut captivis ductis,aut omnis generis cruciatibus atque tormentis divexatis, infestare, 6.Id.Martii Despotæ Cenconis Speculæmontani ditionem invisere, civesque ipsius direptionibus cædibusque male.vexare: Regino-Graditium autem 4. Cal. April. petens suos militiæ fratres ut noctis subsidio fruerentur, atque ita urbe victricibus manibus potirentur, adhortari. Quos autem habebat milites, totum diem frigido imbre, turbidaque tempestate itinere facto languidos laboris tædere,ideoque noctu pergere nolle, dicentes: *Zisca cæcus nos quoque cæcos esse, noctuque æque, atque sese interdiu cernere posse arbitratur.* Quo audito Zisca respondere : *Mihi,fratres à me dilecti, hisce peragendis non opus est : hæc,ut & cætera mea omnia, vestro bono à me geruntur : nolite torpere,pergite, consulam vobis. Dicite, quæso ubinam iam sumus?* illi respondere, *inter pagos Podmoclyam & Czinovium.* Tum Zisca: *quidam equites nobis præcurrite, atque ad oppidum Miesteccium pervenientes: id accendite, at eo lumine videre possimus.* Quod missi promte facere,sequentibusque lucem, qua viderent,dare,qui propterea ad oppidum pervenire,solitoque more grassari.[5]

Despota Cenco cum Zisca cõfligens caditur.

Despota *Cenco* eo cognito Despotaque *Gindercicho Berca* cum aliquot Nobilibus assumtis Ziscæ 10. Cal.Maii occurrere, qui non cunctari, sed postridie circa meridiem hostes invadere, cum ipsis tres horas integras ancipite Marte dimicare,tandem tamen victoriam obtinere,Cenconem superare , multos insignes heroes vita privare,quorum celeberrimus erat Mieschiecus Aulibiezkius, cui vita à Thaboritis adempta fuerat,qui multa armamenta bellica tormentaque pulveremq; militarem à victis accipere,quorum beneficio 5. Cal.Maii sedem *Cozogedam* obsidere, oppugnare,pridieque Cal.Maii incursione facta expugnare, cunctosque, quos in ea invenerunt homines, crudelissime trucidare. Sub mensis Iulii finem Despotæ *Victorinus Pod.ebradius, Dionysius Boczco Cunstadius* multique Nobiles cum suis copiis in Moraviam,ea oppida locaq;,quæ se Alberto Duci Austriaco dediderant,visitatum abire.

Graditium Ziscæ deditur.

Quibus digressis Zisca occasione arrepta exercitum prope Graditium,in quo Boczco ducem egerat,admovere.[6] Oppidani visa vi, arcanoq; Ziscæ amore portas aperire,ipsumque in oppidum immittere. Quo Boczco cognito,una cum auxiliariis Pragensium copiis recedere, improvisus Graditium redire,aciem 8.Id. Augusti struere,urbem petere,quibus Zisca ad Strauchii villã occurrere,atq; cum ipsis ita confligere, ut Divischii copiis profligatis, Pragenses ad internecionem cæderentur, paucis, qui in arcem *Cumieticza hora* receperant, salvis Zisca Pragensem quendam flaminem captum, qui hierothecam gestarat, nomine *Havvelum Srschatam*,manibus suis interemisse dictus est. Hoc arcanum illud odium,quod Pragenses atq; Thaboritæ semper inter sese invicem habebant, vehementer augeriq; & aggravari,ut utraq; pars alterius vitam, fortunasque peteret,neutraq; pars ab alterius excursionibus tuta esset,unde 4. Cal.Sept. Ioãnes Miesteccius & Puta Cziastaloviskius Graditiorum suburbium accendere, inque Cruci-

Crucigerorum vico Thaboriticum quendam sacerdotem, absq; ornatu Missam celebrantem in D. Annæ iugularent. Quo Graditienses ita vehementer offendi, ut ex mandato Ziscæ arcem illam diruerent.

Iaromirium conflagrat.

[7] Eodem mense oppidum Iaromirium repentino & plane improviso incendio conflagrare, ubi, an ignem aliquis clam subiecerit, nec ne, necdum quisquam perspectum habet.

Zisca Czaslaviam occupat.

[8] Nonis Sept. Zisca Czaslaviam pervenire, urbem deditione simul & stratagemate occupare: quod edocti Pragenses, rem ad Czaslaviam forsitan ex voluntate sibi fluxuram sperantes, cum copiis suis ad urbem properare, quotidie cum Thaboritis levioribus præliis decertare, nihil autem proficere posse, ideoq; clam surgere, Cuthnomontum abire, ut oppidum hoc à Zisca defendere valerent. Interea Matiegus Lupacius cum suis volonibus, Ziscæ, Czaslaviæ obsesso, subsidio venire velle. Colinam a. prætereuntis erumpentes oppidani volones 30. cædere, cæteros in fugam vertere, qui summo cum dedecore graviter saucium ducem suum Lupacium eripere atque abducere.

CAPUT LV.

[1] Zisca cum suis in Moraviam abit, [2] in fugam vertitur, [3] obruitur, [4] Hostinnam frustra obsidet Mlazovitium expugnat, [6] Pragenses expeditionem in Ziscam ducunt, [7] qui se ad ipsos excipiendos parat, [8] eos vincit caditq;, [9] Cuthnomontum exurit. [10] Glattovienses Ziscam excipiunt. [11] Pragenses omnibus viribus suis Ziscam persequuntur, [12] qui ipsos vincit.

Zisca cum suis in Moraviam abit.

DEspotis atque Pragensibus in Bohemia compescitis graviterque pulsatis Zisca in Moravia quoque fortunam tentare atque periclitari, Cæsarianosque profligare atque ditione expellere velle. Iglaviam autem prætereuntem oppidani invadere, quosq; secum habebat, non exiguo malo afficere, qui tamen ideo in oppidũ retroagi. Zisca vero re votis suis respondente passim in Moravia grassari, ne ullam quidem arcem, nullum oppidum reperire, quę sese ipsi opposuisset, excepta arce *Kwasicce*, quam vi coactus expugnare, in qua tantam crudelitatem exercere ut referenti vix fides habitum iri videatur, ita ut, etsi omnes trucidati sunt, quos tamen habebat sanguinarios, quibuscunq; modis cogitare valebant, miseros captivos crudelissime vexarent. Ab arce hac mense Novembri passim oberrare, omnia loca gradatim occupare, Cremsirium obsidione cingere, [2] quod tamen Despotæ Moravienses liberare, Ziscamque ab urbe repulsum in Bohemiam abigere.

Zisca è Moravia expulsus

Zisca Cal. Ian. anni 1424. cum copiis suis amplaque præda è Moravia in Bohemiam reversus veterem domum suam, urbem Regino Graditium, repetere velle. Quo Despotæ quidam (quorum coryphæi erant, *Ianus Opocenskius. Puta Czevenohorskius, & Ernestus Czernceccius*) cognito, pone Iaromirium, iuxta Scaliciũ, ipsum ex insidiis adoriri, 3. Non. Ian. improvisi cum ipso confligere, Thaboritas urgere, [3] qui tamen ita fortiter sese defendere, ut Despotæ fugam capessere cogerentur.

obruitur.

Hostinnam frustra obsidet.

[4] Die Solis Bacchanalia præcedẽte Zisca Hostinnã obsidere, urbẽ summo ardore summaq; vi oppugnare, mirum conviviũ cum oppidanis celebrare, qui Thaboritis ipsius eiusmodi cupedias offerre, quarũ sapore aliquot centena occumberẽt.

Mlazowicciũ à Zisca expugnatum.

[5] Zisca proinde vidẽs se nihil effecturum, mox discedens Mlazovviccium petere: cuius quidem oppidi cives exemplo Hostinnensium, se quoque ipsi opponere velle, vi autem oppressis Thaboritæ in oppido dominari, Despotam *Czernin* in frustra dissecandum curare, inde properare, Smidarciumq; funditus exurere. Zisca quoque ditionem passim peragrare, quæcunq; deprehendebat, exurere: Despota vero quispiam nullo malo ab ipso affici volens, nullum à se regem acceptandũ spondere, certaque pecuniæ vi sese redimere cogi.

Pragenses expeditionem in Ziscam moventes produntur.

[6] 7. Cal. Martii cum Costelecciam ad Albim pervenisset, Pragenses latere non potuit. Hi ergo propere exurgentes ipsum eo loco obsidere velle. Hinneccius autem Cunstadius eo cognito ipsus ad Ziscam properare, rem omnem enarrare, ipsique ut flumen traiiceret, consulere. Zisca magnas ipsi gratias agere, mox exurgere, fluvium transire, vix autem Albim cum suis traiecerat, cum Despota *Cenco Speculamontanus*, Pragensium Dux ipsi imminere, cum suis etiam flumen

Digitized by Google

intrare, quo Thaboritæ ipsum prohibere velle, ipsosque sagittis strenue petere, ita ut in littore locum captare cogerentur. Hineccius Podiebradius & Cunstadius, qui interea cum suis iterum transmiserat, domum repetere velle, Pragenses autẽ ipsum insequi, comprehensumque Smirciccio Melniccæ duci in carcerem conii-ciendum mittere. Zisca noctu cum suis discedere: Pragenses autem id mature rescíscere, ad Costeleccíam Albim transire, Ziscam insequi, qui Colinam præterire, perinde ac si Lignitium tenderet: Pragenses triduum vestigia ipsius legere. [7] Ad Maleschowa montes autem 6. Id. Ian. anni 1424, pervento Zisca rogare, ubi nam essent? sui respondere: *ad Maleschovvam, in montibus.* Ille rursum: *procul ne hostis à nobis abest?* illi dicere: *non: sed in valle nos fervidus insequitur. Summum*; inquit Zisca, *tempus est*, conversusque signiferum, iuxta quem semper vehebatur, vocare, quem respondentem subsistens vexillum in hostem convertere, aciemque pro ratione loci magna solertia struere iubere, id quod expedite expediri: tum ille currum suum conscendere, militesque suos hisce compellare: *verbis, optimi, fortissimi, carissimiq; fratres atque Commilitones, nulli animum indi, vos non fugit; nec vos, quos sæpius in gravissimis periculis exploravi, à me admoneri vel excitari necesse est. Hostes nostri, quos nos omnibus beneficiis affecimus, bisq; ab Imperatore liberavimus, nobis iam instant, vitam sanguinemq; nostrum, quem pro aris ac focis proq; libertate nostra sæpe magnis periculis obiecimus, eo saltem fine, ut ipsi dominium retineant, petentes. Agite ergo, animos sumite, strenue ipsos excipite: hodie videbimus, uter palmam obtenturus sit. Petrarum etiam causa cedere non potestis: quem dextra sua non defenderit, de eius vita actum est.* Plura verba facere volenti, vexilla hostium volitantia conspici, indicari: ideoque Zisca dicere: *alacriter ipsos invadite.* [8] Mox ergo hi illos adoriri, id quod Pragensibus inopinatum accidere, qui copiis suis uti non posse, divulsi dirempti que in fugam verti, suis curribus, tormentis armaturaque bellica amissis, numero 1400. vel secundum alios 1600. aut iuxta Sylvium, 3000. occumbere, in quo conflictu Despotæ *Petrus Turcovveccius, Hlasius* & *Heinricus Dubai*, una cum aliis multis Despotis Equitibusq; perire. [9] Hac victoria Zisca potitus Cuthnomontum ascendere, totumque oppidum ita exurere, ut totum anni quadrantem nemo plane ibi habitare potuerit. Cuthnomonto Zisca sese in tractum Glattoviensem conferre, omnia templa, in quæ populus aut ruricolæ maioris securitatis gratia, quæ habebant, preciosiora convexerant, diripienda, pagos vicosq;, sive, quæ vocant, castella pro more suo exurẽda curare. [10] Glattovienses, qui Ziscam non sine ardenti desiderio iam pridẽ expectarant, in urbem immissum, laute excipere, qui monasteriis atque quorundam Despotarum sedibus direptis Zisca Duce & Comite Sazam abire, inq; Pelsinano tractu, pro veteri more suo, crudeliter grassari. Saza Lanam abire, inde Slanã, Slana Thaboritę, Glattavienses, Sacenses, Launenses, Slanenses Budinam prætereuntes Rudeniccium tendere, direptionibus, cædibus, incendiis crudelissime grassari, dum 7. Id. Augusti Costeleccíam ad Albim perveniret. ibi iuxta urbem ad Basilicã D. Martini castra ponere. [11] Pragenses eo cognito cum Coributo deliberare, omnes suas copias colligere atque coniungere, Costeleccíamque, ut Ziscam occiderent, aut ad minimum nimiam ipsius potentiam quadantenus enervarent, abire. Quo perspecto Zisca, *video*, inquit, *fratres mei, quod Pragenses omni studio sanguinẽ vitamque nostram petant, prudenter sane nobis agendum est.* Hisque dictis extemplo præcipere, ut urbem *Costeleccíam*, tum vero fugientium more modoque Albim transirent, Thaboritæ cum sociis hoc prompte facere: quo viso Pragenses eos insequi, validis vastoque corpore equis suis Albim ingredi: [12] cum autẽ dimidia pars transiisset, Thaboritæ conversi omnes occidere, quo illi, qui in altera ripa erant, viso, in fugam se dare, tum vero Zisca Pragam petere.

Zisca se ad Despotas excipiendos parat.

eos vincit cæditq;.

Cuthnomontum exurit.

Glattovienses Ziscam excipiunt.

Pragenses omnibus viribus Ziscam persequuntur.

qui ipsos vincit

CAPUT LVI.

[1] *Zisca Pragam obsidet.* [2] *dissidium inter Pragenses.* [3] *item inter Ziscæ milites.* [4] *Zisca suos alloquitur.* [5] *Pragenses pacem à Zisca petunt.* [6] *Peste Praga grassante Zisca in Moraviam abit.* [7] *peste obit.* [8] *ultimum ipsius mandatum.* [9] *Czaslavia honeste sepultus.* [10] *ipsius epitaphium.* [11] *parentalia.*

Zisca Pragam obsidet.

OCtiduo à victoria parta, 3. scilicet Id. Septembris, Zisca cum omnibus suis copiis

Digitized by Google

piis ad Pragam appellere, non longe ab urbe locum capere, iuxta pagum *Libnie*, civibus magnum terrorem incutere, quod omnem exercitum suum una cum civitatum auxiliariis copiis, insuper etiam mere exercitatos milites secum haberet, quorum ope Pragam facile à se expugnari posse confideret, id quod urbe omni subsidio destituta, multisque in ea Ziscæ asseclis, facile quoque perfecisset.[2] Multi enim senatum, multi Despotas, nonnulli Ziscam criminari: nulli parti bello consultum videri. [3] In Ziscæ castris quoque dissidium exoriri: urbem enim Pragam, amicam matremque religionis suæ, metropolin Bohemiæ, imo organũ, quo Deus opt. max. ad compescendam hostium proterviam contra regnum Bohemiæ eiusque religionem usus sit, violandam committere nolle, prætexentes, satis bellici negotii esse cum Cæsarianis, inque vindicanda cum Germanis patria, non opus esse bello civili, nec Bohemiam ullo alio, nisi hoc modo, devinci subigique posse, cum unumquodque regnum sibi ipsi repugnans evertatur.[4] Zisca vero frater Luminibus captus litis huius finem iamiamque videns, omnibus cohortibus convocatis, erecto dolio cerevisiario conscenso sic milites alloqui: *quid mihi culpam imputatis? cur in me, fratres à me dilecti, arma sumitis? equidem vester hostis non sum, qui dies noctesque sanguinem vestrum sitiam: sed vester dux. Vobis meo consilio operaque insignis illa victoria proxime parta est: nusquam vos unquam misi, unde non redieritis victores; hinc vos clari divitesq; estis: ego vero hoc oculo meo amisso in tenebris residere cogor, ignarus quo vos me ducatis. Quid ex hac militia ad me redit, præter solum nomen? vestro bono bellum gestum, victoria obtenta est: nec me suscepti laboris molestiæq; pœnitet, nec cæcitas mihi molesta esset, si, sicut ante rebus præesse possem. Nec vero mea causa Pragensibus adversor, qui vestrũ clarissimũ, nec cæci, qualis ego sum, canis sanguinem sitiunt, fortissimas invictissimasq; dextras vestras, in extremisq; periculis constantia corda, metuunt. Aut ipsi, aut vos pereatis oportet: dum enim mihi insidiantur, vobis pedicas tendunt, ex quibus vos expedire non valebitis. Maiorem exteris genti civilia arma terrorem incutiunt: civiles seditiones primum compescamus. Pragam occupabimus, seditiosos ante quam Imperator rescisceat, è medio tollemus: præstat etiam cum paucis idem sentientibus atque studentibus, quam cum multis, à sese dissentientibus, cum Imperatore confligere. Vtq; nemo me accuset, ipsi consulite: vultis ne pacem? ne insidiæ vel dolus malus sub ea lateat, diligenter attẽdite: bellum? en adsum: utrum vobis eligere placuerit, in eo Zisca vobis consulet.* Quibus dictis milites animos resumere, bellum eligere, arma corripere, ad urbis portam accurrere, oppugnationem incohare velle[5] qui vero in urbe erãt, communicatis cum Coributo consiliis M. Rokezanum ad Ziscam ablegare, pacem petere, quam tandem multis transactis impetrare: unde 18. Cal. Octobris, die *exaltationis crucis* pax utrinque sanciri, æternoque monimento magna lapidũ congeries in campo (quem dicunt) hospitali ea conditione congeri, ut qui pacem eam violarit, iis obruatur. Tum vero 17. Cal. Octob. in urbem ingredi, honorifice excipi, lauteque haberi.

dissidium inter Pragenses.

item inter Ziscæ milites.

Zisca suos alloquitur.

Pragenses pacem à Zisca petunt

[6] Pestis eo tempore in Bohemia, inprimis autem Pragæ vehementer grassari: quare Zisca non diu ibidem commorari velle; sed assumtis Pragensium copiis auxiliaribus in Moraviam, Sigismundi cives vasallosq;, tum in Moravia, tum in Hungaria, visitatum abire. Sylvius cap. 46. & Dubravius lib. 26. scribunt ab Imperatore Ziscam clam rogatum fuisse, ut ipse eum Bohemiæ Regem agnosceret, civitatesque eodem adigeret, à se non tantum ipsi provinciæ totius administrationẽ commissum, sed & quotannis magnam pecuniæ vim datum iri: Zisca ad arcem Przibislaviam perveniens, eam prid. Non. Octobr. deditionem postulare, 7 Id. eiusdem expugnare:[7] sed 4. Id. eiusdem anni 1424. peste in suis castris vehementer grassante mori, proinde eum anno 1427. mortuum esse, Bucholcerus atq; Cochlæus falso scribunt. [8] Suis atque Procopio Raso præcepisse dicitur, ut omnes religioni ipsorum adversantes, ferro flammisque vexarent. Sylvius, Hageus aliiq; plures ipsum præcepisse scribunt, ut defuncti exuviis tympanum obducendum curarent, ad cuius sonum hostes in fugam se coniicerent: carnem autem suam volucribus ferisque obiiciendam curarent: id quod ego in medio relinquo, licet, ut credam, adduci nequeam, sed fabulam iudicem. [9] Primum enim, de quo omni bus constat, Regino-Graditium deductus ad 11000. virgines recondendus erat: quod tamen Czaslavienses intercederent, Czaslaviam devectus, honesteq; una cum pelle, id quod nulli asino, qui vel Berecynthiæ matris sacra gestarit, contin-

Pestis Pragæ grassatur.

Zisca in Moraviam abit.

ultimum ipsius mandatum.

ubi sepultus.

Digitized by Google

git, sepeliri: cuius quidem epitaphium in hodiernum usque diem, hoc est:

Ioannes Zisca, nulli Imperatorum ducumve militari peritia inferior, superbiæ & avaritiæ Clericorum severus ultor, patriaq́ acerrimus propugnator hic iacet. Quod Appius Claudius cæcus bene consulendo, & M. Furius Camillus strenue agendo, suis Romanis præstitere, hoc ipsum Bohemus ego meis præstiti: Fortunæ belli nunquam defui, nec illa mihi. Omnem opportunitatem rerum gerendarum, etiam cæcus, prævidi: Signis collatis undecies, semper victor, depugnavi. Visus mihi sum miserorum & esurientium iustissimam causam, adversus delicatos, pingues, & saginatos sacerdotes egregie egisse, & ob hoc Dei auxilium sensisse. Nisi illorum invidia obstaret, inter illustres viros numerari procul dubio meruissem. Tamen ossa mea hoc sacrato loco cubant, etiam insalutato Papa invitoq́. Diis manibus sacrum.

Iohanni Ziscæ Gregorius avunculus P P.

Zisca quoque quem diximus epitaphio suo totus quantus quantus incisus, hoc tamen tempore adeo confractus, ut hæc verba, quæ in latere circumcirca sunt, vix legere possis:

Parentalia. *Anno 1424. Die Iovis ante festum Galli vita functus Ioannes Zisca à calice, rector rerumpublicarum laborantium in nomine & pro nomine Dei, hoc templo conditus est.*

Nec procul à sepulchro ara est, in qua M. Ioannes Hussius & iuxta ipsum Zisca pictus, & sub Hussio hi versiculi reperiuntur:

Husse tuus vindex iacet hic dux Zisca Ioannes,
Supplex Sigmundus cui quoq́ Cæsar erat.
Et quoniam bustis clarent loca multa, sepulchrum
Ziscæ Czaslavii fama perennis erit.

paulo inferius

Iam venit è superis Huss: quod si forte redibit
Zisca suus vindex, impia Roma cave.

Sub Zisca scriptum:

Strennuus in bellis hoc dormit Zisca sepulchro,
Zisca suæ gentis gloria, Martis honos.
Ille ducem scelerum, Monachos, pestemq́ nefandam
ad stygias iusto fulmine trusit aquas.
Surget adhuc rursus, quadratæ cornua cristæ,
supplicii ut pœnas, quas meruere, luant.

Pone aram lapis quadratus 1½ spithamam longus latusque pendet, ad quem hoc distichon:

Mensa fuit Ziscæ lapis hic, dum corpore Christi
vescitur, & potum sanguinis ore bibit.

Nec procul inde magna ferrea clava pependit, quæ ante paucos annos, Despota Trka cohortes aliquot in Hungariam deducente, ab equite quodam ablata, de qua quidam hæc:

Rasa papistarum timuit quem turba, Iohannes
conditus hoc celebri marmore, Zisca, iacet.
Ille tuæ vindex, Hussi sanctissime, mortis,
hostes dum calicis persequeretur, erat.
Fit via vi, rumpit aditus, monachosq́ trucidat;
quando virum Christi pro grege Zelus agit.
Testis erit pendens, sparsoq́ infecta cerebro
clava hæc, quæ monachis terror & horror erat.

Annus obitus sui hoc Chronodisticho comprehenditur:

Zisca potens beLLo heros aCer & hostIbVs horror,
Non aCIe fVsVs, peste pereMptVs obIt.

vel:

Peste pereMptVs obIt, non atro VICtVs ab hoste,
ZIsCa potens beLLo, fortIs & aCer eqVes.

Alias de ipso M. Matthæus Colinus hæc:

Defensor calicis Christi, fideiq́ sacratæ,
dira monachorum pestis, acerba lues

Tra

Præsulis Ausonii, Boiemæ strenuus oræ
tutor, Germani terror at imperii,
Boiemus Cocles, cui dat Trocznovia stemma,
summus in exiguo Dux cubat hoc tumulo.

Caput LVII.

1 Thaboritæ sese dividunt. 2 Procopius Magnus in Ziscæ locum suffectus. 3 Orphanorum origo. 4 Bohemi in Moraviam abeunt. 5 Hraditium à Thaboritis obsessum. 6 Despota Bohuslaus Cygnæus sagitta transfixus obit. 7 Girci cus Rohovvladius cum Diacono suo Clemente comburitur. 8 Albertus Austriacus sese in Bohemos armat. 9 Papa secundum in Bohemos crucem decernit, 10 Pragensium apologia contra Papæ furorem.

Thaboritæ sese dividunt. Procopius Rasus sive Magnus in Ziscæ locum suffectus

BOhemicus exercitus omnis morte Ziscæ graviter mœrere, sese tamẽ dispertire,[2] & altera pars Procopium Rasum, alias Magnum, ducem eligere, quem Zisca, ceu germanum fratrem, summe dilexerat, utque ipsum eligerent, paulo ante obitum suum præceperat. [3] Altera pars dicere, nullum in toto terrarum orbe reperiri, qui Ziscam imitari dignus esset: ab ipso etenim vidente, tanta, ut nemo tãta eloquentia sit, qui eorum magnitudinem oratione consequi possit: à Cæco vero, incredibilia, gesta esse: ideoque sese *Orphanos* dictitare, omnia per duces quosdam, quorum summus, *Procopius minor* erat, agere. Hi semper in castris versari, nullam urbem ingredi, nisi summa necessitate aliquid emere coacti, curribus suis sese ceu muro circundare atque munire, in quorum ambitu sive circo semper foco assidere.

Orphanorum origo.

Bohemi in Moraviam abeũt.

[4] Ambo hi exercitus una oppidum Weyvvanccizã in Moravia una cum multis aliis arcibus invadentes expugnare, tum in Bohemiam redire, ibi vicinorum, quorum alios *Philistæos*, alios *Moabitas*, alios *Ammonitas* appellabant, visendorum animo, sese dispertire. Orphani & Orebitę in Silesiam, Thaboritæ, quibus sese Pragenses adiunxerat, in Bavariam & Austriam irruere. Orphani quidem totum autumnum, Silesiam atque Lusatiam cædibus atque incendiis vexare: nullum tamen insigne sive memorabile facinus edere. [5] Thaboritæ vero, qui in itinere duo Monasteria Lucam & Pulcaviam destruxerant, Hraditium obsidere, quod prima die cum oppugnarent,[6] generosissimus dominus *Bohuslaus Cygnæus*, Worlicceii Despota, sagitta transfixus expirare, quo Bohemi ita incendi, ut biduum integrũ urbem incursione vehementissima oppugnarent, nec in civibus sese dedere volentibus acquiescerent, sed eam oppugnare pergerent, eaq; expugnata, viros omnes interficerent, urbis Ducem, Comitem Hardeccensem, captivum Pragam abductum, deinde Despotæ Hinconi Hylolitheo (Germanice von Waldstein) mitterẽt, qui eum diro carceri tantisper includere, dum biennio elapso vitam cum morte commutaret.

Hraditium à Thaboritis obsessum.

Omnib. igitur, quę in urbe reperiebantur, consumtis, 4. Id. Dec. anni 1424. totã urbẽ exurere, Desp. Bohuslaũ in diruto monasterio Pulcavia sepelire, rapinis, cædibus, incẽdiis omnia late vastare. Bavaricã tamen urbẽ nullã adoriri, sed sequenti 1425. ann. Nimburgum pervenire,[7] in qua vir doctus *Girciccus Rohovvladius*, venerabile sacramentum quidem sub utraq; specie præbens: sed unicuiq; Christiano ante mortem confitendum, & absolutionem accipiendã, utq; sacro oleo, iuxta id, quod D. Iacob. in sua epistola scribit, inungatur, curandum esse docens. Quo dux urbis *Bzdinca* audito, dicere: *sile flamen, nec multa nobis de oleo dic*: ille vero sententiæ suæ constanter inhærere, dicens: *D. Apostolus præcepit.* Quo illi audito ipsum cum Diacono suo, cui nomen *Clementis*, curribus impositos magna vociferatione per urbem circumducere, dicentes, *iam oleum vehimus.* Inferiorem igitur urbis portam, quæ ad Albim deducit, egressi, quemq; in picatum dolium indere, idq; stramine explere, rogo imponere, eum accendere, ambosque exurere.[8] Id quod Albertum Austriæ Ducem, ubi rescivit, valde male habere, tympanum pulsandum curare, animoque Bohemos sequenti anno invisendi populi sui armati delectum instituere. Ad Papam quoque literas dare, quanta damna hæretici Bohemici in Bavaria, Austria, Moravia, Silesia, Lusatiaque dederint, ipsumq; suppliciter orare, ut Christianæ ecclesiæ ipsiusque patronorum rationem habeat, quo tanto felicius,

Girciccus Rohovvladius cũ Diacono suo Clemente comburitur.

Albertus Austriacus sese in Bohemos armat.

felicius, atque hactenus factum, hæreticos bello petere atque superare possint.

Papa secundum in Bohemos crucem decernit atque proponit.

Papa literis hisce 7.Id.Ian.anni 1425 acceptis subito cum Cardinalibus suis cõsilium capere, denuo crucem in Bohemos proponere, Christianosque Principes atque Magistratus omnes, ut armis correptis detestandos istos hæreticos confestim bello peterent, exhortari: præcipue vero Sigismundo Novogradensi, ut ceu obsequens catholicæ ecclesiæ filius, omnibus viribus in Bohemos exsurgeret, iniungere. Qui literis hisce acceptis legatos suos in Bohemiam mittere, idque ipsis 4. Cal. Augusti significandum curare: ad quod Bohemi respondere, se contra divina humanaque iura bello peti, hæreticos absque omni hæreseos probatione, nec auditos quidem, proclamari, publiceque promulgari, nec certissimum Dei verbum in Christiano potissimum, item Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonensi symbolis comprehensum, ab ipsis t adi, cum tamen pro eo revera propugnare, vitamque fortunasque in discrimẽ adducere ipsos promptos esse, nemo unquam vere negaverit. A Christianorum itaq; officio non modo alienissimum, sed ei quam maxime contrarium esse, quod ad nutum Imperatoris Papæque Romani bello petantur, & exstirpandi videantur. A se quoque, si id omnino agatur, divina ope fretis, omnem iniustam atque à Christianorum officio alienam vim ita propulsatum iri, ut omnis mundus vim vi ab ipsis repelli cum admiratione experiatur.

Pragensium apologia contra Papæ furorem.

CAPUT LVIII.

1 Dissidium Orphanorum & Pragensium. 2 Litomislium oppugnatum expugnant atque solo aquant. 3 Suietlam exurunt. 4 Albertus in Thaboritas arma movet. 5 confligunt. 6 Albertus ab ipsis caditur. 7 Pragensium cum Thaboritis actio.

Orphanorum & Pragensium dissidium.

ARcanum interea odium inter Orphanos atque Pragenses enasci: Pragenses enim Magistros quosdam, nempe *M Przibramum, M. Christianum Medicum*, & *M. Petrum Mladonoviccium* in curia captivos detinuerãt, propterea quod inter ipsos atque M. Petrum Anglicum convenire non poterat. Qui ope & deprecatione M. Ioannis Kockyzani liberati sese ad Orphanos conferre, de Pragensibus conqueri, id quod Orphanis perplacere, quod in Pragenses ansam accepissent. 2 Quatuor itaque millia militum collecta Litomislio admovere, quod oppidum Pragẽses militibus præsidiariis munierant, Dionysiumque Borschecum ducem eo collocarant, propterea, quod olim ad Episcopatum Pragensem pertinuisset, omninoque sibi vendicarant. Mane ad urbem accedentes confestim eam oppugnare, civesque, ut una cum militibus præsidiariis fortiter sese defenderent, superari, atque ad urbem dedendam adigi, quam Thaboritæ solo æquare. 3 Inde fratribus suis Thaboritis oppidum *Suitelam* obsidentibus opem laturo abire, quod duas noctes & unam diem absque intermissione oppugnatum vix ægre expugnare, facilimeque exurere. 4 Oppidum hoc Dux Albertus obsidione liberare volens, exercitum suum, licet serius, propterea quod Thaboritæ id iam in favillas redegerant, admovere: ut autem hostes è provincia eiiceret, in ipsorum conspectu castra educere, quotidie in ipsos excurrere, idque tanto ardore, ut utrinque magnus numerus interiret.

Litomislium oppugnatum expugnant, atque solo aquant. Suietlam exurunt.

Albertus in Thaboritas arma movet.

confligunt.

5 Nonis Novembribus duo isti exercitus, Alberti & Thaboritarum, confligere, conflictus 4. horas durare, ita ancipite fortuna, ut, in utram partem ea sese inclinatura esset, nemo scire posset. Thaboritæ currus suos iam amiserant, nihilque nisi fugam sibi restare videbant, Quod autem ab Alberto delegatus belli dux, *Rupertus Vallensis*, non statim urgeret: 6 Thaboritæ denuo acie structa, denuo hostes invadere, eos in fugam vertere, victoriamque fortiter obtinere, quanquam multis præstantibus viris suorum amissis, in quorum numero præcipue *Milota Notycovius* & *Petrus Zul* erant. Victoria hac feliciter parta Meyto admovere, quod Pragenses tenebant, oppidum exurere, confestimque Pragam 8.Id.Decemb. petere, intempesta nocte mœnia urbis conscendere, iamque non invalida manu in mœnibus esse: eo vero in urbe tempestive cognito, cives mox turbas excitare, arma fremere, eosque muris depellere. 7 Mane civitas suos ad Thaboritas ablegare, & quod absque causa provinciæ metropolin conscendere, diripere, fortasse quoque destruere

Albertus à Thaboritis cæsus.

Pragensium cum Thaboritis actio.

Digitized by Google

ſtruere vellent,graviſſime vehementiſſimeque conqueri. Procopius Pragenſibus favens legatos benigne audire,idque efficere, ut Orphani Thaboritæque pacem cum Pragenſibus ſancirent, quo facto Glattoviam petentes ibidem hoſpitium quærere,ut in hocce angulo bona pace & requiete hybernare : vere autem inſtante Bavaros inviſere poſſent.

CAPUT LIX.

1 Coributus Comitia indicit. 2 Civitatum capita in comitiis propoſita. 3 Duo Deſpotæ in arce concertantes vitam amittunt. 4 Thaboritæ cum Pragenſibus in gratiam redeunt. 5 magna in Bohemos expeditio. 6 Katharina Dux Brunſuicenſis copias adhortatur. 7 Procopius Raſus Auſcam obſidet. 8 Copiæ Germanicæ in Bohemiam perveniunt. 9 Germanorum & Bohemorũ conflictus. 10 Germani in fugã verſi. 11 illuſtrium Comitum atque Deſpotarum cædes. 12 Auſca à Thaboritis expugnata & exuſta. 13 Sigiſmundus Dieczinskius cum hoſtibus ſuis Thaboritis in gratiam redit. 14 verſus annum huius cædis ſignificantes. 15 Metus Germanorum. 16 Morionis cuiusdam dictum.

Coributus comitia indicit.

POST novi anni auſpicium, menſe Ianuario anni 1426. Sigiſmundus Coributus omnes Deſpotas,Nobiles,Civitates,Duces & negocium publicum gerentes Pragam ad Comitia,quibus de pace regni Bohemiæ firmanda conſilium habendum eſſet,convocandos curare.[2] In hisce Comitiis Deſpota *Zdislaus Tluxa* una cum Pelſinenſibus, cæteriſque in eo tractu civitatibus in arce Carolina comparere,perque legatos ſuos 4. iſta capita proponere.

Civitatum capita in comitiis propoſita.

1. ſi ipſis caveretur, ſuis liberam loquendi copiam factum, ipſosq; benigne auditum iri,ſe oſtenſuros quod Pragenſes ipſorumque aſſeclæ ſe toti Chriſtianiſmo oppoſuerint. Idque ſe non extra,ſed in Bohemia facturos.

2. Optare ſe, ut certo in loco inſuper Comitia alia indicantur, quibus omnes adſint ut firma pax ſanciri poſſit.

3. Ut pax provincialis confirmetur.

4. Ut omnes conſilioque operaq; iis ſubſidio venirent,qui voluntarie tumultuantes punire vellent.

Traditis hisce capitibus diu multumque de variis rebus agi : quod autem Catholici, Thaboritæ, Orphanique & Pragenſes diu ſeſe inter ſe componere non poſſent,12. Cal. Feb. à ſeſe invicem digredi,neque quicquam effici, niſi quod cõſuetudine & caritate inter Archiepiſcopum Pragenſem cæterosq; religioſos conſtituta,hi à maximo ad minimum plenariam obedientiam illi promiſerint, viciſſim autem Epiſcopus quatuor illa Pragenſium capita à ſe defenſum iri ipſis ſpoponderit.

Duo Deſpotæ in arce inter ſeſe dimicantes vitã amittunt.

[3] Iisdem comitiis Deſpotæ *Trzca* & *Oniſſiko* ita ſeſe invicem adoriri, ut 4. Id. Ian. in arce inter ſeſe dimicarent, ita ut Deſpota Trzca moreretur. Ergo Ohinſſtko poſtea Cal Feb. ob regiæ arcis privilegium pacemque neglectam atque violatam, viciſſim capite plecti.

Thaboritæ cum Pragenſibus in gratiam redeunt.

[4] Circa paſchatis feſtum Thaboritis & Orphanis in Bavariam irruere animus erat : quod autem ubique gravis rumor de Germanorum Principum, ſeditioſos Bohemos radicitus eradicare volentium, adventu ſpargeretur : cum Pragenſibus pactionem ſocietatemque conflare,ut hoſtibus eo melius occurrere poſſent.

Theodoricus Packius atque Caſparus Divitomontanus,quos Elector Saxoniæ Fridericus in Auſciam Pontemque miſerat,audito, Bohemos ſibi metuere, Copiarum ſuarum delectum inſtituere,dare ſe campo, provinciamque circa Lutomeritiam direptionibus,cædibus, incendiiſque crudeliſſime vexare. Thaboritæ vero Pragenſeſque id diutius ferre nolle, ſed militum ſuorum delectũ inſtituere,eo quidem animo,ut prędones ditione eiicerent,Pontem & Auſcam regno Bohemiæ reſtituerent. Thaboritæ ſemper bellis aſſueti primum exſurgere, Leipam exercitum admovere,locum hũc Cal. Maii occupare,quod autem non ſatis munitus eſſet,cum excepta arce exurere. Caſparus Divitomontanus novis hisce confeſtim auditis,celerrime Auſcam reverti,&quod Pragenſes ad obſidionem ſeſe accingere audiviſſet,literis ad Principem datis, eum hoſtium potentiam,crudelitatem conſiliumq; docere,addito,quod niſi iam copias ſubſidiarias mitteret,

Digitized by Google

prælijs utrinque dicitur esse 50000. idque fere incredibile est, poteſtque ſufficere, ſi 12000. Germanorum, iuxta Hagecum, aut 9000. iuxta Sylvium, & 3000. Bohemorum ibi occubuerint. [13] A Sigiſmundo Dieccinskio, capitali Thaboritarum hoſte, ſaltem pridie iſtius pugnæ turbulẽtum illud negocium, quod ipſi cum Pragenſibus erat, compoſitum eſſe, cumque ipſis viriliter aſſtitiſſe, ita ut Germanos non mediocri fraude fefellerit, in veteri quodam mſ. legi. Multis enim à pugna hac ſe in arcem Terroripetræam, (Germanice Schreckenſtein) recipientibus ipſe cum ſuis conductitiis militibus ceu fugitivus ſuperveniens orare ut intromitteretur: qui in arce erant, nihil mali ſuſpicati, eam reſerare: ipſe ingreſſus præſidiarios captivos tenere, in quorum numero quoque Deſpota *Conradus Eremita* erat; qui vero reſtiterant, occidendos curare. [14] Numerum anni veteres hiſce verſibus ſignificarunt:

Sigiſmundus Dieccinskius cum hoſtibus ſuis Thaboritis in gratiam redit.

Verſus annum huius cadis ſignificantes.

Quo geſtum ad Auſcam bellum, ea eſt nota temporis:
primum crumenæ circulus *depingitor:*
tum anſæ lagenarum duarum: *poſtea*
ſcapo columnæ obliqua crux præfigitor
bis, ipſiusque pars ſuperna, *adusq; qua*
producta ea ſe lineæ medias ſecant.

ut M CCCC XXIV ſive M CCCC XXIV.

[15] Atque hæc Bohemorum victoria metum Saxonibus Hermundurisque tantum incutere, ut, ſi illi perrexiſſent, abſente Principe plurimũ efficere potuiſſent, id quod Cranzius li. 11. Vand. cap. 11. teſtimonio ſuo comprobat, ſcribẽs, tum demum cœpiſſe urbes, ut Bicurgium, Iena, Meſſonium, Tuliſurgium ſive Brinonis caſtrum, Cauchorumque metropolis *Luneburgum*, & ſimiles muniri. [16] Sunt qui memoriæ prodiderint, Germanico cuidam Principi morionem fuiſſe, qui eodem ipſo die, quo maxima cædes hæc facta eſt, dixerit: *nos anſerem aſſavimus, iam Bohemi nobis intinctum ei addendũ afferunt*, quę verba cruentam hanc pugnam ipſam ſignificarunt, in qua nulli homini, nec iis quidem qui abiectis armis per Deum opt. max. vitæ prorogationem petierunt, parſum eſt, ut Sylvius cap. 44. ſcribit, qui tamen male aſſerit Ziſcam ei prælio interfuiſſe, cum is iam annum obiiſſet.

Metus Germanorum.

Morionis cuiusdam dictũ.

CAPUT LX.

[1] *Sigiſmundus Dieccinskius captivus.* [2] *Thaboritæ Bocʒconem Podiebradium obſident.* [3] *obſidionem ſolvunt.* [4] *Hineccus Boccecus Podiebradius urbem Nimburgum obruit.* [5] *Super eo facto occiditur.* [6] *Miſa ad Huſſitas tranſit.* [7] *abs quo exſtructa.*

VIctoria hac potiri Pragenſes cum gaudio diſcedere: Sigiſmundus Dieccinskius, ſibi rem acu tetigiſſe viſus, quod cum Pragenſibus atque Thaboritis pacificatus eſſet, nihil metuere, donec ipſum Deſpota *Ioannes Speculæmontanus* obrueret, captivumque in arcem ſuam *Felzco* cuſtodiendum mitteret, propterea quod ante biennium Deſpotam Nicolaum Chudiæum ad epulas invitatum, ſub ſpecie amici convivii captivum ductum in vinculis tenuerit, uſque dum ipſi arce Leporipetræa, (Germanice Haſenſtein) ceſſerit. In cuius facti ultionem Deſpota Ioannes Speculæmontanus ipſi talionem reddere.

Sigiſmundus Dieccinskius captivus.

[2] Thaboritæ & Orphani Auſcia diſcedentes, veterum inimicitiarũ, quas cum Deſpota Boczco Podiebradio gerebant, propterea quod cognatum ſuum Gindreichum in arce Coſtomblatenſi clam captivum duxiſſet, memores, ipſum 8. Id. Auguſti (quo die Conradus Archiepiſcopus Pragenſis vivere deſiit) in arce ſua Podiebradio obſidere, 7. Id. eiuſdem menſis miſſilia in eam plurima immittere, octava die à Septentrione eam oppugnare: Boczco autem, quod magnam multitudinẽ ſecum haberet, ita valide ſeſe defendere, ut in unico eo aſſultu hoſtes 800. perirent. Quos enim habebat tormentorum magiſtros, omnibus in tota Bohemia præſtare dicebantur, iiq; nec bronteis, v.g. quæ vocantur, Colubrinis, nec mortariis, aliisve maioribus tormentis feriari, ſed ita frequenter ipſorum caſtra quatere, [3] ut inde diſcedere cogerentur, & quia ſic animum ſuum induxerant, arcem ſeſe in multum tempus ſuſtentare non poſſe, multũ temporis in caſtris illis, quæ ad templum poſuerant, commorari.

Thaboritæ Deſpotam Boczconem Podiebradium obſident.

obſidionem ſolvunt.

Ipſis aũt die Michaelis, qui Dominicus erat, in templo ſumma attentione ſacra facientibus, tormenti ictu ab arcis turri per templi poſticum undecim homines in

ipso templo prosterni, cæterique ita consternari, ut nemo faustam ecclesiastæ imprecationem, quæ λιτουργίαν claudere solita est, expectaret.

Thaboritæ 3. Non. Novembris, quid facerent, consultare, quod frigus ingrueret, ad victum necessaria ipsis deficerent, sapientioresq; arcem ab ipsis expugnari non posse iudicassent: tandem sequenti mane obsidionem solvendam decernere, id quod & factum. Obsidionem autem solventes, obsessi ridere & ludificari, iubẽtes eos aliquandiu insuper expectare; hinc ergo quidã audentiores Thaboritæ caligis suis demissis posterioribus revelatis, quasi speculum proponere, id quod tormentorum magistros ita male habere, ut extrema salute ipsis dicta in ipsos alacriter globos plumbeos immitterent, ita ut iis multi illorum tacti occumberent.

Hineccus Boccecus Podiebradius urbem Nimburgum obruit.

[4] Ergo Despota Hineccus Boccecus à Thaboritis liber patentem campum nactus, qui, quando & ubi sese vindicare posset, cogitare, & quoniam à Thaboritis oppidum Nimburgum occupatum esse, ipsosque ibi hybernare constituisse, certo compertum habebat, cum quibusdam militibus suis ad oppidum eius obruendi animo properare, & quoniam excubitores essent numero pauciores, distributi, suburbiumque suo bono attigisset, imo & portam oppidi apertam invenisset, omnia salva putans, inconsiderate temereque cum uno comite in oppidum irruere. [5] Vix autem portam transierat, cum à civibus clathri pensiles demitti, tumultus excitari, quidam præcipiti cursu in mœnia ascendere, conductitios, qui cum Despota Boccecco venerant, conscensione in mœnia prohibere, cæteri ad portas properare, easque quam poterant optime, custodire, præcipue vero cerevisiarii vectibus suis correptis accurrentes Despotam Podiebradium intra portas 6. Cal. Decembris occidere, cui in hodiernum usque diem lapis, in quo crux excisa sive sculpta, signo est.

super eo facto occiditur.

Misa ad Hussitas transit.

[6] Eodem anno, die Wenceslai, Preibiccus Clenoviskius decem famulis suis comitatus in urbem Misam irruere, & quod inter ipsum civesque tacite cõvenisset, facile urbem occupare, pulsisq; pontificiis per Thaboritas sacra administranda curare. Pelsinenses non sine magno dolore terroreque Misensium defectionem rescifcere, dentatisq; ad eos datis literis, quod cõtra suas ipsorum literas sigillo suo munitas hęretico, 10. saltem comitibus instructo, valvas panderint, id quod ipsis apud omnes vicinos æternam timiditatis notam inureret. Ad quæ Misenses respondere, Preibiccum illum fortem invictumque heroem esse, inque urbem irruentem ita longo gladio armatum fuisse, qui ab una porta ad alteram pertigisset.

abs quo exstructa.

[7] Urbem hanc, Misam, Sobieslaus XXVII. Bohemorum Dux condendam præcipere. Vilem etenim saltem pagum tam commodo tumque temporis firmo munitoque loco situm, muris cingendum, fossisque muniendum præcipere, urbis autem fundamento effosso, venæ argenti reperiri. Hinc Bohemi urbem istam, in hunc usque diem sua lingua *Strzsbro*, id est, *argentum*, appellare, licet tum prisci nominis, tum præterfluentis ratione & *Misa* dicatur. Circa hanc urbem, inprimis vero circa Romsbergum, diu longumque multum argenti effodi; iam autem omnia iacent. Curia quoque ipsorum pridie Ioannis Baptistæ anno Domini 1588. accensa, cuncta ipsorum vetera monumenta interire.

Caput LXI.

[1] Despota Victorinus Podiebradius moritur. [2] filii sui Georgii felicitas. [3] Petri Anglici de Sacramento altaris sententia. [4] Pragensium atque Thaboritarum dissidium. [5] Pragenses Coributum captivum ducunt. [6] Despotæ Rozvvoda & Zmirceliccius Suoyschinius ipsum liberare frustra student. [7] Orphani in Silesiam irruunt. [8] Thaboritæ obsident & expugnant Slanam. [9] de exstructione urbis Slanæ. [10] Bohemiæ conditio. [11] Litomeritium Thaboritis sese dedit. [12] Thaboritæ Pragam obsident. [13] pax inter Thaboritas atq; Pragenses. [14] M. Ioannes Rochezanus generalis Superintendens Pragensis.

Despota Victorinus Podiebradius moritur.

Filii sui Georgii felicitas.

Primis anni 1427. Cal. generosissimus Dominus, Despota Victorinus Podiebradius, qui Pragensibus veritatem divinam contra ipsius hostes defendentib. hactenus constanter opem tulerat, diem obire. [2] Filium habuit Georgium, qui deinde, nimirum 1458. Domini anno, 6. Non. Martii Bohemię rex creari, filiosq; suos Victo-

Digitized by Google

Victorinum & Heinricum ab Imperat. Rom. Frid. III. ad Principum celsitud. (id quod anno Domini 1463. 9. Calend. Martii factum) evectos videre, qui hodie etiamnum Principes Monasteriomontani (vulgo Munsterbergenses) nuncupātur. Unde recte dicitur, iusti semen instar lauri virere, frondesque ipsius, ut folia olivæ perpetuo. Et licet Cochlæus, Æneas Sylvius (qui eum plane proscripsit) eos omnino reiiciant: iam tamen divina aspirante gratia, Curæo teste, hæc arbor etiamnum viret.

Inter cæteras res præcedente anno gestas etiam dictum est, MMMagg. *Petrum Mladonoviccium*, fidum M. Ioannis Hussii παραστάτην in Concilio Constantiensi, *Ioannem Przibramum, Christianum Medicen*, Praga pulsos, ab Orphanis autem defensoribus in priorem locum suum restitutos.

Petri Anglici de Sacramento altaris sententia.

[3] Iam vero M. Petrus Anglicus exul valde arroganter sparserat, panem venerabilis sacramenti altaris simplicem panem, vinum, simplex vinum esse, ita ut corpus atque sanguinem Christi sola fide à nobis sumi percipiq; oporteat. Magistri vero, quos diximus, restituti, tantisper cum ipso privatim de eo agere, usque dum eum à sententia sua plane non recedere velle; sed id unum, quo & cæteros hoc animæ veneno enecaret, agere perspicerent. M. Ioannes Przibramus ergo 3. Non. Ian. exsurgere, publiceque in M. Petrum Anglicum, quem diximus, quique alias, cognomine *Peyne* dicebatur, disputare, unde novum incendium, quod postea multa mala attulit, exoriri. Dum enim ita inter sese cōcertarent, inprimis autem tempore quadragesimæ, magnusque tumultus inde exoriretur; illi, Pragenses, M. Procopium de Plzna, M. Ioan. Przibramum, M. Petrum de Mladonovvicz, M. Christianum Medices, M. Laurentium ecclesiasten ad D. Heinrici, pluresq; alios, denuo captivos ducendos, Thaboritasque è minore urbe expellendos curare.

Pragensium atque Thaboritarum diffidium.

Quo Thaboritæ Orphaniq; cognito, convenire, castraq; ante urbem Pragam 9. Calend. Aprilis primum ad Modzan, deinde ad Zabieliccium ponere, utque in urbem intromitterentur, postulare, id quod ipsis denegari, solusque Procopius Rasus, Ianus Rohaccius, Ianus Walconius de nigra aquila, Procopius Minor, qui de pace agerent, intromitti.

Sacenses quoque, Launenses, Slanensesque Legatos suos, quorum opera pax promoveretur, Pragam ablegare: quod autem Thaboritæ semper dolo agerent, transactio illa in fumum abire: namque Ioannes Rohaccius suum saltem commodum, urbisque opprimendæ occasionem quærere: quod cum iam iam efficere vellet, negocium prodi.

Pragenses ergo, ut Thaboritæ è vestigio ex urbe emigrarent, præconum suorū voce proclamandum curare, id quod isti quoque facere.

Pragenses Coributum captivum ducunt.

[4] Parasceves die Pragenses Sigismundum Coributum, iampridem frustra diademati Bohemico inhiantem, ideoque moram illam iniquiore animo ferentem, in aula regia Pragæ captivum tenere, tum circa vesperam, inversam vestem monasticam ipsi inducere, ipsumque in hodiernam arcem Pragensem deductum, in alba turri, in qua aliquantum temporis sedit, custodire.

Duas autem albas turres in arce fuisse, benignus lector noverit: per primam datur ingressus in arcem, & cuius pars altior iam ex parte deminuta est, in eam ipsum detrudere; altera est in posteriore arcis parte ad muros, in quam vel sontes, vel ære alieno ita gravati, ut solvendo non sint, coniiciuntur.

Despota quidā ipsum liberare frustra student.

[5] Despotæ Rozvvoda, & Zmirzliccius Suoyschinius, cognita Coributi captivitate, celerrime Pragam tendere, ei sese, quantum poterant, opponere, senatusconsultum tamen evertere non posse, unde, ut dicetur, novæ turbæ exoriri.

Thaboritæ Orphanique in Silesiam irruunt.

[6] Interea Thaboritæ Orphanique, qui circa Iatomirium, Nachodam, Regino Gräditium, Trautenoviam, Politium atque Latischium hybernaverant, congregari, Welecoque Caudelinco, quem elegerant, duce, in Silesiam irrumpere, primumq; *Aurimontum* (vulgo Goldbergam) deinceps *Laubanum, Briegam* cæteraq; minora oppida pagosq; & arces non munitas diruere. Magna vero cum prȩda Bohemiam petentes, audito à Regino Graditiēsibus, Iaromiriensibus, iisq; qui erant de Aula regia, arcē Rotemburgēsem obsidione cinctam, ipsis subsidio accelerare,

adventoque eam oppugnare, expugnare, soloq; æquare, tum domum redire, tantumque pecoris secum abducere, ut 15. boves aut vaccas duobus nummis Ioachimicis sive Thaleris divenderent.

Slanam oppugnant.

[7] Ut autem ad Thaboritas, sub ducibus suis, ut dictum est, ad urbem Pragam castra ponentes, redeam, viso, se nihil effecturos, relicta Praga ad Slanam, cum Pragensibus fœdere & amicitia coniunctam, appellere, eamque gravissima obsidione cingere. Quod autem magna esset in urbe peregrini populi multitudo, eaque Despotæ Hinconis Sylvæpetræi vulgo Waldstein) militibus præsidiariis bene munita esset: multos resistentes inveni e: tandem tamen urbe 4. Cal Maii devicta, cunctos absque discrimine trucidare, senatores cum iudice nobilibusq; quibusdam quadrupedes constringere, osque in macellum, quod tum temporis in foro erat, deferre, idque accendere. Ecclesiastæ ipsorum, *Christianus* & *Wenceslaus Zuiccovveccii*, in primo furore necari, ubi & multi fortes equites, præcipue vero *Ianus Srsæus*, *Petrus Cameneccius Holausensis*, *Sdenicchus Blachoticcius* & *Witecus Zuiccius* perire.

De exstructione urbis Slanæ.

[8] Urbs hæc, *Slana*, ab altero Bohemorum duce Nesamislio anno Domini 750. condi, propterea, quod ibi salina reperta sit, abs qua urbs *Slanei Wr. h*; id est, *mons salis*, dicta sit. Hæc salina hodie quoque ad Slanensium montis radices ostenditur, habetque etiamnum salsam aquam, quæ tamen ob silvestrem illam aquam, quæ nimirum è montium cavernis rupibusque effluens aut guttatim destillans ei sese immiscet, potui apta est, quemadmodum & fossores, ei assueti, eam bibere solent.

Bohemiæ conditio.

[9] Bohemia quidem singulari Dei munere omnia, quæcunque ad humanam vitam sustentandam requiruntur, ut frumentum, vinum, metalla, gemmas, feras, pisces, poma, silvasque satis magna copia suppeditat: sed solo sale destituitur, ut salinæ quoque inveniantur, veluti Slanæ, & sub arce, quæ *specula regia* (Germanice Königs Wart) iuxta pagum Auschabitium, quæ aquis montanis in eas influentibus vitiantur atque corrumpuntur. Sed Deo opt. max. ita placuit. Ut enim in homine, quem Plato Microcosmum appellavit, uni membro alterius ope opus est: ita etiam in maiore mundo uni regioni alterius ope opus est. Sed de hisce satis.

Litomeritium Thaboritis se dedit.

[10] Slana Thaboritę Litomeritium abire, oppidumque deditione acceptum occupare. Orphani, qui proxime duce Weleco Caudelinco in Silesia fuerant, eo cognito, fratribus suis auxilio venire, rapinisq; & incendiis Curcimam Brodamq; Bohemicam vexare, cumq; ad arcem *Cvvietniccıam*, in qua Procnopecus Trezca habitabat, pervenissent, eam vi occupare Despotamque cum omnibus suis exurere. Inde Pragam prætereuntes prope dirutum monasterium Aulæ regiæ, Multaviam flumen traiicientes, Pelsinensem tractum direptionibus, cædibus atque incendiis vexare, arcesque *Suhoviam* & *Oborczschitum* oppugnando capere, tum ad fratres suos perveni e, arcemq; *Zleby* obsidere, deditioneque accipere.

Thaboritæ Pragam obsident.

[11] Quibus peractis ad Pragam accedere, castraque iuxta Wrschovvicciam ponere. Sacenses eo cognito legatos suos cum seniore Coranda ad Thaboritas atque Pragenses mittere, qui ipsis significarent, siquidem Imperator universum imperium Romanum excitarit, Bohemiamque subigere velit, ut lite sopita in mutuam g atiam redirent.

Pax inter Thaboritas atque Pragenses.

[12] Legatis hisce arbitris honorariis pace sancita captivi Magistri dimitti: Pragenses tamen, quod metuerent, ne Thaboritæ fortasse quid tentarent, eos in urbem intromittere nolle, cognitoque quosdam senatores ab eorum partibus stare, remotis ipsis, alios, quos per duces suos elegerant, substituere.

M. Ioannes Rochezanus generalis Superintendens Pragensis.

[13] Paulo post, quam hæc gesta essent, Pragenses omnes suos ecclesiastas convocandos curare, Magistrumque Ioannem Rochezanum omnibus Inspectorem constituere, qui omnes ecclesiastas transferre, & hunc huic, illum illi templo præficere, utq; populus ullum templum ingredi prohiberetur, cui nomen non dedisset, à senatu impetrare: asserere enim, quod, licet ecclesiastæ non in omnibus capitibus consentirent, facile tamen hoc modo tumultus præcaveri posset.

Digitized by Google

CAPUT LXII.

[1] Imperator atque [2] Papa Germaniam fere universam in Bohemos excitant. [3] Exercitus Germanicus in Bohemiam venit, [4] Misam frustra obsidet. [5] Pragenses Thaboritas opem ferendam rogant. [6] in Germanorum, hostium suorum, conspectum prodeunt. [7] Germanorum fuga & strages. [8] Bohemi Tachoviam obsident & expugnant.

Sigismundus Imperator, viso se lenitate sua apud Bohemos parum proficere posse, datis ad Papam literis ipsum consilium opemq; rogare; nihilominus tamen Germanicos Principes, ut, quantiscunque possent viribus exsurgentes, Bohemos ad imperata facienda adigerent, exhortari. *Imperator*

[2] Papa quoque putare, sua omnino plurimum interesse, ut epulis istis adesset. Germanicis itaque Principibus, ut Bohemiam omnibus modis infestam redderent, imperare, utque res maiorem autoritatem haberet, Cardinalem Vintoniensem, natione Anglum, in Germaniã mittere, qui in ea tãtisper oberrare, dum tres exercitus colligeret, quorum primus è Saxonibus constare, quibus Hansæ quoq; maritimæque civitates sua subsidia coniungere; alter è Francis, Thuringis, Lutiburis: tertius è Boiis, Rhenanis, Charitinis, quique erant ex urbibus imperialibus Suevicis: ut Augusta Vindelicorum, Ulma, Aris Flaviis, Hala ad flumen, quod Germanice der Kocher dicitur & Soteripege, (vulgo Heylbronna.) *atque Papa Germaniam fere universam in Bohemos concitant.*

[3] Hic populus silvam Bohemicam transire, primus quidem ad Chometaviam, alter ad Egram, tertius ad Tustam. *Exercitus isti in Bohemiam veniunt.*

[4] Ergo 15. Cal. Iulii convenientes, Misam, quæ urbs iam annum demum ab ipsis desciverat, in potestatem suam redigere, atque ad imperata facienda cogere, operæ pretium putare, ad eamque 9. Cal. Iulii exercitum admovere, castra in æquata agri planicie, eaque satis eleganti ad pagum aliquem, quem omnino diruerant, ponere, quemadmodum in hodiernum usque diem prostratus atque dirutus iacet, in ciusque rei memoriam sola ædicula conservata ostenditur. *Misam frustra obsident.*

Ex hoc loco, cuius mentio facta est, tormentorum ictibus urbem, inprimis autem albam cerevisiæ coquendæ officinam sive tabernam (in qua etiamnum sphęra iacere dicitur) horribiliter infestare.

Nec vero ab oppugnatione cessare: Precibiccii Clenoviccii Ducis virtute tamen urbs fortissime conservari.

[5] Interea vero Pragensibus sese in hostes armare consultum videri: Misso igitur ad Thaboritas & Orphanos, ipsis Germanorum propositum significandum curare, neve patriam in tanto discrimine subsidio suo destitutam desererent, adhortari, qui prompti Pragam tendere, vixque eo advenire, cum Misæ urbis obsidio ipsis renunciari, propter quod tanto vehementius properare, sancitique pacti vi, urbem transeundi copiam à Pragensibus postulare. *Pragenses Thaboritas opem ferendam rogant.*

Pragenses annuere, ea tamen conditione, ut urbem recta sine mora transirent, nec civibus molesti essent, id quod illi facere, sequentique die, qui erat 4. Id. Iulii moto ci cumagitatoq; vexillo cum trecentis insuper curribus, placide modesteque urbem transire, atq; in Albo-monte (Germanice Weissen Berg) castra ponere. 3. Id. Iulii alii Orphani adventare, qui in urbem immissi, in novaque urbe pernoctantes, postridie ante prandii tempus fratres suos cum 200. insuper curribus consequi.

Procopius Rasus 10000. virorum ducentisque curribus, ipsis Idib. adventare, qui etiam intromitti, populus autem ipsius in novam veteremque & parvam sive minorem urbem Pragenses dividi.

Is tum cum Pragensibus plene in gratiam redire, Pragaque 16. Calend. Augusti discedere, quam extemplo Moravici Despotæ ingredi, nimirum Despota *Wenceslaus Straccineccius, Hlavaccius Mitrovius, Ernestus Lescoviccius & Meynhardus de Nova-domo*, qui omnes regno Bohemiæ contra Germanos subsidio venire.

[6] Pragenses una cum Moravicis Bohemicisque Despotis 15. Calend. Augusti in æquor campi, & 11. Calend. in hostium conspectum prodire, ita ut saltem *in hostium suorum conspectum prodeunt.*

Germanorum fuga

Missa fluvio separarentur. [7] Germani numerosa hostium potentia visa, eosq; conflictus avidos esse cognito, obsidione relicta Tachoviam properare: ad quos eo pervenientes Dominus *Iacobus Sircus*, Episcopus Trevirensis, mille equitum, quorum delectum Noribergæ habendum curarat, comitatu instructus, sese ipsis adiungere velle: fuga vero visa, & ipse in silvam omni festinatione properare. Vix autem in silvam pervenerant, quin Bohemi ipsos adorirentur, & quoscunque possent, trucidarent. Aurigæ curribus suis properare incipientes, quo vehementius festinabant, eo magis alius alium impedire, ita ut multos currus in ista fuga amitterent. Numerus cæsorum haud facile dignosci posse, propterea, quod rustici multos in silva trucidarant: Germani tamen 10000. numero, non admodum multis Bohemis desideratis occubuisse crediti sunt. Vexillum etiam quoddam, quod scilicet Bohemi Germanis eripuerunt, in curia Tachoviensi videre est. Lętum hoc de hostibus à Bohemis, divina adiutis ope, cæsis è provinciaq; profligatis nuncium Pragam deferri: Pragenses ergo universi ad monasterium Slovanēse, quod in nova urbe est, solenniter magnificeque procedentes, *Te Deum laudamus*, cantare, lætitiaque efferri.

& strages.

Bohemi Tachoviam obsident & expugnant.

[8] Thaboritæ vero Orphanique & Pragenses ab hostium persecutione reversi, ad Tachoviam, non procul à patibulo (ubi etiamnum vallorum eorum rudera videre est) castra ponere, oppidanos maxime premere & urgere, oppidum 3. Id Augusti, qui dies obsidionis decimussextus erat, expugnare, viros omnes trucidare: quin imo & ipsam urbem incendissent, soloque æquassent, ni prudentes quidam obstitissent, dicentes, talibus arcibus, quæ nempe in confinio sitæ sunt, sufficienti præsidio munitis vitam provincialibus eo tranquilliorem esse. Quo consilio bene ponderato Thaboritarum coloniæ in oppidum immitti. Pragenses autē non sine magno gaudio domum redire: ut & Orphani, qui ex arce Tachovia ingens tormentum bellicum, cui nomen erat *Chmelinck*, in urbem suam abducere, ubi id remanere. In itinere vero Pelsinæ appropinquantes, fortunam periclitari velle; quod autem cives vim vi repellerent, illique nihil à sese effici posse perspicerent: suburbio incenso discedere.

Caput LXIII.

[1] Despotæ quidam Coributum captivum ardenti studio liberare student. [2] Hineccius Hylolitheus sese in Pragenses armat. [3] Silesii Nachodiam obsident. [4] obsidione soluta, Bohemia excedunt. [5] Hineccius Despota Pragam opprimit. [6] interficitur. Exemplum facinorosi ingrati. [7] Smirciczkius in templū Redintuinense confugit. [8] & Hineccius Rohataccius. [9] Seditiosi à civibus Pragensibus ad necem deposcuntur. [10] Coributus Bohemia excedere cogitur. [11] Seditiosi quidam supplicio afficiuntur. [11] Smirciczkius senatui traditur. [13] Procopius Rasus Colinam obsidet. [14] Pragenses encænia sua celebrare volunt. [15] Smirciczkius è captivitate evadere velle deprehensus arctius astringitur.

Despota quidā Coributum ardenti studio liberare student.

PRagensibus domum reversis, Sigismundumque Coributum etiamnum captivum detinentibus, Despotæ diutius quiescere nolle, sed de ipso vi liberando decernere, id quod & eadem hyeme Orphanorum atque Thaboritarum ope perfecissent, si modo uterque exercitus, quem diximus, Sigismundo plenam fidem habuisset, nec negocium, quod ipsis cum Pragensibus turbulentum erat, amice compositum fuisset. Itaque cum novæ urbis Iudice, nomine *Bureſcho*, clandestinum consilium capere, quosdam cives ad sese allicere, qui ipsis, Despotis, inprimisque domino Hineccio Hylelitheo, [Germanice von Waldstein] omnem occasionem aperire, & quod Pragenses ob hostes profligatos plane securos esse viderent, id Hineccio significandum curare, iubentes, ut confestim exsurgens sese accingeret, [2] qui nequaquam cunctari, suos atque Ioannis Misteczkii, Smirciezkius sibi atque Putæ Czastaloviccio subditos, Hineccus Wamsberskius Rohateccius se suosque, & Magistro equitum subiectos instruere, atque hi tres omnes summo desiderio tempus id expectare, quod Pragenses ipsis dicerent, quo urbem obruerent, quod tandem 8. Id. Sept. statui, idque hisce de causis. Orphani Silesios verno huius anni tempore, ut dictum est, ingenti clade affecerant, quam illi, pręcipue vero tum, cum omnibus cum Germanis confligendum esset, ulcisci cogitabant.

Hineccus Hylolitheus sese in Pragenses armat.

[3] itaque

[3] itaque Nachodiam urbem magna vi obsidere. Graditienses obsessis subsidio venire velle, copiisque coactis in apertum campum ad dimicandum atque confligendum prodire. Quo audito, Germanorumque statu per exploratores cognito, obsidionem solvere, domumque properare, quos Nachodienses atq; Graditini insequi, atq; ita cum ipsis confligere, ut Bohemis permultis cæsis Silesii Nachodiam denuo obsiderent. In permultis Germaniæ urbibus, veteri quodam de more, civitates in quatuor partes divisæ vel revera sunt, vel esse animo concipiendæ sunt: ubi una quæque pars è suorum numero quotannis, aut biennio quoque unum aut duos eligere solet, qui non tam honore, quam onere suo cæteris suis præeat. *Silesii Nachodiam obsident.*

Pragenses igitur eo audito copias suas cum duabus civium suorum quartis [ut ita loquar] in Silesios mittere,[4] qui simul atque id compererunt, illos prævertere, suburbioque accenso obsidioneque soluta discedere. [5] Hoc populo Praga egresso, Despotis, quos diximus, in urbem irrumpendi occasio significari, id quod ipsi quoque perficere, & 8. Id. Sept. mane hora 13. in urbem 600. vel, ut Hagecus scribit, 900. militibus instructi irruere, obvios quosque vel trucidare, vel captivos tenere. Tribuni plebis, qui cum Despotis clanculum conspirarant, ipsos adiuvare velle, civesque blande compescere, nisi [ut ita loquar] Quartarii intervenientes, ipsosque verbis adorti paucitatem hostium indicassent. Illi ergo armis correptis congregari catenasque in plateis transversas extendere, mulieres ancillæque lapidibus in summas ædes congestis hostes petere, ut nusquam tuti essent; sed ad præterfluentem properarent, ubi multi submergi. Despota Hineccius Hylolitheus equo suo desiliens in ædes elephanto signatas irrumpere, seque sub avenæ cumulo sive acervo occultare. Calcaribus autem prominentibus proditum verbero quidam invenire, abs quo ille non ita pridem mortem deprecatus fuerat,[6] verbero igitur iste eum transfigere, mortuumque corpus de fenestra in plateas præcipitare, tum decurrens eum sub Pragensium numellam facinorosis destinatam raptare, qui quidem verbero, nomine *Maccoveccius*, paulo post ob admissum scelus sub eadem numella capite plecti. [7] Smirciczkius ad templum Redintuinense confugiens in Diaconi ædes devenire, ibique in tenebricoso cubiculo abdi. [8] Hineccus Rohataccius, vulneribus aliquot in capite acceptis etiam in templum Redintuinense confugiens, M Rochezanum tunicæ sacerdotalis ora apprehendere, qui ipsum in sacrario abdere, tandem tamen senatui tradere, magnoque labore liberare.

obsidione soluta Bohemia excedunt.
Praga obruta.
facinorosi ingrati exemplū.
Smirciczkius & Hineccius Rohataccius in templum Redintuinense confugiunt.

Seditione paulum sopita cives, quosdam suos, huius facti autorum adiutores captivos ducere, remque omnem coniuratosque quæstione sive equuleo ipsis adhibitio edocti, eos in vincula ducendos curare. [9] Postridie, qui erat 7. Id. Sept. universa civitas ad veteris urbis curiam confluere, captivosque omnes, uti proditores capite plectendos postulare: consules autem senatoresque refragari, cœtumque ut, donec aliquid certi de ipsis statueretur, quiesceret, orare. *Seditiosi à civibus ad mortem deposcuntur.*

[10] Cœtu igitur domum se conferente, proceres, quid de Sigismundo Coributo facerent, propterea quod horribilis ista seditio ipsius causa coorta esset, consultare, tandemque à sese iterum ex hac provincia in Lithuaniam remittendum concludere: verba quoque, iuxta quæ sese diademate Bohemico abdicaret, concipere, ipsique præscribere, quæ ille iuramento præstito acceptare, magnoque silentio 5. Id. Sept. ex urbe Praga Silesios usque ad fines deduci. Sylvius ab omnibus consentientibus dissentiens, ipsum sponte sua, instinctu Poloniæ Regis, domum rediisse scribit. *Coributus Bohemia excedere cogitur.*

[11] Cives 6. Id. Septemb. iterum congregari, captivisque vitam eripiendam à senatu magno ardore postulare, qui pessima quæq; metuens Procopiū Crteonem, & Wenceslaū Ginceecium capite plectendos curare: tum cives quiescere. Paulo post Orphani cum omnibus suis facultatibus, &c, quibus potiti erant, spoliis Pragam adventare; sed valdè tranquillè urbem transire. *Seditiosi quidam capite plectuntur.*

Pragenses Sigismundo Coributo dimisso Thaboritis 5. Id. Sept. cum hierotheca usq; ad dirutum monasterium Strahoviense obviam procedere, eos cum gaudio in urbem introducere, cum omni, qua potiti erant, præda, in qua ingens tor-

Digitized by Google

mentum bellicum erat, *Chmelic* dictum, quod Rex Wenceslaus fundendum parandumque curarat, & hac tenus semper Tachoviæ fuerat. Thaboritæ 4. Iduũ Sept. Praga exire, Procopius Rasus autem, ut civium animos inter sese conciliaret, efficeretque, ne alter alterum obrueret, atque opprimeret, sed de iure cum ipso ageret, ibi commorari: quin & una cum M. Ioanne Rochezano à captivis malum deprecari, utque senatus iustam pœnam clementia misericordiaq; temperaret, o are.

[12] Pridie id. Septemb. Ioannes Smirciczkius, cum latere amplius non posset, senatui tradi.

Procopius Rasus Colinam obsidet.

[13] Procopius Rasus dum Pragæ commoraretur ex Orphanis atque Thaboritis, fratribus suis, audito, Divischum Borcecum in oppido Colina militum ducem agentem, sese ipsis Pragensibusque opponere: communicato cum Pragensibus consilio de eo obsidendo, deditioneque vel vi expugnando decernere. Duæ quoque Pragensium urbes, vetus & nova, propter huius iudicem, quem illius proceres captivum tenebant, clandestinum in sese invicem odium concipere. Nova etenim urbs cum veteri deinceps uniri nolle; sed sibi ipsi senatum eligere, quæq; peragenda essent, peragere velle.

Atq; hæc omnia instinctu mandatoque Procopii Rasi fieri, qui tum à Pragensibus quoque non contemnenda auxilia accipere, cumque Thaboritis Orphanisque Colinam appellere, urbemque tribus in locis obsidere: in inferiore parte ad præterfluentem, Orphanorum; in superiore, Thaboritarum; inter ambas hasce copias Pragensium exercitus locum capere, qui omnes oppidum tormentorum ictibus vehementer infestare.

Pragenses encænia sua celebrare volunt.

[14] Pragenses interea encænia sua celebrare velle: senatus autem una eademq; die, quæ erat Dominica post Hieronymi, in omnibus templis eorum dedicationẽ celebrandam publice indicere. Ioannes Rochezanus quoque in omnia templa circumire, utque rubro vexillo de templo Redintuinensi suspenso in iis signum daretur, sacraque peragerentur, præcipere.

Pragenses quoque, ut quisque paterfamilias sese armaret, inque superius ædium suarum tabulatum vel pavimentum lapidibus congestis sese ad defensionẽ appararet, quo tutior ab hostibus suis esset, per præcones suos mandare. Nocte ingruente viros plateasque omnes catenis in transversum obductis usque in sequentis diei meridiem occludendas, tum demum eas reserandas rursumq; sub noctem circa 23. horam occludendas curare.

Smirciczkius è captivitate sua evadere volle deprehensus

[15] Ioannes Smirciczkius hac occasione perspecta sui liberationem meditari, nonnullosque, qui eum è carcere effugiturum adiuvarent, pecunia corrumpere, qui ipsi suam operam hac in parte polliceri, utque è conclavi, quandocunque vellet, exire posset, efficere.

Propositum autem hocce suum perficere volenti, iamque de scalis descendenti civis quidam obvius fieri, qui noto acclamare, eumque, quo tenderet, interrogare, Smirciczkius territus nihil respondere posse; sed in Conclave suum recurrere, in quo arctius detineri, catenisque inclusus, ne (id quod fere, nisi civis iste in ipsum iam sese in viam dantem casu incidisset, factum fuisset) è Pragensium manibus elaberetur, clavis validius affigi.

arctius astringitur.

CAPUT LXIV.

[1] Colina ingenti obsidione premitur, [2] oppugnatur, [3] fame expugnata Thaboritis deditur. [4] Pragenses, Thaboritaque & Orphani propter religionis negocium Berona conveniunt. [5] Colina Thaboritis cedit.

Colina ingenti obsidione premitur.

INterea vero exercitus, qui ad Colinam erat, non feriari, sed omnem expugnandæ urbis occasionem atque commoditatem opportunitatemque captare. Obsessi contra sese ita defendere atque protegere, ut hostes parum efficerent, præcipue vero 8. Cal. Novemb. ex urbe tanto cum tumultu simul atque furore, atque si feræ irritatæque belluæ, aut furiosi homines essent, erumpere, obvia quæque prosternere, atque disperdere, tantisper dum Thaboritæ adventarent: tum vero ordinibus probe constitutis iterum ad urbem properare, magnamque prædam in

eam

Digitized by Google

eam inferre. Quo facinore permoti castrorum proceres omnibus suis sociis atq; fœderatis serio iniungere, ut omnes & singuli viri sub pœna ruinæ fortunarum quamprimum exsurgentes, ad Colinam comparerent. Ingens igitur exercitus in castra venire, commeatuque deficiente quotidie nonnullas turmas pabulatum emittere, qui omnia loca novem aut decem miliaria longe lateque direptionibus vastare, omnis generis pecora abigere, quoscunque in viis obvios virosque & fœminas, iuvenesque & virgines spoliare, nudareque, currus omnes, quotquot deprehendere poterant, frumento rebusque ad victum necessariis onerare, Colinamque in castra mittere. Verum in tali quadam excursione contigit, ut 4. Id. Novemb. quinq; militum manipuli in pagum Sesseliccium pecora abactum venirent, rustici vero eorum 9. occiderent, cæteri sese in penetrale quoddam reciperent, seque à rusticis fortiter defenderent, usque dum cum domo accensa boni isti fraterculi comburerentur.

Quo illi, qui in castris erant, cognito, confestim tumultus exoriri, militesque plures 100. in pagum, quem modo dixi irrumpere, magnosque parvosque, senesque iuvenesque trucidare, totumque pagum funditus exurere, multosque captivos ducere.

[2] Orphani, num fortuna votis ipsorum responsura esset, experiri velle, ideoque 15. Cal. Decembris, Albi frigore concreto, primum pistrinum sive (quod nos dicere solemus) molam seu molendinum aggredi, quod occupatum statim accendere: quo facto thermas invadere, quæ cito occupari atque accendi; mœnia vero conscendere volentium cives erumpentes 150. trucidare. *oppugnatur.*

Thaboritæ stulta Orphanorum cœpta magnumque periculum videntes, ipsis nolle succurrere; sed ipsos ridere, quærentes ex ipsis, ut cupediæ illæ Martinalitię ipsis sapuissent? VII Cal. Decemb. Thaboritæ, Pragenses Orphanique communite incursione facta urbem petere, quæ quidem 10. horas durare, in qua multi perire, multique, glacie Albis rumpente, submergi, denique & hostes ab oppugnatione repelli, in qua obsessi Despotę Raczkio letaliter saucio vexillum eripere, idque in oppugnantium contumeliam de mœnibus suspendere. Procopius Rasus crus glande plumbea tactus à medico suo, *Marsa*, curari. Triginta plus minus currus sauciis onusti Cuthenam sive Cuthnomontum atque Pragam devehi. Quo facto, non ita facile rursus urbem aggredi velle; [3] sed eam fame expugnare malle, quod quidem ipsorum propositum non infeliciter ipsis succedere: victu enim in oppido deficiente oppidani à sese invicem dissentire, ita ut Diwischius eam dedere cogeretur, id quod 3. Non. Dec. fieri, quo, quem modo diximus, Divvischius cum suis excedens oppido, hostibus cederet, quod Thaboritis Orphanisque & Pragensibus habitandum concedi. Tum quoque tres hæ partes in hoc consentire, ut post novi anni auspicium Beronæ convenirent, dissidiũque de religionis negocio amice componerent. *fame expugnata Thaboritis deditur.*

Eo tempore Ianecus Holeyus urbem Nachodiam, cum omnibus, quę ad ipsam pertinerent, nonagies mille, & Nicolaus Treczkæus arcem *Hamolen* sexagies mille florenis redimere.

[4] Cal. Ianuarii anni 1428. Thaboritæ, Orphani Pragensesque, iuxta dicta conventaque sua, Beronæ, de religionis negocio acturi convenire, quibus & Procopius Rasus, Thaboritarum primarius Dux, quod doctus rem intelligeret, adesse. Rem igitur auspicati statim inter sese de ritibus ecclesiasticis dissidere. Missam enim atque sacra vel absque stolis illis sacerdotalibus celebrari perficique posse; nec sacramenti elevationem usurpandam, multo vero minus panem benedictionis (quem dicunt) adorandum divinoq; honore afficiendum esse, Procopius atque Thaboritæ contendere, septem Sacramenta plane acceptare nolle, de libero hominis arbitrio, de iustificatione; de æterna prædestinatione Pragensium doctrinam amplecti nolle; sed exsurgentes discedere: Pragam autem pervenientes, non intromitti: proinde Procopius ira cumulatus exsurgere, atq; Raudeniccium tendere: Pragenses autem Orphanique Pragam diverti: [5] inde tres hi cœtus legatos suos plena cum autoritate sive potestate Colinam mittere, inter quos de ea urbe conveniret, id quod forte fieri, qua ea Thaboritis cedere, qui duces suos eo constituere, cunctaque ex arbitrio suo dirigere.

CAPUT LXV.

[1] *Ianus Smirciczkius è vinculis evadit.* [2] *Pragensibus pro hospitio gratias agit.* [3] *Pragenses quid ad hasce Smirciczkii literas facere decreverint.* [4] *Orphanorum de arce Facemontana consilium.* [5] *abitus in Silesiam.* [6] *proditio in urbe Brinna* [7] *civitati innotescit.* [8] *Orphani decepti caduntur.* [9] *Procopius Orphanis succurrit.* [10] *Thaboritæ & Orphani Brinnam deserunt.*

Ianus Smirciczkius è vinculis evadit.

IAnus Smirciczkius in seditione illa, de qua supra, captus sævis interea vinculis constrictus detineri, & quoniam in nulla liberationis spe erat, custodes iterum pecunia corrumpere, ut liberandum adiuvarent, id quod etiam succedere, ipseq; 11. Cal. Ian. una cum suis adiutoribus effugere, salvusque Raudeniccium ad Thaboritas venire, qui summo gaudio ipsum excipere, quodque ita callide è Pragensium manibus elapsus esset, summopere mirari: contra vero Pragæ inter cives nō parvus tumultus exoriri: hi enim senatum, tanquam huius rei conscium, accusare: atque hæ turbæ magno labore & vix ægre componi.

Pragenses literis dentatis ludificatur atque exagitat. Quid ad hasce Smirciczkii literas illi facere decreverint. Orphanorum de arce Facemontana consilium.

[2] Smirciczkius 3. Non. Ian. literis ad Pragenses missis facete ipsos ludificari, præcipue vero pro leni illa castigatione lautoque hospitio ingentes ipsis gratias agere: [3] quibus literis Pragenses ita commoveri, ut de ipso in oppido Raudeniccio obsidendo decernerent: at res ipsorum spem longe fallere.

[4] Circa hoc tempus Orphani Cuthnomonti, sive in urbe Cuthena convenire, in qua, quid sibi in bello faciendum esset, consultare; præcipue vero arcis Facemontanæ (Germanice Liechtenberg) è qua gravibus malis afficerentur, obsidendę curam concipere. Quæ res, quantumlibet occulte gereretur, tamen iis, qui in arce erant, innotescere: qui dolum invenire, quo hoc illorum consilium eluderent, id quod etiam ipsis hoc modo succedere: missis ad universam frequentemque concionem legatis suis 14. dierum, quibus cum ipsis transigere negociumque componere possent, inducias pacisci: Orphani nihil fraudis metuentes, in eas, usque dum conventus ille digrederetur, consentire: tum datis ad Welconem Cudelincum (cui res omnis nota erat) literis, dicere, se non posse cum ita rapace prędasque maximas faciente populo fœdus sancire.

abitus in Silesiam

Quo responso licet Orphani graviter commoti fuerint; non tamen tam cito sese vindicare ulciscique posse; [5] sed tempore abstinentiæ quadragesimalis (ut ita loquar) in Silesiam abeuntes, eam pro more suo direptionibus incendiisque vexare, quibus fortuna semper volubilis in hoc itinere quoque dolum nectere velle. Ipsorum enim ducem *Welconem Cudelincum* 5. Id. Martii equæ animosę insidentem, &, ut de nonnullis præciperet, circum eos obequitantem equa excutere, idq; ita valide, ut crus frangeret: hinc ipsi in oppido *Daccicio* commorandum, morbique ratio habenda esse.

Hoc malo affecti Orphani domum redire velle, quidam autem ei sententiæ repugnātes efficere, ut Blasium Cralupium ducem eligerēt, qui circa Paoram, Paschovicium, Novoforum, Lissamque omnia direptionibus, cædibus atque incendiis replere. Quod autem Uratislavienses ipsis ocurrere vellent, Moraviam versus sese convertere, atque in itinere oppidum Nisam invadere, ad quod tamen satis probe munitum nihil efficere posse. [6] Moraviam autem contingentes, cum nonnullis civibus Brinnensibus urbis proditionem moliri.

proditio in urbe Brinna.

Quod autem sese minus validos animadverterent, Procopium Rasum nuncio misso advocandum curare, qui celeriter ipsis subsidio venire: [7] quod tamen rem non satis strenue urgerent, neque maturarent, negocium proceribus civitatis innotescere, abs quibus id ita occulte geri, ut neque proditores, neque Orphani detectum rescisceren t: illi enim cives suos, ut hostium grassantium causa usque ad diem illum, qui erat prid. Id. Maii, in armis essent, adhortari, quo die portis occlusis, civibusque convocatis interceptas proditorum literas publice prælegendas curare.

civitati innotescit.

Quo audito proditores à civibus in vincula coniici, resq; omnes maxima cura geri, status enim urbis dedendæ dies, qui erat 16. Cal. Iunii, iam imminere, quapropter ex senatusconsulto suo neminem plane, ne scilicet hostis resc isceret, ex urbe emittere.

[8] Die

Digitized by Google

[8] Die dicto Orphani mane ante lucem magno silentio Beronam accedere, & quia nemo ipsis resisteret, nec in mœnibus cōspiceretur, omnia ex arbitrio suo institutaque & constituta putare, ideoque mœnium conscendendorum animo sese in fossam immittere.

Orphani decepti caduntur.

Magno igitur eorum in fossa numero cives exsurgere, portisque apertis maximo tumultu in perterritos hostes irrumpere, qui in fossa erant, ab iis, qui in mœnibus, omnes lapidibus ad necem usque obrui. Ad urbem cædes gliscere, peneq; ad tres horas durare, tum utraq; pars paulum cessare, deinde vero de rabidorum canum more in sese irruere. Bellicis quoque tormentis de muris hostes infestari, tantisper dum coacti recederent.

[9] Procopius Rasus, qui subsequens in itinere moram aliquantulam traxerat, Orphanorum statum edoceri, quapropter ipsis auxilio succurrere, atque in tempore, Orphanis nempe iam dissipatis, fugamque capessentibus, contra vero civibus alacriter hostes cædentibus atque interficientibus, adventare. Cives viso hostium recentium numero vehementer perterreri, fortunam tamen iterum tentare velle, atque subsistere: tum vero demum bellum recrudescere. Multi utrinque occumbere, conflictusque usque ad quartam vespertinam durare, tum cives ad urbem sese convertere, & quod hostes quoq; è labore languerent, satis commode in eam redire, nullamque nisi obsidionis spem concipere posse: sed res longe secus evenire.

Procopius Orphanis succurrit.

[10] Bohemi enim viso cives ipsis tam fortiter resistere, hac spe abiecta discedere, Orphani quidem Bohemiam, Thaboritæ vero Austriam petentes. In hoc conflictu qui utrinque perierint, ter mille numero esse crediti sunt.

Thaboritæ & Orphani Brinnam deserunt.

Ab hoc ipsorum discessu Procopius Rasus Viennam petere, atque ad Corneoburgum castra ponere, visum quid Dux Albertus animi haberet: quod autem nullum hostem animadverteret, domum revertens provinciam pro more suo vastare.

CAPUT LXVI.

[1] Senatus veteris urbis Pragensis Wilhelmum Costeam ad sese vocat, qui eos cum Smirciczkio in gratia reponat. [2] Smirciczkius Hostcam & alia loca plura occupat. [3] Arx Radischtie expugnata. [4] Smirciczkius acer Pragensium hostis sævit. [5] Czarda Pragensium dux, capitur. [6] Procopius arcem Bechinien obsidet. [7] Arx Facemontana obsidione cincta. [8] Smirciczkius arcem Kermiccam occupat. [9] Sigismundus legatos in Bohemiam mittit. [10] Acta Procopii cum Cæsarianis. [11] Iaroslaus, Ziscæ frater sclopeti vel tormenti ictu interfectus.

UT autem, quid interea in Bohemia gestum sit, referam, in tempore mihi recurrendum est. Tempore abstinentiæ quadragesimalis (ut ita loquar) veteris urbis Prāgēsis senatores Despotam Guilielmum Costeam, qui cum Smirciczkio fœdus fecerat, sub fide publica ad se vocandum curare, ut nimirum ipsos cum, qui dictus est, Smirciczkio amice componeret. Verum institutum hoc omne non progredi, sed recurrere. Novæ etenim urbis cives in compositionem illam plane simpliciterque consentire nolle; sed prætendere, talem hominem unum facile compesci posse.

Wilhelmus Costea.

[2] Interea vero Smirciczkius Czardæ, quod cum Pragensibus fœdus pepigisset, oppidulum *Hostcam* nomine, obsidere, cuius incolæ in templum muro profundaque fossa munitum, sese recipere. Ille loco hoc occupato omnes, triginta exceptis, interficere, templum exurere, inde Pragam versus omnia loca occupare, atq; cum Despotis Nobilibusque omnibus, qui circum Pragam habitabant, in Pragenses conspirare. Pragenses eo cognito, tempus, quo dissidium hoc inter sese Smirciczkiumque componerent, statuere, Czardamque Raudeniceium mittere, qui diu frustra cum ipso agere, ipsique omnia bona sua, quæ Pragenses ipsi eripuerant, restituenda polliceri: Smirciczkius enim illatum sibi contumeliam nondum satis vindicasse, necdum iratum animum suum explevisse sibi videri.

Smirciczkius Hostcam & alia loca plura occupat.

[3] Dum Procopius Rasus provinciam egressus peregre abest, qui in arce *Bechinie* erant, congregari, arcemque *Radischtie*, infra Thabor sitam, clam obruere, expugnare, & accendere, in qua multi homines comburi. Ab hac arce Ostromuc-

Arx Hradischtie expugnata.

Digitized by Google

cium (quam satis munitam Thaboritæ etiam ædificarant) expugnare, soloq; penitus æquare. Se vero prospera fortuna uti videntes, urbem *Preibenicz̨lanam* adoriri, quam funditus exurere, Thaborque, ceu commune ipsorum asylum petere, quod facile expugnassent, nisi sibi ab Orphanis metuissent.

Smirciczkius acer Pragensium hostis sævit.

4 Smirciczkius interea circa Melniccam, quæ Pragēsium erat, crudeliter grassari, pagos omnes exurere, sociorumque & fœderatorum ope in Pragam movere, ubi similem crudelitatem exercere. Miseri rustici Pragam decurrere, urbemque opem ferendam rogare: quod autem ipsorum copiæ cum Sacensibus, Launensibus, Slanensibusque in Lusatiam, Sittaviam vexatum, ivissent; illi resistere non valentes, de mediis, quibus cum ipso in gratiam redirent, necessario cogitare, cui negocio dies Iduum Iuliarum dici, quo Melniccæ convenire deberēt. Sed & hoc negocium irritum fieri, propterea, quod veteris urbis Pragēsis dux, *Cz̨arda* infestis armis in apertum campum egressus Sigismundi Dieczinskii ditionem vexaret, abs quo sese necessario defendere, quemadmodum etiam 9. Cal. August. qui erat prid. D. Iacobi, ad Budinam inter sese confligere, in quo conflictu multi Pragenses perire, 5 & ipse *Czarda* captivus duci, qui statim pro sui redemtione illi (Dieccinskio) urbem Auscam offerre; hic autem eam non acceptare, sed illum diligenter custodiendum curare.

Cz̨arda Pragensium dux capitur.

Procopius

6 Procopius domum reversus, audito, quibus modis subditi sui à vicinis suis habiti essent, iracundia excandescens, Thaboritis omnibus convocatis hoc ipsorum facto proposito, addere, hostem quantumlibet tenuem sive exiguum, vicinum tamen, maius damnum inferre posse, eo, quod à vel instructis exterorum copiis detur. Bechinium ergo arcem obsidendam decernere, id quod 17. Cal. Augusti, effici. Qui in arce erant, id quidem prohibere velle, ideoque 14. Cal. Augusti è vallo erumpere, Thaboritarumque excubitores cædere, quin & tormentum bellicum ipsis ereptum vi abducere: sed vis atque potentia nimium magna esse, & simul atque Thaboritæ sese vallo munierant, maiora tormenta bellica magno impetu in arcem explodere, iisque eam petere.

arcem Bechinien obsidet.

arx Facemontana obsidione cincta.

7 Procopius Minor quoq; Orphanis assumtis arcem Facemontanam, propterea quod elapso vere ipsos ita egregie ludificati essent, obsidere.

Smirciczkius arcem Kermiccam occupat.

8 Circa D. Iacobi Ioannes Smirciczkius, Sigismundus Dieccinskius, iuniorque Despota Leporemontanus arce Kermicca dolo occupata, viginti plus minus pagis exustis, 100. rusticis captivis detentis, milleque pecudibus abactis domum redire.

Sigismundus Imp. legatos in Bohemiam mittit.

9 Sigismundus Imperator mense Septembri legatos ad Pragenses, Orphanos atque Thaboritas mittere, qui Cuthnomōti ab ipsis audiri, ius Imperatoris, quod in diadema Bohemicum habeat, repetentes, benevolamque ipsius erga regnum Bohemiæ mentem illustrantes. Pragenses Orphanique respondere, ipsum sese diademate privasse; nec posse ullam bonam spem de illo concipi, qui tot infestas copias in ipsorum provinciam immisisset.

Procopii cum Cæsarianis acta.

10 Legatis Pragensibusque ita ab invicem discedentibus, Procopius rem omnē per exploratores suos edoctus, promissionis Ziscæ à Sigismundo factæ memor, sibi similem dignitatem atque gloriam oblatum iri, sperare, confestimque ad Legatos mittere, qui eos, ut in oppidum *Thabor* ad ipsum venirent, hortarentur, id quod illi promte facere, Pragensibusq; & Orphanis conquerentes aliquo modo cum Procopio in gratiam redire, ita ut paucorum equitum comitatu cum Legatis ipsus in Austriam abiret, atque cum Sigismundo concordiam constitueret: verum audito, non tantum sibi atque Ziscæ concessum iri: saltem pacis incundæ promissionem spondere, atque ita in castra ad Bechinium redire, 11 ubi fidissimum socium suum Iaroslaum, Ioannis Ziscæ fratrem germanum, belli non satis peritum, vel certe in eo infeliciorem, extinctum reperire. Excubias enim visere volens ex arce sclopeti vel tormenti ictu prostratus expiraverat.

Iaroslaus Ziscæ frater sclopeti vel tormenti ictu occisus.

Cap.

Digitized by Google

CAPUT LXVII.

[1] *Pragensium & Smirciczkii reconciliatio.* [2] Bechiniū *arx Procopio deditur.* [3] *Orphani in Silesiam irruunt.* [4] *eorum calamitas.* [5] *Dieccinskius urbem Auscam depopulatur & evertit.* [6] *Pragenses arma in ipsum movent.* [7] *Roczvoda sagitta transfixus.* [8] *Orphani rursus in Silesiam irruunt.*

PRagenses interea, perpendentes quanto sese per Smirciczkium periculo involuerint, qui maioribus instructioribusque copiis comparatis sese valde confirmasset munissetque, nec paucos asseclas haberet: malum, quod evitare non poterant, æquo animo ferendum rati, minore suo malo regioni suæ pacem dare velle. Quare Despotam *Milotam Bodanecium*, cum mandato, ut, quocunque posset pacto, pacem faceret, ablegare, qui non cunctari, sed 4. Non. Octobris, multis tentatis, tandem hisce conditionibus eos inter sese conciliare. *Pragensium & Smirciczkii reconciliatio.*

1. pacem ab utraque parte servandam, nec alteram ab altera vel clam, vel aperte, per se suosve, violandam atque lædendam.

2. omnium eorum, quæ gesta essent, ἀμνηστίαν sanciendam atque fovendam esse; nec alterutram partem iniquiore animo eorum meminisse, cave vindicare velle, nedum alteri exprobrare debere.

3. Omnes militum duces, publicumve aliquod negocium gerentes, sive ii à Pragensibus in seditione illa, sive postea à Smirciczkio captos, liberos dimittendos, quibus etiam cives Pragenses, qui ob seditionem illam in carcerem coniecti essent, comprehenderentur.

4. bona illa omnia, quæ à Pragensibus Smirciczkio erepta fuerint, ipsi plene & ex asse restituenda.

5. fœdus inter utramque partem sanciendum, quo alterutra pars violata aut oppressa, alterius opem certo sperare posset.

Hisce conditionibus inter Pragenses atque Smirciczkium concordia paxque conciliari, id quod veteris urbis incolis non sine gaudio probari, novæ urbis autē incolæ putare, cives suos, quos seditionis ergo captivos tenerent, relaxari, necesse non esse; sed ut bonis suis divenditis intra duos menses urbe excederent, ipsis præcipere atque iniungere.

Veteris autem urbis incolæ expulsos cives omnes excipere, ne novum fortassis incendium inde exoriretur, atqua ita Smirciczkio pactorum evertendorum ansa præberetur.

[2] Quæ dum Pragæ geruntur, Procopius Rasus arcem *Bechinium* expugnare omni studio contendere, efficereque, ut 13. Cal. Novembris obsessi colloquium captarent, ubi utraque pars tandem in hoc consentire, ut scilicet arx ea 19. Cal. Novemb Procopio dederetur: contra vero qui in arce erant (nisi manere vellēt) gladiis suis cincti vacuis inanibusque (quod aiunt) manibus discederent, id quod decretum eodem die perfici, arxque cum omnibus tormentis atque armamentis dedi. *Bechiniū arx Procopio dedita.*

Stipendiariis autem militibus ex arce discedentibus præfectus arcis *Honiccius*, apud Thaboritas remanere, ita ut cum Procopio, de arce ipsi dedenda, clam conspirasse crederetur.

[3] Interea Orphani arcem Facemontanam obsidere, eam expugnare plane constituentes.

Commeatu vero ipsos deficiente, fortunæ opimæq; prædæ, qua in Silesia potiti erant, memores, quibusnā modis aliquid acquirere possent, consultare, tandemq; omnibus, quæ ante arcē exstruxerant propugnaculis præsidio munitis Cralovecium Welconemq; duces creare, omniumq; sanctorum die Silesiam petere. Arcis præfectus eo cognito, egregii alicuius facinoris audendi tempus iam adesse ratus, noctu ex arce erumpens castrorum Hertwiconis locum invadere, [4] virosq; plus minus 100. cædere, nec pauciores sauciare, sepes quibus arcem circumdederant, disrumpere, atque exurere, tutusque, nullis suorum amissis, in arcem redire. Orphani hāc suorum stragem edocti, quamprimum subsidia in castra ad arcem mittere, quibus illos erumpere prohiberent. *Orphani in Silesiam irruunt.* *eorum calamitas.*

Digitized by Google

Cralovecius autem, qui cum fratribus suis in Silesiam irruerat, Sittaviam circumcirca direptionibus vexare, quicquid attingere poterat, rapiens, ingentem prædam, magnumq; pecudum numerum cogere, frumentumq; coacervare, ita ut victum per hyemem sibi sufficere putaret.

Inconsideratius autem domum redeunti, Silesii congregati ad oppidum *Chraslaviam* occurrere, ubi ante quam arma expedirent, à Silesiis dissipari, profligari, Divitomontumque (Germanice Reichenberg) repelli, ita ut 600. Orphani occubuerint, omnemque prædam deserere atque relinquere coacti fuerint.

Quanquam autem Silesii hac vice palmam obtinuerunt: victoria tamē ista, duce suo, Nobili quodam Fibripetræo [Germanice von Biber Stein] amisso, ipsis æque funesta esse.

Dieccinskius Auscam urbem depopulatur & evertit.

5 Eodem ipso tempore Sigismundus Dieccinskius simultatum inter se Czardamque memor, & quod hic ex oppido Ausca ipsum vexasset, id inultum dimittere nolle. Cum suis ergo oppidum oppugnare, muros solo æquare, domos accendere ipsumque oppidum funditus exurere.

Pragenses arma in ipsum movent.

6 Quod Pragenses ulcisci volentes, *Roczvvodam*, suum militiæ ducem, Dieccinskium compescitum, ablegare, cui tamen ad mandata exsequenda abeunti fortuna tergum obvertere.

Rocivoda sagitta transfixus.

7 Stipatore enim suo ipsum sequente, scorpiumque tensum sagittamque paratam ferente, retinaculis solutis sagitta nervo impulsa à tergo transfixus confestim equo delabi, tertioque die post expirare.

Orphani rursus in Silesiam irruunt.

8 Orphani domum reversi turpitudinis illam notam, quam è Silesia reportarāt, penitius inspicientes eam Procopio Raso significandam curare, ipsi quoq; copias colligere, atque tempore Adventus in Silesiam irruere, primumque tractum Glacensem invadere, tum quoque ad Nissam flumen omnia loca direptionibus vexare, & quicquid contingerent, rapere. Silesii ob victoriam proxime de ipsis reportatam ferocientes, congregari, nimirum *Ioannes*, Princeps Monasteriomontanus [Germanice von Münsterberg] & *Wenceslaus*, Princeps Troppaviēsis, ipsis domum revertentibus præstolari, in eosque incidere, ubi asper conflictus exoriri, in quo ab Orphanorum parte *Wisso* & *Gira*, non ita pridem dux Boleslaviensis [Germanice zum Bunzel] à Silesiorum autem parte, Ioannes Monasteriomontanus occumbere.

Quod autem neutra pars cedere vellet; Orphanique in Procopii sequentis ope confiderent; utraque pars adversus alteram castra ponere, donec Silesii id edocti, curribus suis omnibus relictis, amnem traiicerent, quos Bohemi correptos secum in patriam suam abducere.

CAPUT LXIIX.

1 *Duarum urbium Pragensium dissidium.* 2 *Czarda veteris urbis Pragensis præfectus.* 3 *urbes inter sese reconciliantur.* 4 *Ordinum Bohemicorum conventus.* 5 *Procopius quæstionem proponit.* 6 *Legati è Bohemia ad Imperatorem missi.* 7 *Hineccus Cruschinaus prædo grassatur,* 8 *quem Graditienses persequuntur.* 9 *Pragensium milites stipendiarii in prædam excurrentes, spoliis partis spoliantur.* 10 *Bohemi Hermunduros invadere constituunt.* 11 *M. Iacobellus moritur.*

duarum urbium Pragensium dissidium.

ANno seq. qui erat 1429. hiemis iniuria tanta, ut in agris haberi castra non possent, Thaboritarum Orphanorumque belli duces de ambabus illis Pragensium urbibus, levibus ex causis ita vehementer à sese dissidentibus, ut altera alterius excidium meditaretur, reconciliandis cogitare, ideoque huic rei Welconem Caudelniccum Welconemq; Lobcoviskium destinare, qui illis, acerbissime in se invicem exacerbatis, remque non nisi armis diiudicare volentibus, reconciliandis omnis generis media frustra adhibere.

Czarda, veteris urbis Pragensis præfectus.

2 Re igitur omni absque ullo fructu gesta, veteris urbis incolæ, novæ consilium perspicientes, Czardam ducem eligere, præfectumque urbi in arce collocare, idque magna pompa: in omnibus enim veteris urbis templis signum campanis dari, supplicationesque pro divina ope impetranda fieri. Ex adverso novæ urbis quoq; ligneam cratem in fossis fabricādam curare, seq; adversus novæ incolas

las munire,atq; ab ipsis defendere. Novæ igitur urbis incolæ nec ipsi feriari sive ociari velle;sed Welconem Caudelniccum cum Orphanis suis advocandum curare,qui 13. Cal. Feb. qui Fabiani atque Sebastiani dies erat, adventare, castra in novæ urbis foro ponere (Hagecus die exaltationis crucis factum scribit; ego vero ms. quoddam fide dignum sequor) id quod veteris urbis incolæ observantes,loca præsidiis bene munire. Novæ autem urbis incolis tormenta sua bellica in veterem urbem explodentibus, veteris urbis incolæ sagittis igneis ipsis respondere, ita ut eo die aliquot perierint.[3] Et cum sane pugna aspera surrexisset, nisi Czarda & Caudelniccus convenissent,induciasq; usque ad 7. Cal. Feb. pacti fuissent, intra quod tempus ambæ illæ urbes inter sese reconciliarentur, id quod & factum, & Cal. Febr. novæ induciæ usque ad 8. Cal. Aug. sancitæ, interea utraq; pars alterã sub pœna amissionis famæ inviolatam missam facere debere,atque in huius rei testimonium exstructos aggeres diruere,fossas replere, inter sese amicorum more vivere & agere,controversiasque legibus atque iuri committere.

ambæ urbes inter sese reconciliantur.

[4] His ita gestis omnes Bohemorum ordines Dominica ante Bacchanalia (Hagecus,at falso,scribit, Lunæ post Trinitatis) in maiori Collegio convenire, ubi saltem de pacis sanciendæ, Sigismundique Roman. Imperatoris recipiendi modo agi.

Ordinum Bohemicorũ conventus.

[5] Procopius Rasus itaque quæstionem proponere, utrum Sigismundum, si sese ad ipsorum fidem converteret, Regem acceptare vellent? omnibus uno consensu id asse entibus,soli novæ urbis incolæ Orphaniq; amplius deliberandum censentes,respondere: cum si cum Ungaris sacras literas acceptaret, S. cœnæ in utraque specie communicaret, ipsisque in omnibus gratificaretur, ipsis quoq; Dominum Regemque futurum esse.

Procopius quæstionem proponit.

[6] Quibus peractis Procopius Rasus extemplo eligere,qui ad Imper. ad Moraviæ fines abirent,pacemque sancirent, quorum præcipui erant, Meinhardus de Nova-domo, Aleschus Slepacus Dubæus & Harolæus,qui tempore eo, quod inter abstinentiæ à carnibus initium & festum paschatis medium est,ad Imp. proficisci. Sed nihil effici: quod Imp. à Pontificia religione recedere,à Christiana fide alienum esse putaret,adeoque sibi religioni duceret.

Legati è Bohemia ad Imp. missi.

[7] Tumultus itaque recrudescere,præcipue vero Hineccus Cruschinæus Cũpurgensis copias colligere,ad urbem *RegmoGraditium* excurrere, qui circumcirca erant,pagos,vicosq; sive castella direptionibus vexare, prædamq; in arcem suam Cumpurgum abigere.

Hineccius Cruschinæus prædo grassatur,

[8] Graditienses autem una cum Trezkæo & Ianecco Holcio Nachodio ipsum persequi,idque tantisper,dum ipsum assequerentur, tum vero quoscunque deprehendere poterant,cędere atque trucidare, prædam ex ipsorum manibus eripere,multos hostium captivos ducere, quos Graditii capite plectendos sacerdotemque Tupeccium,tragœdiæ huius autorem,exurendum curare.

quem Graditienses persequuntur.

[9] Pragensium quoque stipendiarii simili fortuna uti. In Prachaticio namque tractu,ingenti præda potiti Pragamque reversi, qui in arce Tyrzovia cæterisque Pelsinensis agri arcibus erant, ad dirutum monasterium AulæRegiæ præstolantes,octoginta Pragenses plus minus occidere, quosdam captivos ducere, prædamque in arcem Tyrzoviam abigere.

Pragensium stipendiarii milites in prædam excurrentes spoliis raptis spoliantur.

[10] Legatis re infecta ab Imperatore reversis, Bohemi de Misnicis ad proximum autumnum invisendis,vindictaq; ob incursiones, quas frequentes in Bohemiam fecerant,de ipsis sumenda decernere,idque reipsa præstare.

Bohemi Hermunduros invadere cogitãt.

[11] M. Iacobellus Misæus (vulgo *de Misa*,qui falso Misnensis ab Hageco, Sylvio, Dubravio & G. Fabricio dicitur) M. Ioannis Hussii discipulus & in templo Bethlehem successor, 7. Id. Augusti (qui erat prid. D. Laurentii) vitam ponere, inque cœmeterio illo,ubi olim hortus fuerat,sepeliri. Lapis monumenti ipsius ante paucos annos effossus hoc ipsius epitaphium exhibet: *A. D. 1429. in vigilia Laurentii, mortuus est venerabilis vir* Iacobus de Miza, *Magister in artibus,& Sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus,profundus interpres scripturarum, & dignæ communionis præcipuus promotor.*

M. Iacobellus moritur.

CAPUT LXIX.

[1] Vrbium Pragensium reconciliatio & pax firmata.[2] Procopius Thaboritas alloquitur.[3] cum suis in Misniam abit.[4] veterem Dresdam occupat.[5] Bohemi Misa occupata Ioannem Episcopum captivum tenent,[6] Gubam expugnatam diruunt.[7] Budissina proditio revelata.[8] Bohemi ingenti præda ditati domum redeunt.

Vrbium Pragensium reconciliatio & pax firmata. Procopius Thaboritas alloquitur.

BOhemi die Lamberti congregati & in Misniam irrupturi primo Pragensium urbium causam diiudicandam suscipere, locumque ad D. Ambrosii dicere, ubi pax sanciri, eiq; 4000. sexagenarum drachmarum Bohemicarum mulctæ spōsione caveri.[2] Quo peracto Procopius Rasus dux eligi, qui Bohemos in hanc sententiam affari: *à Misnicis fratres carissimi, præcipuas huius regni urbes sibi vindicare, nosque, si modo valuissent, exterminare volentibus, nos aliquoties hostiliter tentatos absq; dubio probe meministis. Nostra vero virtute factum est, ut flos Misniæ in Bohemia sepultus sit. Principem habent ætate iuniorem, belli inexpertum; populus omnis terrore perculsus sibi à manibus vestris metuit. Vtilium igitur rerum in ipsorum ditione gerendarum cōficiendarumq; spem certam habemus.*[3] Omnibus ergo promptis, iuxta Grapoviam pergēs, in Misniam pervenire, primumq; fines Dippoltsvvaldiæ, tum Birnæ direptionibus vexare: tum v. an & oppidum Birnam expugnare possent, tentare: quod autem tum nimis validum esset, & ex arce Heliopetræa [Germ. Sonnenstein] infestarentur,[4] soluta obsidione secundum Albim descendentes veterem Dresdam occupare, monasteriumq; eremitarum exurere. Fridericus II. alias Pacificus, hostium irruptione cognita Dresdam pergere, turrim ponti additam, ne hostes ea potirentur, accendere. Qui oppidanis etiam præerat, militiæ dux, perspecta Bohemorum in excubiis gerendis negligentia, observato tempore commodo noctu erumpere, balneisq; accensis hostes in fugam vertere, captivosq; in Albim abiicere.[5] Bohemi Dresda relicta Ketschvvariam pervenientes torcularia incendere, vineas vastare, pagos usq; ad urbem Misam diripere, tum urbem invadere, episcopum Ioannem IV. qui in Concilio Constantiensi suffragio suo Hussium condemnarat, captivum tenere, fana expilare: urbem quoq;, nisi à nobilitate civibusq;, qui in ea erant, sibi metuissent, obsedissent. Misa Acutomontum (Germanice Scharffenberg) pervenientes, scrobes puteosve metallicos terra replere, venarumq; capita canalesque obturare: tum in oppido Heyna ad Albim, fortunam periclitari: quod autem id præsidio valido munitum, à proposito desistere coacti, regionem longe lateq; vastare, Rissam monasterii, Strelam, Belgernamq; oppida, Torgaviæq; suburbium incendere, & omnia usq; ad episcopatum Parthenopolitanum (Germ. Magdeburg) rapinis vexare: neq; enim quisquam ipsis resistere audere, ita omnes metus invaserat, nec Archiepiscopus quidem Parthenopolitanus, quantumlibet probe armatis copiis instructus, ipsos ad conflictum pugnamve provocare velle. Bohemi ergo Parthenopoli missa facta naves cymbasq; colligere, pontem super Albim facere, Marchiam Lusatiamq; pervagari, nullam tamen validam probeq; munitam arcem vel urbem invadere, sed minus munita loca diripere, exurere atq; vastare.

Cum suis in Misniam abit. — veterem Dresdam occupat. — Bohemi Misa occupata Ioannem Episcopū captivum tenent.

Gubam expugnatam diruunt.

[6] Ad oppidum Gubam, quod ad Spreviam amnem est, pervento, monasterium expugnare, omnibusq; trucidatis in acervum lapidum redigere, ita ut Gubā commune omnium civium suorum sepulchrum factam fuisse scribāt. Tum vero monasterio *Novacellæ* expugnato monachos brachiis cruribusq; resectis iacentes relinquere. Hinc Gorlitium pervenientes civitati, ut vel lytro sese redimerent, vel vim experirentur significandum curare. Gorlitienses graviter commoti legatos suffocandos curare. Quod etsi Bohemi iniquissimo animo ferrent: quod tamen ad urbis obsidionem necessaria se cum nō haberēt, ab hoc proposito desistentes,

Budissina proditio revelata.

[7] Budissinam petere, in qua urbe cum archigrammateo clam conspirare, qui pecunia corruptus aquam pulveri tormētario offundere. Quo Nobilis quidam cognito in urbem properare, proditionemq; patefacere. Publicus ergo scriba iste in vincula coniici, scelusq; confessus vivus discerpi. Ne autem Bohemi suburbium incenderent, cives certam pecuniæ vim ipsis exsolvere.

Bohemi ingenti præda ditati domum redeūt.

[8] Bohemi Misnia, Saxonia, Marchia Lusatiaque tantis copiis peragrata circa festum natalitiorum Domini ingenti præda onusti domum redire, seque ad Hermunduros sive Misnicos sequenti anno maiore apparatu visitandos præparare.

CAP.

CAPUT LXX.

[1] Exercitus Bohemicus congregatur. [2] Misniam petit, in eaq; crudeliter grassatur. [3] Ioan. Palencius in Bohemos tendit. [4] in fugā vertitur. [5] Bohemi Altenburgū (quod vetus præsidium dixeris) expugnant. [6] & exurunt. [7] Plavium obsident. [8] expugnatū cum arce in favillas redigūt. [9] Coburgensiū ditionem vastant. [10] Principes quidam atq; civitates salutem suam ære redimūt.

Exercitus Bohemicus congregatur.

A novi anni auspicio Bohemi frequentes congregari, in æquore montis albi locum capere, & manipulus quisque peculiare nomen accipere. Qui ex agro Gradiciensi erant, *Cneisferii*; Chrudimenses, *collectores*; Bechinienses, *pileoli*; Glottavienses, *cognatuli*; Curcimenses, *turba lupina*; Litomeritii, *caligati virunculi* sive *homunciones* nuncupari, & sic deinceps. His Moravi cum ingentibus copiis accedere, quorum Dux erat *Havvelius Drastilius, Cogetinaus*. Hæ copiæ congregatæ, quid facere vellent, octiduum integrum deliberare: quidam in Silesiam tendere, tum in Poloniam: quidam in Austriam: quidam in Bavariam.

Misniam petit, in eaq; crudeliter grassatur.

[2] Denique postquam diu multumque inter sese egissent, Misniam eligere, atq; huic quidem profectioni Procopius Rasus & Ioannes Zmirceliccus duces eligi. Hi igitur veterem Dresdam, Misniam &c. petere, omnibusq;, quæcunq; contingere poterant, raptis, rusticis trucidatis, templis exustis, arcibus solo æquatis, pagis vastatis crudelissime sævire. Verum cognito, equitatum ab Electore in superio e Saxonia colligi, confestim se ei adversos inferre, vel eum impedire, vel uno conflictu de rei summa decernere, eamque conficere cogitantes. In hoc itinere Colditium, Mœgelinam, Dœbeliam Dalenamq; diripere, homines trucidare, urbes exurere. Marchio Brandemburgicus, qui Electori suppetias ferre constituerat, adversus Oschatium ad Carbonomontum (Germanice **Kolberg**) quinque miliaria à Lipsia castra ponere. Bohemi eo cognito ipsi sese adversos inferre. Marchio vero urbi fidere nolens, sese in fugam dare. Bohemi itaque ea potiri eamque funditus exurere.

Ioannes Palencius in Bohemos tendit.

[3] Ioannes Palentius, Electoris legatus, Bohemos Multaviæ traiectu prohibere volens, in adversum ipsis 800. equitibus comitatus procedere, oppidoq; Wurcensi nonnullos equites subsidio mittere.

in fugam vertitur.

Bohemi perspecto Palentii proposito ipsi Grimmam usque obviam procedere, ubi ex adverso sibi invicem castra ponere. [4] Bohemi vero expectare nolle, sed hostem invadere, equitesque in fugam vertere, ita ut ipsorum quadringentis cæsis centum & quinquaginta capti abducerentur. Multi nobilitate præstantes ibi occubuisse reperiri, quorum maxime præcipui erant, Theodorus Wicelebius, Georgius Mangenheimēsis, Fridericus Vicedumensis, & Hauboltus Sleinicięsis.

Elector tum Lipsiæ esse, cui auxilio advenerant Guntherus, Archiepiscopus Parthenopolitanus, & Fridericus Marchio Brandemburgicus, qui Oschatium deseruerat.

Bohemi Altenburgum expugnant.

Hi à luctuosa illa pugna nihil nisi obsidionem expectare: quod autem Bohemi nulla tormenta bellica se cum haberent, biduum in loco illo commorari, postea omnia loca circa Grimmam Lommitschiumque depopulari, [5] Altemburgumq; vetustissimarum urbium imperialium unam devenire, eam occupare, & quod eorum, quæ ad victum pertinent, satis magnam copiam reperirent, genio indulgere. fana, curiam, civiumque domos effringere, quæcunque deprehendebant, rapere, nobilitatem, quæ sese ex agris in arcem receperat, invadere, ipsis acerbissime illudere, patibulis ratibusque, in quibus ipsis pereundum esset, in ipsorum conspectu fabricatis sive exstructis: [6] templum supremum, tria monasteria, & Ioannitarum sedem, quæ in urbe erant, una cum tota urbe misere exurere, Hussio à se talia monumenta exstruenda atque erigenda esse referentes. Inde progressi multos pagos passim exurere, Oppida *Schmœlnum* atque *Chrimitschium* eandem fortunam subire. In Vœtlandia (qui Nariscorum tractus est) Werdam, Divitorivium (Germanice **Reichenbach**) Urorivium (**Awerbach**) & Olsinicium accedere, [7] inde Plavio admoventes, quod satis valido præsidio munitum esset, una cū arce satis valida obsidione cingere, Eorum, quibus arx defendenda commissa erat, militum dux *Georgius Rotifex* (Germ. **RadSchawer**) vim perpendēs pacisci incipere: ipso autem longiorem morā trahente Bohemi arce conscensa omnes, qui in ea

& exurunt.

Plavium obsident.

tiæ adfuerint, aut ad minimum pro viribus suis vel soli copias suas miserint, vel eas cum aliorũ copiis coniunxerint; omnesque qui ab aliis argento conducti, ipsi operam suam obtulerint; ii omnes omnium peccatorum, quæ trepidanti corde confessi fuerint, plenam remissionem habebũt. Cæteri vero, religiosi & seculares sive sacris addicti & profani, qui gravibus de causis isti militiæ ipsi adesse nequiverint, nec inopia quenquam mittere valuerint: ii durante bello abstinentia & supplicationibus Deum optimum maximum fatigare debebunt, ut Christiano exercitui victoriam hostiumque oppressionem ex mera bonitate clementiaque concedat. Hi cunctique, tum viri, tum fœminæ interea temporis absque facultatum suarum dispendio exstirpandis hæreticis stipem conferentes, atque 40. illos dies, eo, qui ipsis præscribetur, modo pœnitentes, per nos, potestate & virtute atque misericordia omnipotentis atque misericordis Dei, sanctorumque apostolorum suorum Petri & Pauli, plenam quoque remissionem consequentur. Omnes quoq, qui, durante hoc bello, pio Christianoque ardore consilium operamque suam ad id contulerint, ut & inprimis, qui crucem in sese receperint, expeditionemque promoverint sive adiuverint, iisdẽ privilegiis atque immunitatibus, quas universale concilium iis, qui sepulchrum Domini invisunt, perfrui volumus.

Nec vero solas eorum personas sed & mobilia simul atque immobilia bona in sanctæ apostolicæ sedis Petri tutelam recipimus, bonaque ipsorum, usq. in ipsorum reditum, aut certo exploratam mortem, ab omni vexatione libera sint, tutantibus ea cuiusq. ditionis, ex qua sunt, privilegiis, cuius præfectis præcipimus, plenamque potestatem damus, ut eos defendant, nec ulla ex parte committant, ut cruce signati contra hæc privilegia abs quoquam onerentur. Quotquot etiam in hæc peccare voluerint, religiosorum sive ecclesiasticorum censuræ iudicioque tradantur, qui una cum potestate seculari legitimisq. mediis eos ab iis abstrahant. Quodsi etiam forte quasdam singulares personas à Romana sede immunitates ab eo habere contingat, eæ hac in parte nihil valeant. Præterea, ut cruce signati tanto alacrius sese ad id accingant, tibi iisq. qui abs te ad id electi fuerint, eorum, quos confitentes audiverint etiam qui sacra sacerdotesque violarint, fana expilarint, accenderintq., absolvendorum potestatem concedimus, ut secundum Christianæ ecclesiæ modum formulamque remissionem vel per te, vel abs te subordinatos consequantur. Eos tamen, ut unusquisq. veram pœnitẽtiam agat, licet ea peccata admiserit, propter quæ merito sedem apostolicam invisere debuisset, hortabimini. Ii vero, qui peregrinationem in locum sanctum, aut aliud aliquid voverunt, sive terra, sive mari, ad sedem Petri & Pauli, aut apostoli Iacobi, vel qui vota sua nondum exsolverunt: eos omnes audies, pro arbitrio tuo de iis iudicabis, easque dispones, ita tamen, ut munera illa, quæ in sancta loca deferenda voverunt, ad hanc militiam plene conferant, atq. ex asse exsolvant.

Omnibus quoque & singulis, quos confitentibus audiendis destinaveris, ne ultra dimidium grossum Bohemicum à confitente, eumque ultro atq. sponte sua, nec coacto, offerente, acceptent, sub dirarum sive proscriptionis pœna præcipimus. Utque ex hoc diplomate nostro (quod ut omnibus istis exhibeatur, fieri nõ potest) exscriptis sigilloq. tuo subsignatis exemplis, non secus atque ipsi autographo in omnibus iudiciis aliisq. locis fides habeatur, omnino volumus, atq. pro autoritate nostra iubemus. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1341. Ianuarii 11. Pontificatus nostri 14.

E de Curia
De Thomacellis

Rta in Camera Apostolica.

Caput LXXII.

1 Procopius in Egranos tendit. 2 pergit in Silesiam. 3 in fugam vertitur. 4 Acta Comitiorum. 5 Elector Saxo summus adversus Bohemos militiæ dux creatur. 6 Sigismundus Saxoniæ Dux in Bohemiam irruit. 7 Conventus Pragæ ob religionis negocium. 8 Concilium Basileæ indictum. 9 Albertus expeditionem in Bohemiam movet.

PRocopius Rasus à novi anni 1431. auspicio cum Thaboritis suis exsurgens fortunam in Vœtlandia denuo periclitari volens, in Egranorũ ditiunculam, tum Papatui prorsus addictam, tendere. *Procopius in Egranos tendit.*

Egrani omni ope destituti, Noricorum exempli memores, ipsi certam pecuniæ vim offerre, quam ille acceptare.

Digitized by Google

In Vœtlandia autem nihil efficere potis Egranorum pagos 36. exurere, inque tractum Pelsinensem reverti: inde Slanam Litomeritiumque,[2] denique etiam in Silesiam irruere, quin & Lignitium fere occupasset.

in Silesiam pergit.

[3] Uratislavienses autem eo cognito copias suas confestim in ipsum mittere, quę ad Nimptschium cum Bohemis confligentes, eos in fugam vertere, & in oppido, quod dictum est, obsidere; quod autem frigus eos agris submoveret, discedere. Tum Procopius sese in Lusatiam vertere, inque Gorlitiensium agro vicum *Divitorivium* (Germanicè Reichenbach) obsidere, in quem rustici pecora sua coegerāt, supellectilemque suam detulerant, locumque fossis vallisque, quam poterant, optime munierant, temploque tanquam propugnaculo utebantur. Hunc locum Procopius expugnare velle: sed Elector Saxo, metuens ne hostis iterum in Misniam irrumperet, equitatum suum obsessis subsidio mittere, cui Lusinitii accedere, hostesque ita adoriri, ut castris suis multisque rebus desertis in Bohemiam redire cogerentur.

in fugam vertitur.

[4] Interea Comitia indicta haberi cœpta, in quibus, quo modo Bohemi ad officium imperataque facienda adigi possent, agi: quod autem nulla spes esset, quod lenitate ac mansuetudine erga ipsos, variis victoriis superbientes, aliquid effici posset, bellum decerni.

Acta Comitiorum.

Recens electus adeoque novus Papa *Eugenius IV.* (Martinus V. enim X. Cal. Martii iam obierat) Germanicos Principes excitare, utque ea res eo magis maturaretur, Theodoricum, Archiepiscopum Coloniensem, Legatum constituere, [5] qui Papæ & ecclesiæ Romanæ nomine Electori Saxoni, vel (quod Sylvius scribit) Friderico Marchioni Brandemburgico vexillum tradere, eumq; Imperatorem summumque Ducem bellicum creare, cui sese confestim Duces *Ianus* & *Albertus*, Bavari, *Albertus* Brandemburgicus, *Episcopi* Herbipolensis, Pabepergensis & Aureatensis adiungere, cum iisque copiis, quas cæteri imperii ordines polliciti erant, Bohemos invadere velle.

Elector Saxo summus adversus Bohemos militia dux.

[6] Saxoniæ quoque Dux *Sigismundus* fortunam in Bohemis tentare velle, copiisque suis Bielam invadere, arcemque expugnatam cum multis pagis exurere, domumque reverti.

Sigismundus, Saxonia Dux, in Bohemiam irruit.

[7] Cal. Maii anni 1431. Pragæ religiosorum eorum, qui sub utraque specie communicabant, conventus haberi. Hi vero trium esse partium: quidam enim *Pragenses*, qui hodie *Hussita* nuncupantur: alii *Thaborita*, qui iam *fratres*: & tertii *Orphani*, qui iam *Boleslavienses* appellantur. Hi verbis acriter se cum invicem dimicare. In hoc actu, iuxta Hagecum, omnis generis convitia, cogitationes humanæ & inepta S. literarum allegatio audiri: Verum audito, Principes imperii sese aperto bello accingere, iamque ad Bielam irruptionem esse factam; Albertoque in Bohemos expeditionem movente: partes re infecta digredi, seque ad bellum præparare.

Conventus Pragæ ob religionis negociū.

[8] Imperator autem Principesque, qui etiamnum Norimbergæ erant, quotidie consultare, efficereque ut Basileæ [quæ urbs est florentissima ad Rhenum sita, in cuius ponte hodie quoque Procopii Rasi imaginem videre est] ad 14. Cal. Aug. Concilium indiceretur, in quo de negocio religionis cum Bohemis transigeretur.

Concilium Basileæ indictum.

[9] Vere, quo dictum est, Albertus cum copiis suis in Bohemiam tendens Crumaviam usque pervenire, idque oppidum obsidere; verum audito, à Thaboritis, Pragensibusque & Orphanis exercitum in expeditionē iam eductum esse, deserta urbe Moraviam versus tendere, nemineq; prohibente hostiliter grassari, Cardinalique adventuro præstolari: quod autem is longiorem moram traheret, domum revertens commodiorem temporis occasionem expectare.

Albertus expeditionem in Bohemiam movet.

Caput LXXIII.

[1] *Bohemorum prudentia.*[2] *litera ad Concilium Basiliense.*

Bohemorum prudentia.

Bohemi, qui suos etiam exploratores in Germania habebāt, inaudire, geminū ipsorum compescendorum modum susceptum esse: vim nimirum & Concilium. Adversus vim, arma corripere, seque defendere, atque ita vim vi repellere velle.

Digitized by Google

velle. ² De Concilio habendo, hoc scriptum, quod Cochlæus præterit, publice edere.

Litera ad Concilium Basiliense.

Omnibus atque singulis orthodoxis Regibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Despotis, Equitibus auratis, Nobilibus, subditis, civibus, cuiuscunque status, generis aut dignitatis sive ordinis ii sint, Despotarum Equitumque auratorum & civitatum atque municipiorum proceres, seniores, rectores, iudices, coss. castrorum proceres, negocium publicum gerentes & gregarii milites laudatissimi Bohemiæ regni, Marchionatusque Moraviæ Dei veritatisq; agnitionem salutaremque dilectionem atq; obedientiam.

Unigenitus Dei filius, qui semper in gremio patris est, in hũc mundũ veniens, nec locũ mutavit, nec ulla vel minima ex parte divinam suã gloriam imminuit, sed assumta humana natura manu, ore, vitaque sua omni, varia piæ vitæ præcepta tradidit, in quibus hæc quatuor insigniora capita tum concionibus suis tum proprio suo exemplo discipulis suis reliquit: quorum primum est, venerabile sacramentum corporis atque sanguinis sui omnibus fidelibus ab ordinariis ecclesiæ ministris bona fide præbendum: secundum: verbum Dei libere, publiceque & vere per eos, quibus commissum est, annunciandum: tertium: potestatem politicam religiosis, ceu noxium ipsis virus, adimendum: quartum: crassa manifestaque peccata è Christianorum medio per magistratum politicum exstirpanda esse.

Quam vere catholicam invictamq; veritatem, fidei propagationem, spei confirmationem, dilectionis augmentum, vitæ regulam, æternaque beatitudinis acquirendæ modum nos, pro ratione virium nobis divinitus concessarum humilimo, gratissimoque & lætissimo animo amplexi sumus, observavimus, tantisperq; dum fides nostra fugace nostra vita terminetur, observare constituimus atque decrevimus.

Ad hanc agnitionem, dilectionem atque obedientiam ut omnes pervenirent, hactenus semper exoptavimus, atq; etiamnum ardentius imo vel ardentissime exoptamus. Nec vero ullis laboribus atq; sumptibus parcimus, ut saltem firma hæc veritas illustretur.

Et quanquam multas literas in verbo Dei accurate fundatas in diversas regiones emisimus: nihilominus tamen per reverendos, graves doctosq; viros, vitæ periculum subeuntes, ea ipsa loca invisimus, iamque illustrissimum Principem ac Dominum, Dominum Fridericum, Marchionem Brandemburgicum, iam potentissimum Poloniæ Regem salutavimus, quin imo splendidissimis legatis requisiti, nec Romanorum quoque Imperatorem Hungariæq; Regem fugimus; sed primum ad ipsum Posonium, deinde Egram venientes omni studio id egimus, ut in œcumenico Concilio de 4. hisce divinis capitibus libere, publice, tuto, benigneq; audiremur, ut ita publice, aperteq; & coram universi Concilii auribus atque oculis quatuor hæc salutaria capita, quæ firma fide tenemus, aperire, illustrare, probare, retinere, divinoq; verbo sanctorumq; Patrum ei consentientibus scriptis libere nulloque obstante probare possemus, ut ita militantis ecclesiæ Dei caput æque ac membra totumque corpus nobis cum reformaretur. Hanc autem ita salutarem petitionem, quæ ne vel ethnico quidem ulli deneganda erat, nunquam impetrare eiusq; compotes fieri valuimus.

Romanorum enim Imperator, quem diximus, communicato cum quibusdam Principibus, Episcopis, Prælatisq; & Doctoribus (in quo tamen tantum religiosis obtemperatum est) consilio, nobis aperte respondit, istiusmodi audientiam atq; reformationem Concilii, quod omnibus præstet, libertati adversari atq; repugnare. Nos itaque magis decere, ut limitatione ista, illustratione, & ex divino verbo Patrumque scriptis probatione neglecta solum Concilii decretum observemus. Id quod nos accurate considerantes simpliciter absurdum & omnino iniquum putamus, divinam nimirum veritatem, per sese iustissimam, ab humano ingenio iudicari, quod se ipsum, quale per sese est, neque illustrare, neque recte explicare potest; sed sæpe veritate neglecta suas cogitationes sequitur, abs quibus in gravissimos errores abducitur. Præterea vero, num ii [quæsumus] divinæ veritatis nostrique iudices erunt, qui neglecta omni pietate summos errores amplexi, nos, qui ipsos errore implicitos censemus, inconsiderate falsoque iudicio sive sententia turpiter damnarunt? an hostes veritati nobisque infensissimi iudicabunt? atqui hoc omni rationi repugnat, neque id vel divina vel humana iura concedunt. Proinde neque Regi, neque falsis ipsius consiliariis assentiri valuimus: sed petiimus, id quod etiamnum petimus, quod ratio suadet, æquitas postulat, iustitia approbat, ut nimirum unica sacra scriptura, ceu iustus in terra relictus index, qui neque fallere, neque falli potest, tum vero scripta Patrum, cum hoc fundamento convenientia, in Concilio valeant simul atq; prævaleant.

Quod ubi factum fuerit, eorum, quæ diximus capitum, & nostra veritas aut error perspicietur

spicietur atque probabitur aut damnabitur. Quod cum Rom. Imp. cum suis asseclis nobis denegaverit, ut à nobis summam vobis propositam æquitatem, nostrorumque adversariorum, præcipue vero religiosorum (instar squamarum sibi adhærentium, ut verus âs penetrare nequeat) ex mera superbia & arrogantia enatam contumaciam perpendere velitis, qua exsurgentes humilitatis suæ obliti, vita doctrinaq; sua Dominum spernunt, idque solum cogitantq; & agunt, ut tum Christiana regna, principatus ditionesque sibi subiiciant, tum etiam firmissimam divinæ veritatis doctrinam vita & morte Domini nostri Iesu Christi confirmatã, pro libitu suo huc illuc detorqueant, ita ut, quod iam bene pieque creditur, mox, ubi nimirum ipsis videbitur, erroneum atque superstitiosum reiiciatur atq; damnetur, ita ut hac ratione Christiana fides non petra, sed (proh dolor) arenæ inædificata sit, quæ quotidie corruere possit, aut æternum Dei verbũ à Christo Domino nostro prolatum, atque ita firmum, ut vel cælum & terra citius, atque ipsum, transitura sint, instar sphæræ sit, quam quis manu sua verset.

Quid autem hac temeritate stultius? quis hoc errore turpior? quod denique virus hoc magis noxium? Præterea vero, o Principes, hominesque tum divites tum pauperes, hoc bene perpendite: quod si religiosi isti oblatam hanc æquitatem repudiantes, sedi apostolorum digne insident, aut in sacerdotum Christique discipulorum numero sunt: ipsis sane & in doctrina & in vita similes esse debebant, id quod tamen (proh dolor) non fit.

Illi enim, apostoli scilicet spretis divitiis honoreque mundano vitam suam temperantia, castitate, omnique virtutum genere exornabant, contemtissimi erant, in mundo ex uno loco in alterum profecti veritatem, quam in vestibulo huius scripti nostri diximus, docebant, atq; omnibus gentibus, ordinibus linguisq; propagabant, ipsis submittebantur, multa miracula edebant, multa magnaq; pericula perferebant, doctrinamque suam morte sua confirmabant, ita ut omnibus relictis Christum sequerentur: hi vero sibi omnes divitias, compararunt, cum admiratione populi honore ab ipso digni iudicantur, vivunt in deliciis & cupiditatibus carnis, non docent nos bona opera, nec agunt vitam sacerdotalem; sed sunt canes muti, sanctum, ceu porci, pedibus proterunt, fiunt templa diaboli, obturant aures suas, ut serpentes ad vocem incantantis, ad hanc veritatem; imo ut apparitores AntiChristi, veritatem hanc ceu pestiferam hæreticamque doctrinam damnarunt, adeoque licet occulte Christum Iesum hæreticum fecerunt: qui enim doctrinam damnat, doctorem etiam ipsum damnat.

Hinc illi mala malis cumulant, conviciis suis atque præcipiti iudicio fideles vexant, vitaque & honore sive existimatione spoliant.

Et quanquam ipsis, ut neque Iudæis, quenquam occidere vel spoliare licet, linguis tamen suis vafrisq; scriptorum suorum argutiis id efficiunt; quemadmodum & sanguinaria illa contra nos proposita cruce vos Christianos Reges, Principes, principatusque & regna, ceu regni sui vasallos, quin imo si recte perpendatis, turpis sententiæ suæ executores, satellites atque carnifices ad certissimam piorum internecionem excitarunt.

Necdum vero quiescunt, sed fallaciter & insidiose ficteque sive falso vobis omnium vestrorum peccatorum remissionem pollicentur, quam ipsi non habent; multo minus æternæ beatitudinis, quam vobis in diplomatibus felleq; permistis sermonibus suis pollicentur, nisi eos admissorum pœnituerit, participes futuri sunt.

Hæccine est episcoporum, sacerdotum, pastorum qui pro ovibus Christi vel mori debent, cõditio, naturaque & proprietas? hæccine est discipulorum Christi pietas, qui non mundum iudicare, sed servare venit? ipsi iudicare potestis. De falsis enim hisce episcopis sanctissimus ille regius vates ita loquitur: in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.

Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis: cogitaverunt & loquuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso loquuti sunt. Posuerunt in Cœlo os suum, & lingua eorum transivit in terra. Ideo convertetur populus meus hic, & dies pleni invenientur in eis, & dixerunt: *quomodo scit Deus? & si est scientia in excelso?* ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo obtinuerunt divitias. *Sed audite attente divinam pœnam atque vindictam hosce ipsorumque adiutores manentem, quam paulo post David infert, dicens:* veruntamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum allevarentur.

Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam, velut somnium surgentium, Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. *Quapropter cavete vobis à fermento Pharisæorum, quod corpus [proh dolor] Christianæ ecclesiæ non leviter corrupit: petram, ex qua estis, salutiferamq;*

ipsius

ipsius doctrinam diligenter respicite. Cæcos cæcorum duces, ut stultis suis consiliis in inferorum ignem irruant, missos facite.

Quodsi vero seductoribus hisce sacrificulis vestris excitati nostras in oras hostiliter irrueritis: à nobis Dei omnipotentis (cuius causam agimus, & in quo confidimus, cuius est tellus & omnia, quæ in ea sunt, habitantque, & cui multos paucis summittere valde facile est) ope præsidioq́ adiutus vim vi repulsum, iniuriamq́ illam, quæ non nobis solis, sed etiam Deo ipsi infertur, ipso adiuvante fortiter ulciscemur, atq́ vindicabimus.

Vt enim solide scimus, firmiterq́ credimus, vobis est brachium caro; nobis cum autem est Dominus Zebaoth, *adiutor noster, qui pro nobis pugnat, cuius nomen laudibus in omne seculum efferatur. Datum Pragæ mense Iunio anni 1443.*

Caput LXXIV.

Iuliani Cardinalis ad Bohemos literæ.

PRincipibus imperii iam ita armatis, ipsorumque exercitu in expeditionem educto, Iulianus Cardinalis has ad Bohemos literas dare:

Iulianus D. G. S. Rom. ecclesiæ S. angeli Diaconus, Cardinalis & sedis apostolicæ per Germaniam legatus: *Iuliani Cardinalis ad Bohemos literæ.*

Omnium, quæ ex animo optamus, hoc summum maximeque præcipuum est, ut laudatissimum Bohemiæ regnum ad unicam fidem consuetamque ecclesiam, prout ante fuit, S. catholicæ Rom. ecclesiæ redeat.

Quodsi etenim hoc fieret, regno huic præter salutem, animæque beatitudinem pax requiesq́, imo omnis generis bona large sine dubio affluerent, quemadmodum id quoq́ ante, quam hæc cōfusio novitasque exorta esset, factum fuit.

Vt autem id cum fructu efficiatur, omnibus meis viribus ex officii mei ratione in id unum incumbo, imo id unum cogito, ut vivere possim, quo regni huius cives, quam ardenti studio salutem ipsorum quæram, deq́ ipsis bene mereri cupiam, ita ut, si res postularet, pro nomine Christi mortem oppetere paratus sim, oculis suis quasi perspicere possint.

Quoniam autem experimur, eos, qui herbas inutiles disserunt, prætendere (quo saltem incolas à pace concordiaque abstrahant) Christianas copias nostras à nobis in regnum vestrum induci, ut ea id evertant, rapinis, cædibus, incendiisque ad exitiosum ipsi atque irreparabile malum repleant: hac de re cogitationem suscipientes falsam hanc suspicionem vobis eripere volentes, vobis notum facimus, me Christianis copiis instructum, ut compositis cōtroversiis pacem inter nos conciliem, ritus collapsos instaurem, pacem quietemq́ vobiscum confirmem, nomen gloriamque Dei, hac ἀταξίᾳ imminutam renovem, extollam, & denique omnia in certum ordinē redigam, modo incolæ, quam sæpe iam dixi, confusionem novasq́ res reiiciant, seque, ut ante fecerant societate & fœdere nobis adiungant.

Bohemos igitur omnes utriusq́ sexus, cuiuscunque ætatis, ut ad fidem moresque suorum maiorum, qui nobiscum senserunt, revertantur, nec in ullam partem ab ea recedant, hortamur, internoque amore summoque oramus.

Quod etiam Bohemi omnes libere ad S. Rom. ecclesiam redire possint, nec quicquā esse, quod vel personis vel bonis suis metuant, omnibus Bohemis cavemus. A Christianis etenim hisce copiis nostris nullum, qui gremium S. matris ecclesiæ Christianæ petierit, in idque sese contulerit, per vim & iniuriam oneratum, nedum vel in persona, vel in bonis suis læsum; sed vos ab ipsis amantissime amicissime benignissimeque habitum iri, ita ut ne vel minimum punctum ullius simultatis inter nos perspici possit, vobis sancte promittimus.

Qui itaq́ vere in timore Dei vivere, confusionesq́ evitare studet: is sano se nobis reconciliare plane ne metuat: propterea quod omnia Christiani amoris officia à copiis nostris expectare potest. Nec dubitamus, quin Bohemi nobis reconciliati, benevolentia nostra perspecta Deo opt. max. quod ipsis hanc mentem indiderit, gratias acturi, quodq́ ipsi nullam plane ob causam tantisper à nobis sese separarint, maxime dolituri sint.

Ad ubera matris vestræ, ecclesiæ Christianæ redite: ne maiorem ei dolorem afferte, quæ iam eiulat, atque lacrymas effundit, ardentique desiderio filiorum suorum reditum expectat, qui postulata legitima portione sua peregrinas in oras profecti immoderate decoxerunt, quam quidē ἀσωτίαν fames aliaque mala satis gravia consecuta sunt.

Revertimini, carissima pignora, ad nos, occurremus vobis, complectemur vos, nova veste induemus, saginatum iuvencum mactabimus, vicinos amicosque nostros, filiis nostris repertis,

Digitized by Google

rum suarum bono, pacique & gloriæ laudatissimi sui Bohemiæ regni, amplectantur. Datum Norimbergæ 3. Non. Iulii anni Domini 1431.

CAPUT LXXV.

Bohemorum ad Cardinalis Iuliani literas responsoria:

AD quas Cardinalis literas Bohemi hisce respondere:

Siquidem summum ingenium tuum summamq; autoritatem tuã, reverende in Christo pater, nullo pacto latere potest, ab unigenito Dei filio, domino nostro Iesu Christo, in humili sua forma in terris cõversante multa variaq; saluberrima præcepta tradita esse, quorum tamen hæc, quæ fideli suæ ecclesiæ non ore saltem suo, sed & ipso facto eximia sua conversatione sequenda reliquit, maxime præcipua sunt.

1. ut venerabile sacramentum corporis & sanguinis sui sub utraque specie distribuatur:

2. verbum Dei libere vereque doceatur:

3. manifesta peccata, sub religionis prætextu admissa, puniantur:

4. reip. administratio religiosis adimatur,

id quod sacrosancta euangelia & apostolorum epistolæ, ut & S. S. Patrum scripta, S. literis probe innitentia ostendunt. Quæ quidem salutaria præcepta licet fidei propagandæ, spei confirmandæ, dilectioni amplificandæ, vitæ instituendæ, æternæq; beatitudini consequendæ per apostolos per universum mundum sint divulgata, & à Christiana ecclesia recepta, atq; aliquot secula (id quod ex commentatoribus vereq; catholicis doctoribus videre est) bona fide retenta fuerint: pesti feri tamen atq; degeneres & à veteris ecclesiæ norma recedentes sacrificuli sive flamines, mundanis sese negociis implicantes, seseq; mundanarum divitiarum spinis involventes, imo quod amplius acerbiusq; dolendum est, ignavia, ocioq; & socordia torpentes, desidiaq; plane obruti, irreparabili fidelium animarũ damno ea oppresserunt. Nos igitur, indigni licet, attamen ope divina fisi, ut ea iterum in lucem protraherentur, repurgarentur, illustrarentur atq; magni fierent, iam tot annos semper institimus. Quin & nunquam satis laudatorum horum capitum gratia tot tantisq; odiis nos oneravimus, contumelias pertulimus, sumtus fecimus, laboresq; imo & persæpe vitæ pericula subivimus, publice, libere, amice tutoq; ab æcumenico Concilio admitti, audiriq; etiam atq; etiam petivimus, nihil autem impetravimus, nec dum impetrare valemus, ita ut vestram patrum, Prælatorum Romanæq; ecclesiæ summam accuratissimamq; diligentiam satis mirari nequeamus: item, cur divinæ legis ita salutarem veritatẽ, quæ magnifice per orbem annunciata & habita sive recepta est, neglexeritis, inprimis propter calicem S. cœnæ, qui Laicis quoq; præbendus est, id quod vos tamen non sine summo sacrilegio tot annos non fecistis, sed intermisistis, & quasi cæcutientibus oculis aut valde somniculose inspexistis, inultumq; sive non vindicatum abire permisistis, cum tamen tributum decimasq; vestras non neglexeritis. Cur, quæsumus, nobis hæc ita necessaria, totiq; ecclesiæ Christianæ salutaris audientia, ne barbaris quidem deneganda; sed nobis non modo non petentibus offerenda, sed etiam invitis obtrudenda erat, ut ista dissidia & cruentarum pugnarum ansæ causæq; è Christianæ ecclesiæ horto evellantur, siquidem id in mundanis quoq; rebus atq; forensi bus causis fieri solet, pertinaciter & contumaciter denegabitur? Hic igitur anguem in herba latere credamus oportet. Quod si etenim rem recte perpendere velitis, ita salutaris hæc veritas, Christianæ scilicet ecclesiæ summa summeq; necessaria utilitas vobis magis curæ esse debebat, quam ut tot Regum Principumq;, tot populorum tam variarũ mq; gentium è variis nationibus & diversis interq; se contrariis linguis coniuncta auxilia, magno labore sumptibusq; oneretis, magnoq; ipsorum tum animi, tum corporis periculo diligentissime contendatis, quo Bohemiæ regnum (quod quidem, ut magnopere confidimus, in vera fide stat, inq; sanctæ matris ecclesiæ orthodoxæ, cuius caput Christus, gremio est, atq; in hoc gremio semper quietem capit, inq; posterum requiescet) ad Rom. ecclesiam adducatur, ipsiq; in ritibus ecclesiasticis cæterisq; constitutionibus consentiat. Et sane, si divinam illam veritatem promte reciperetis, maior ad ecclesiam catholicam utilitas rediret. Nec vero, pater carissime, vel tu, vel adiutores tui secundum vel iura, vel rectam rationem mentemq;, huius veritatis iudex esse potes: siquidem sanctissimam æternamq; veritatem, cuius Deus ipse autor est, quæq; & vita & morte Domini nostri Iesu Christi confirmata, perq; sese iusta est, peccatis mortiq; obnoxiorum hominum iudicio subiici, ipsorumq; arbitrio conformari, iniquissimum est: siquidem D. apostolus inquit: Quod si vel angelus de cœlo descendens vos aliud euangeliũ doceat, atque ego docui, anathema sit. *Humana etiam voluntas immota veritate sæpe deserta rationis suæ, quæ errare potest, & persæpe errat, ductum sequitur. Hoc quoque procul à nobis absit, ut*

iis causa nostra diiudicanda subiiciatur aut committatur, qui abiecta pietate veritatem hanc, ceu manifestum errorem, nosque, quod ei adhæreamus, erroneos hæreticos damnant; propterea quod aperti nostri hostes sunt. Sacram autem scripturam, certissimam normam, iustumque in terris relictum iudicem, qui neq; fallit, neq; fallitur, unà cum ss. doctorum sententiis cum ipsa congruentibus in Concilio valere, atq; ubi satis probata fuerit, veritatem eam ab ecclesia Rom. recipi, observari, doceri, atque capiti nobiscum cæterisq; membris omnibus conformatam, iuxta S. scripturæ loca, conciliari volumus. Tū vero tota militans ecclesia à fermēto purgata in pristinū suum locum dignitatemq; restituetur: tum fides germinabit, pax virebit, dilectioque & concordia crescent. Id vero non fit, cum novo (ut arbitramur) apostolis ignoto modo ita suspiciose atq; hostiliter absq; omni S. Scripturæ autoritate tot millibus militum formidando cœtu hostis, gladiis, aliisq; variis armis probe instructo, nos filios appellare vis: sed nos aut eiicies, aut ad defensionem adiges. Quodsi vero, quemadmodum D. Petrus ad Cornelium ad nos in regnum nostrum venisses: insignem proculdubio fructum tulisses, quo Christianæ ecclesiæ antistites vehementer gravisi fuissent, nec vitulum modo, sed & bovem saginatum læti vicinis suis congratulantes mactassent. Hæc bene ponderata, quid nos, eodem, quo vos, baptismo baptizatos, Christianamque fidem non ore tantum profitentes, sed & opere exerentes, à vobis separet abstrahatque, satis ostendunt. Itaque vos oramus, ut fraterne nos audiatis, & quoniam mundus interitui vicinus est, vos nobis consocietis, totoque pectore Domini nostri Iesu Christi, ipsiusq; discipulorum vestigiis insistatis. Hac etenim ratione populus Christianus pacifice in tabernaculis spei quiete vivet, æternamq; beatitudinem consequetur. Datum Pragæ mense Iulio anno &c. 1431.

Caput LXXVI.

1 Iulianus Cardinalis expeditionem in Bohemos movet. 2 Germani Tachoviam frustra obsident. 3 eorum timor. 4 fuga ante pugnam. 5 Iulianus milites alloquitur. 6 Bohemi hostes cadunt. 7 Iuliani Cardinalis iactura damnumq;. 8 mira duorum fontium in arce Suditina sive Suditinensi [vulgo Gigantomontana] descriptio. 9 Albertus Moraviam bello vexat.

Iulianus Cardinalis expeditionem in Bohemos movet.

Calen. Augusti anni 1431. Iulianus Cardinalis cum exercitu Germanico, ab omnibus S. Rom. imperii Principibus, singulatim autem ab Electoribus religiosis, Episcopisque Pabepergensi, Herbipolensi, Aureatensi, & urbibus imperialibus, ab ordinibus fœderis Suevici, qui à D. Georgio agnomen trahunt, misso, numero, (iuxta Sylvium) 80000. partim equitum, partim peditum, aut 130000. absq; impedimentis adventare. Quæ quidem copiæ ad Egram atq; speculā regiā in provinciam irruentes circa Planam omnes pagos diripere, funditusque exurere: 2 auditoque Tachoviam Thaboritarum præsidio munitam esse, exercitum urbi admovere, eamque arcta obsidione premere, à se expugnatum iri plane confidentes: quæ tamen ipsorum spes ipsos fallere. Pragenses enim eo cognito, Procopium Rasum ocyus advocare, qui cum Thaboritis suis cæterisque Orphanis, quorundam quoq; Despotarum copiis in Pelsinensi tractu ad Chotieschoviam recubans, fines defendere tutarique velle. Is ergo ad Misam sese cum Pragensibus coniungere, atq; cum ipsis maximo facto silentio Tachoviensibus obsessis subsidio venire: idipsum tamen nō ita secreto facere posse, quin hostis rescisceret, 3 qui deserta Tachovia Tustam sese convertens ibi crudelitatem inauditam exercere, qua nulli hominum parci. Bohemi perspecto iam satis hostium animo atque virtute, maiores animos sumere, confestim ipsos insequi, ipsorumq; propositum impedire, 3 eosq; ita perterrere, ut & ipsi Principes trepidare inciperent, fugæque occasionem quærerent, ideoq; ab Electore Saxone postularent, ut chirographo suo ipsis de damno, quod forte bello facerent, caveret. Quo id facere recusante, bellumq; totius imperii Rom. bono geri, maioreq; ex parte ob religionis negocium susceptum esse prætendente: illi arrepta hac occasione, nisi id fieret, se discessuros dicere. Coloniensis autem Episcopus, ne id facerent, sed sese defenderent, per orare.

Germani Tachoviam obsident.

eorum timor.

Ad Tustam igitur recubantibus nuncium de hostium pugnæ avidorū adventu afferri: ubi confestim incredibilis atq; terribilis metus tota castra invadere. 4 Bavariæ Dux noctu castra movere, impedimentaq; omnia, ut hostes iis detinerētur, ipseq; eo tutius effugeret, relinquere. Marchio Brandemburgicus & ipse summa festinatione diffugere, atque ad Fœminomontum, sylvam transire.

fuga ante pugnam.

Gregarii

Gregarii vero milites vexillis divulsis, ante quam milites dimitterentur, ab exercitu diffluere atque dilabi.

[5] Quo Iulianus viso, metu ingenti percelli, quæ remanserant, copias convocandas curare, congregatasque sic affari: *arma à vobis, fortissimi, dilecti sanctæque ecclesiæ obedientissimi filii, in ita arduo utiliq; negocio abiici, fugamque ita turpiter captari, summopere miror. Quodnam bellum geritis? bellum hoc non est de regno, aut alio quodam seculari, sive profano, negocio; sed de vestra vita, salutiferaque religione, de Christi sanctæq; matris suæ, illibatæ virginis Mariæ, honore; imo de cuiusq; salute & beatitudine. Præterea vero quid, quæso, veteres illi clarissimi Germani, in vitam revocati, visis nepotibus suis, unicum hostem, necdum visum, fugientibus, dicerent? hæc ne est vestra illa omnibus scriptoribus testata constantia? o dedecus omni dedecore! o probrum omni probro maius! mors sane absentis, nec nos prementis, hostis fuga nobis millies utilior esset. Iam quod si omnia perpendere nolitis, quo tendatis, quæso, perpendite; Bohemiam fugitis; ea vero nos insequetur, nosque in pagis, imo in urbibus, arcibusq; munitis nostris insequetur, crudeliusq; quam vos egeritis, vexabit. Quid vos tunc? an neminem hosti campo cedentem pone murum tutum esse nescitis? arma, non murus virum tuentur atque defendunt. Quid cogitatis? nisi fortiter honesteque vos defenderitis: aut certa mors, aut dira, imo ipsa nece crudeliora vincula vos manent. O Germania! Germania! iamne te opprimi patieris? nulla ne deinceps fortia pectora procreabis alesq;? cæci ethnici, in quorum numero maiores quoque vestri fuerunt, multo fortius pro mutis idolis, atque vos pro gloria Christi, Dei omnipotentis filii, qui frater vester factus est, dilectissimæq; matris suæ gloria propugnaverunt. Perpendite hoc. Quid Ariovistus, Tuiscon, Arminius, cæteriq; si nobis astarent, dicerent: o dilecti filii viriles animos resumite; hostes, quibus multum cessimus, excipite: æque fortiter atq; ipsi pugnare valetis. Sed quid loquor? ipsi, ad quid sacramento vos obstrinxeritis, meminertis: ideoq; vos peieraturos fugamq; captaturos credere non possum.* *Iulianus milites alloquitur.*

Hæc Cardinalis oratio militibus animos addere, ut pro sui defensione dimicare vellent. Ideoq; ad Gigantomontum, tres miliaris quadrantes à Tusta dissitũ, castra ponere.[6] Bohemi vero fortunam in ipsis periclitari, eosque 19. Cal. Septembris, in vigilia Ascensionis Mariæ invadere, hostiq; tantum terrorem incutere ut *Bohemi hostes cædunt.* 11000. suorum occisis, septingentisq; captis fugam captaret. Tum vero Bohemi varia armamenta, ingentemq; argenti & auri prædam in curribus, quorum quatuor sexagenas ceperunt, nãcisci, largum quoq; commeatum, multumq; vini reperire. Germanis quoq; 150. magna tormenta bellica, axibus imposita, Borego teste, eripere; plaustra pulverem tormentarium vehentia incendere, eoq; tantum fragorem excitare, ut hostes fugitivi, præcipue vero Bavariæ Dux, qui ante conflictum discesserat, eo maiore contentione fugerent: inprimis autem aurigæ, quorũ nullus extremas partes tenere velle, sed sese ita curribus immiscere, ut permultis etiã curribus relictis adeoq; amissis magno terrore perciti Ratisponam cõtenderent, ubi civibus tantum terrorem incutere, ut Ratisponenses tum, omnibus suis tormentis bellicis amissis, tantum æris alieni contraxerint, resq; ipsis ita ad restim redierit, ut, Avent. l. 7. teste, sese necdum ex hisce malis expedire valuerint, pontem propugnaculis fossisq; munirent, quæq; D. Katharinæ dicitur diruerent.[7] Iulianus Cardinalis in hoc conflictu diploma Pontificium, cuius ante meminimus, *Iuliani Car-* pileum suum Cardinalitium, vestem sacerdotalem, crucemq; & campanulã amit- *dinalis iactura.* tere, Tustæiq; ea omnia in hodiernum usq; diem adhuc habere. ¶ [8] Arx hæc *Suditina*, sive *Suditinensis* (vulgo *Gigantomontana*, Germ. von Riſenberg) ad quam hic conflictus erat habitus, in altissimo monte sita est, in quo fons est ea natura, ut menstruata ad eum accedente, aquamq; ex eo hauriente, ipse deficiat, & aliquot annos lymphas neget: ideoq; ab arcis huius hero semper seni cuidam, nullam fœminam admittenti, committitur. Naturæ miracula eiusmodi, quæ exteris atq; nasutulis fabulosa videntur, multa in Bohemia videre est. ¶ Ita quoq; ad pagũ *Deltzsch*, sesqui miliare à Slana distantẽ, qua Pragã abitur, puteus est, qui, immũdo aliquo, leproso nimirũ, aut lue Venerea infecto, ex eo bibẽte, seq; lavante, deficit, nec intra integrum annum lymphas suas recipit. Hæc ego vera ex relatione, in Lectoris gratiam huc apponere volui, qui ea in loca perveniens ea quoque reipsa talia reperiet. *mira duorum fontium in arce Gigantomontana natura.*

[9] Interea vero Albertus in Moraviam redierat, atq; Przibislaviam, ab optimo *Albertus Mo-* fortissimoque vero Ziscapostremum occupatam, obsidere. Cardinalis autem *raviam bello vexat.*

Digitized by Google

fuga strageq; cognita circumcirca grassari, 500 pagos exurere, multa oppida munitasq; arces expugnare, provinciæq; Ordines eo adigere, ut omnia, quæ à Concilio Basileensi decreta fuerint, à sese acceptatum, observatum atque defensum iri sponderent.

Caput LXXVII.

[1] Iulianus Cardinalis Imperatori mala sua querulus exponit. [2] qui ipso ad Concilium misso literas ad Bohemos dat. [3] earum tenor. [4] Bohemorum responsio.

Iulianus Cardinalis Imperatori mala sua querulus exponit: qui ipso ad Cōcilium misso literas ad Bohemos dat.

IUlianus Cardinalis, vix salvus è Bohemia effugiens, Norimbergam contendere, atque apud Cæsarem de Principum dissensione graviter conqueri, primumque feliciter ab ipsis gesta, tum vero turpem ipsorum fugam miserandamque stragem pluribus exponere. [2] Imperator ignarus quid consilii caperet, quidve sibi agendum esset, ipsum ad Concilium mittere, utque Bohemos ad id invitarent, venientes benigne audirent, atque si ullo modo fieri posset, litem componerent, ipsisque consentirent, præcipere. Ipse vero Cæsar 5. Cal. Novembris has ad Bohemos literas dare:

Sigismundi Imp. ad Bohemos literæ.

[3] *Sigismundus D.G. Rom. Imp. semper Augustus, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, omnibus Despotis, Equitibus auratis, Nobilibus, religiosisque & profanis urbiumque & Castrorum proceribus, omnibusque Bohemiæ regni, Moraviaque Marchionatus incolis S. & gratiam nostram.*

Cum, à nobis Egræ congregatis exercitui nostro, ut absq; mora in Bohemiam irruentes ditionem rapinis, cædibusque & incendiis implerent, incolas utriusq; sexus, tum pueros, tum adultos absque discrimine occiderent, in mandatis datum esse, à quibusdam in Bohemiæ regno publice sparsum esse cognoverimus: id nobis haud unquam, ne per somnium quidem, in mentem venisse noveritis: sed semper ab initio in hodiernum usq; diem (id quod ipsi nostis) omnes nostras cogitationes eo intendimus, ut id paci tranquillitatiq; redderetur, id quod omnes, qui negocio isti interfuerint, testimonio suo comprobare valebunt. Vos ipsi quoque è literis illis, quas satis tempestive ad vos dedimus, quatenus & quamobrem hæc imperii auxilia in vos coacti in Bohemiā miserimus, quo videlicet ἀταξία omni sublata dissidia componerentur, iniuriæ ab imperii provinciis atque ditionibus averterentur, vosque cum S. Rom. ecclesia conciliaremini. Ne itaque hominibus istis contraria spargentibus fidem habeatis, petimus. Vt porro ad S. Rom. ecclesiam convertamini, atque in Concilio compareatis, vos hortamur, vobisque consulimus. Ibi enim reverendum in Deo patrem, dominum Cardinalem, Papæ & apostolicæ sedis legatum, tum vero & Vicarium nostrum, illustrissimum & serenissimum Fridericum Marchionem Brennoburgicum, *offendetis, cui omnes, qui è Bohemia fidei suæ explicandæ gratia eo ablegabuntur, protegendos, atq; quibuscunq; modis fieri possit, iuvandos atq; promovendos, idq; de quo conventum fuerit, extemplo confirmandum solide commisimus, utq; omnibus in rebus eum sese præstet ex quo nos, Regem Dominumq; vestrum hæreditarium vobis in omnibus gratificandi, commodorumq; vestrorum promovendorum studiosum esse perspiciatis, præcepimus. Datum Noribergæ anno Christi 1431. 5. Cal. Novemb. regnorum nostrorum Hungarici XLV. Bohemici XI. Romani XXI.*

Ad mandatum Domini Regis proprium:

Casparus Schlick subscripsit.

Bohemorum ad literas Imperatorias responsio.

[4] Ad quas Imperatoris literas Bohemi hisce respondere:

Nos Despotæ, Equites aurati, civitates, religiosiq; & profani Bohemiæ regni ordines A.M.T. notum facimus, nos non modo à legatis nostris, quos iuxta A.M.T. petitionem, amice transigendi gratia Egram ad A.M.T. ablegaveramus, edoctos esse; sed etiam ex A.M.T. literis perspexisse, eam à religiosis, contra quos strenue, fortiter atque constanter nos defendimus, perperam institui, eoque permoveri, ne committat, ut divina illa veritas, quam nos proponimus, cuilibet annuncietur: sed A.M.T. id unum agat, ut nos ab hac veritate abstractos cum Romana ecclesi coniungat.

Id quod non modo legatos nostros absterruit; sed & nos ab omni actione revocavit: siquidem id acceptare divinis humanisque legibus adversatur atq; repugnat. Non itaq; est, quod A.M.T. miretur, cur nos neq; ipsi (A.M.T.) neq; Rom. ecclesiæ obtemperare velimus, quod nimirum Deo repugnantes,

repugnantes, non vultis efficere, ut nostræ fidei rationem reddere cupientes legitime audiamur. Ad ita honestam autem inobedientiam nos adigit non nostra curiositas, sed D. Apostolus Petrus, inquiens: Deo magis obedire decet, quam hominibus. *Quapropter omnes atque singuli norint, nos ad illegitimum obsequium adactos atque coactos, religiosis propriæ suæ libidini magis quam Deo obedire volentibus, divina ope fretos de nostri defensione suscipienda decrevisse. Datum Pragæ Mense Octobri anni* 1431.

Caput LXXVIII.

[1] *Dissidium Concilii & Eugenii Papæ.* [2] *Gerson exul Lugduni mortuus.* [3] *Concilium Bohemos blande invitat.* [4] *Procopius in Vœtlandiam atque Misniam irruit.* [5] *Bavariæ Dux quoq; in Procopium arma movens ad internecionem caditur.* [6] Tausca, *oppidum à Thaboritis exustum.* [7] *Imperatoris & quorundam procerum Bohemicorum conversatio & colloquium.* [8] *Imperator iterum ad Bohemos scribit.* [9] *Praga fulmine tacta.* [10] *diluvium Pragense memorabile.* [11] *pons saxeus Pragensis ruptus.* [12] *Thaboritæ in Hungariam irruunt.* [13] *ex eadem profligantur eiecti.*

Concilium Basileense iam incohatum Eugenius Papa approbare nolle; sed Bononiam in Italia transferre, ubi post sesquiannum habendum atque celebrandum esset. Id quod Patres concedere nolle; sed decernere, Concilium non Papæ, sed Papam Concilio parere debere. Hinc à viris doctis omnis generis scripta emitti, quorum quidam Papæ, quidam Concilii autoritatem defendere: [2] præcipue vero *Gerson* elegantem librum conscribere, in quo Papam Concilio subditum esse solide ostendit: ideoque Papam gravissime infensum habere, ita ut postea 5. Id. Iulii anni 1439. Lugduni exul moreretur.

Dissidium Concilii & Eugenii Papæ.

Gerson exul Lugduni moritur.

[3] Concilii Patres quoque Bohemorum statum perpendere, Ioannemq; Nider & Ioannem Maulbrunnensem ablegare, qui Bohemos prolixis suis literis ad Cõcilium valde amice idque in hanc sententiam invitarent; *S. Concilium controversias amice componendas, quam omnia ferro vindicanda consultius utiliusque putat*: præsenti igitur animo venirent: *se ipsis de sufficienti fide publica* (quam vulgo *salvum conductum* vocant) *prospecturos: legitima ipsos attentione auditum iri.*

Concilium Bohemos blande invitat.

[4] Anno sequenti, videlicet 1432. Procopius Rasus cũ Thaboritis suis exsurgens tertium in Vœtlandiam atque Misniam irruere, & quicquid reperiri poterat, quærere, tum in superiorem Misniam, quam antea nunquam attigerat, pervenire, eamque diripere. [5] Boiorum Dux autoreque & consuasore Cæsare iterum sese Electori coniunxerat, cum Bohemis in Misnia confligere volens, ideoque una cum Electoris auxiliis Lipsia in Bohemos, ad Tustam locum tenentes, tendere. Utroque hoc exercitu concurrente cum iam ad conflictum deventum esset, primum Boii sive Bavari in fugam verti, tum Hermunduri, Thuringique, quos Bohemi ad internecionem usque cædere, è multisque ipsorum captivis magnam pecuniæ vim extorquere, [6] Tauscam quoque oppidum expugnare, idque funditus exurere, murosque solo æquare, cuius quidem rudera etiamnum inter Lipsiam & Eilembergam videre est, cum iam 212. annos ab Alberto Archiepiscopo Parthenopolitano (vulgo Magdeburgensi) exstructum munitumque stetisset. Quo Elector cognito, literis ad Lipsenses datis eos, ut sese à Bohemis defenderent, hortari, spẽque equitatus ipsis subsidio mittendi facere: quo tamen haud opus erat: quoniã Bohemi sponte sua domum redire volebant, propterea, quod Despotæ congregarentur, eque numero suo quendam eligere vellent, quem sibi caput constituerẽt.

Procopius in Vœtlandiam atq; Misniam irruit.

Boiorum Dux in Procopium arma movens ad internecionem caditur.

Tausca oppidũ à Thaboritis exustum.

[7] Verno quoque tempore quidam Cæsare assidue instante atque urgente, Posonium abierant, qui eo pervenientes urbem ingredi nolle, sed ante urbem in tẽtoriis cum Imperatore conferre: is prætendere, se mirari, quod Bohemi, qui Dominum parentem avumq; ipsius Dominos habuissent, ipsum recipere nollent. Se sane promtum esse, omnia, quæ Bohemis displicerent, mutare atque corrigere: ipsosq;, eiusdem nimirum cum ipso gentis & ortus, amice regere. Ad quæ ordines respondere; huiusce rei culpam sibi non inhærere, seque ad omnia, quæ gesta essent, hostilibus copiis adactos atq; cõpulsos fuisse. Præterea ecclesiastas, quos habuissent, cõtra fidẽ publicã Constãtiæ in Concilio exustos, Bohemos inaudita indictaq; causa hæreseos dãnatos atq; proscriptos, *quæ omnia A.M.T. præsente gesta sunt.*

Imperatoris & quorundam procerum Bohemicorum conversatio & colloquium.

Hinc ergo A.M.T. non immerito spectare cogitur, vel exiguam illam provinciam Bohemiæ, ita potentem esse, ut ab hostibus suis aliquid perferre, eisq; duplum reddere valeat. Ad quæ Cæsar humanissime respondere, & quod maior orationis pars conscientiam respiceret, rem in Concilium Basileense differre, in quo sese solide purgarent, innocentiamque suam in lucem proferrent.

Imperator iterum ad Bohemos scribit.

8 Ad Bohemos etiam iterum scribere, ac dicere, nullam gentem Bohemica sibi gratiorem esse: se igitur iam Romam abire, Romanique imperii diademate sese inaugurandum curare, id quod regno Bohemico non parum dignitatis allaturum esset, si nimirum Imp. Rom. patronum haberet. Suo quoque studio Concilium Basileense iam haberi cœpisse, ideoque ipsos, ut eo venirent, vehementer etiam atque etiam rogari, propterea quod, modo ne S. Rom. ecclesia sapientiores esse vellent, futurum esset, ut summa cum benevolentia audirentur. Proinde, cum audientiam sufficientẽ impetrarint, in id unum animum intenderent, ut Cõcilio consentirent, ipsique ex Italia feliciter reverso Bohemicum diadema, quod avus ipsius paterq; & frater gestassent, reservatum imponerent. Se quoq; non alio modo ipsis imperaturum, quam quo cæteris Christianis regnis Domini Christiani præessent, eaque regerent.

Praga fulmine tacta.

9 Hoc anno quoque 4. Cal. Iulii sub vesperam, quæ erat pridie D.D. Petri & Pauli, globus, qui erat in coronide turris D. Ægidii, in veteri urbe Pragensi, fulmine tangi, altumque hoc acutumque tectum ex preciosa materia fabrefactum, laminisq; lapideis tectum, una cum maioribus campanis in turri comburi. Quod quidem incẽdium, propterea quod in maxima aeris siccitate exoriretur, urbi Pragensi omni gravissimum metum incutere.

Diluvium Pragense memorabile.

10 Paulo post, die nimirum Lunæ, pridie M. Magdalenæ, ingens illa Pragensis eluvies, cuius omnes historici meminerunt, contigit. Per omnem etenim Bohemiam hoc tempus ita crebræ fuerant pluviæ, ut omnia flumina maiorem in modum excrescerent, quibus in Multaviam sese exonerantibus, multis insuper aggeribus ruptis, aquæ ita excreverant, ut, quæ tum fuerat Multaviæ magnitudo, fidẽ hominum fere excedere videatur. Atqui sub Wissegradensi multæ erant rates, quas fluminis impetus omnes ad pontem devexerat: ipsum quoque pistrinum sive molendinum, quod erat supra pontem, abripuerat, concameratosque pontis fornices non modo arboribus, sed & multo fœno, ab aquis abrepto, obturarat, ita ut præterfluens in forum pomarium usque exundaret. 11 Interea vero saxeus ille pons duobus in locis rumpi, nimirum ad veterem urbem tres, & ad parvam duo fornices, tum vero aquę ire atque decrescere, nosodochium tamen, thermasq; pistrinaque omnia, uno excepto, novæ urbis incolis abripere. Est locus in urbe, quod *Podskal* Bohemi dicunt, quæ in eo erant ædes, omnes ferme abripi. In D. Ægidii aquæ tres ulnas alte stare. Campus nosodochio dicatus, ideoque vulgo *hospitalis* appellatus, Germanice das Spittelfeld, omnis aqua obrutus, eaq; usque ad Ziscæ montem erumpere, Beronæ dimidiam fere partem abripere, Rokezanæque, ut & Raudeniccio, Melniccæ, Litomeritio, Pirnæ in Misnia, Dresdę, Misenæ, Torgaviæque magnam calamitatem afferre, nec non Wittebergæ, ubi etiamnum in porta, qua ad Albim exitus est, eius signum videre est. Postea quam hæ aquæ defluxerant, fundamenta pontis in Multavia conspici: asseribus igitur positis Pragenses viam qua transitus daretur sternere: multi vero homines in pręterfluentem incidere, ita ut vix, nec absque magno labore servarentur.

Pons saxeus Pragensis ruptus.

Thaboritæ in Hungariam irruunt.

Orphani mense Novembri in Austriam, Thaboritæ in Hungariam & Misniam irruere, omniaque loca rapinis incendiisque vexare. *Vaca* autem flumine transmisso Hungari 5. Id. Novembris ipsis ocurrere, in ipsos in loco cœnoso incidere, in quo illi nec curribus suis uti, multo minus sese defendere, vel hosti resistere posse, ideoque misere incurrere, multosque ex suorum numero una cum rapta præda amittere, atque ad Hungariam turpiter deserendam adigi, unde revertentes sese strenue vindicare, cunctaque loca, quæ iam annum Albertus in Moravia non sine labore occuparat, recuperare.

ex ea profligantur eiecti.

CAPUT LXXIX.

1 *Concilii Basileensis sessione tertia decretum.* 2 *modus, quem Bohemi erga Concilium, & vicissim*

vicissim Concilium erga ipsos servare debeat. [3] *Bohemi capita quaedam à Concilii patribus cõfirmanda volunt, confirmataque recipiunt.* [4] *verba diplomatis Concilii Basileensis, quibus Bohemi ad Concilium invitantur.* [5] *Comitia publica in Bohemia gesta, in quibus actum, an legati ad Concilium mittendi essent, necne?* [6] *Legati ad Concilium missi, qui?* [7] *ascendunt.* [8] *Procopii Rasi descriptio.* [9] *Iuliani Cardinalis ad Bohemos oratio in Concilio habita.* [10] *Bohemorum responsio ad Iuliani orationem.* [11] *Bohemi Concilio quatuor illa capita scripto tradunt.* [12] *Actio Concilii cum Bohemis.* [13] *Concilium legatos in Bohemiam mittit.* [14] *Comitia ab omnibus Bohemiae Moraviaeq; ordinibus habita.* [15] *Legati Bohemis quatuor capitum Pragensium confirmationem pollicentur.* [16] Compactata, *quae dicuntur, sancita,* [17] *Sigismundus Imp. Romae coronatur, atque litem, quae inter Papam & Concilium erat, componit.*

Concilii Basileensis sessione 3 decretum.

UT autem omissis negociis politicis, hoc anno gestis, res in ecclesia gestas recenseam: annum 1432. à mense Martio auspicabor, in quo 3. Calend. Aprilis tertia Concilii sessio haberi, decernique, ut singulis decenniis oecumenica synodus celebraretur, ut ita haeresibus obstaretur, nec aliorum populorum res eo devenirẽt, quo Bohemorum res iam devenerint, qui, quod nemo unquam satis perscrutari potest, fataliter nulla vi bellica devinci possent, solumq; Concilium salubribus remediis tanto malo mederi cogeretur.

Modus in Concilio sequendus. Bohemi capita quaedam à Concilii patribus confirmanda volunt, confirmataque recipiunt.

[2] Literae quoque ad Bohemos dari, quibus id agi, ut Bohemorum Legati cum Concilii legatis, qui erant, *Philibertus Augustanus*, Episcopus Constantiensis, *Petrus* & *Ioannes Palomarii*, & *Aegidius Carlerius*, 5. Cal. Maii Egrae convenirent, certumque modum statuerent, qui in Concilio sequendus esset. [3] Is autem hisce capitibus contineri:

1. Iis, qui eo ablegandi sunt, ita cavendum esse, ut tuto eo pervenire, domumque reverti possint.

2. Potestatem quoque ipsis dandam esse, decernendi, sacras literas veterisque Christianae ecclesiae acta, Concilia, doctrinasque & traditiones S. scripturae consentientes, in omnibus controversiis iudices esse.

3. Sacrorum item suo more modoque faciendorum potestatem ipsis esse concedendam; neque cuiquam ea subsannare vel calumniari permittendum.

4. Non esse pergendum, usque dum isti quoque veniant, utque ubi venerint, quaecunque acta sunt, repetantur.

5. Concilium esse convocandum, ad quod omnis generis gentes atque populi veniant.

6. Ne Papa summam autoritatem in Concilium habeat; sed se ei submittat.

De his & similibus capitibus ratis habendis Egrae decerni, (ad quae Protestantium quoque ordines anno Domini 1552. cum ipsis in proximo Concilio Tridentino cavendum esset, semper provoca e, ut ex 23. libro Sleidani videre est.) Ea tamen non statim recipi; sed expeditioris securitatis gratia ad Patres Concilii, qui ea diplomate sigillisque confirmarent, mitti, cuius quoque rei gratia Ioannes Zatecensis & Nicolaus Humpolecius 6. Id, Octobris eiusdem anni horum capitum confirmandorum gratia Praga Basileam mitti, honeste excipi, rem bene gerere, capitumque confirmationis dateque fidei publicę diploma impetrare, cuius quidem verba haec sunt:

Verba diplomatis Concilii Basileensis, quibus Bohemi ad Concilium invitantur.

[4] *Sancta oecumenica synodus Basileae in Spiritu sancto feliciter congregata, & catholica Christiana ecclesia testatur hoc diplomate, fateturque, quod omnes ecclesiasticos, Barones, Nobiles Equitesque auratos plebeiosque, cuiuscunque conditionis aut dignitatis sint, qui è regno Bohemiae & Marchionatu Moraviae à Pragensibus ecclesiis, aut aliunde, quocunque loca ea nomine appellentur, ad sanctam oecumenicam hancce synodum mittentur, numero infra ducentos, in fidem tutelamque suam receperit: ipsisque etiamnum hocce diplomate spondeat fidem publicam, expeditamque securitatem, in urbem Basileam veniendi, in ea manendi, commorandi, expectandi, nobis cum de omnibus rebus necessariis, de quibus mandata acceperint, agendi, iudicandi, decidendi, transigendi, componendi. In hospitiis quoque suis sacra suo more modoque celebrandi, nemine obstante ipsis permittimus: ita ut ob ipsorum praesentiam, pro more alias usitato, neque in itinere, neque in urbe Basilea cultus divinus intermittatur. Praeterea quatuor illa capita, quae obtinere volunt, vel voce, vel scriptis, S. scripturae testimoniis, sanctorumque doctorum dictis probare, ea illustrare, perspicueq; proponere, quodsi quoque forte opus sit, ad Concilii obiectiones respondere, atque cum uno vel aliquot Concilii patribus de iis disput, area-*

miceque & absque impedimento, conviciis atq; calumnia conferre, omniaque ad eam normam, de qua Egræ inter utramque partem convenit, peragere ipsis licebit. Datum in publica sessione Concilii æcumenici Basileæ. &c.

Comitia publica in Bohemia gesta, in quibus actum, an Legati ad Concilium mittendi essent, nec ne?

[5] Legatis igitur domum reversis, diplomaque istud secum adferentibus, publica Comitia celebrari, quibus primo decidi, *num ad Comitia abeundum esset, nec ne?* Legatis enim Egra reversis, maior pars contendere, pudorem non obstare debere quo minus coram omni mundo fidem suam profiterentur: quidam ab his dissentire, id tamen frustra fieri dicentes.

Magnum itaque inter ipsos dissidium exoriri, idque eo, quod Christianus Prachaticcius, Academiæ Pragensis Rector, à se M. Rochezanum cum collegis suis eo ablegatum iri, qui de quatuor illis capitibus ad normam Egræ conscriptam disputarent, sub Academiæ sigillo Calendis Septemb. publice promulgaret, cumulate augeri.

Legati ad Concilium missi, qui?

Congregatis igitur ordinibus varia miraque iudicia fieri. Despotæ consentientibus Hussitis eo abire velle; Thaboritæ, Orphanique & Horebitæ una cum plebe plane nolle, exemplumque Hussii & Hieronymi prætendere, qui contra fidem publicam ab Imp datam Papæque promissa voce facta exusti fuerint. Tandem tamen singulari Mainhardi de nova-domo consilio profectio decerni,[6] quique Basileam abire deberent, nominari, nempe, *M. Iohannes Rochezanus, M. Petrus Peyne*, alias *Clericus* sive *Anglicus* dictus, frater *Vlricus Nicolaus Biscupeccius*. Hi ad quatuor illa capita in Concilio illustranda eligi.

Circa D. Martini, qui erat 3. Id. Novembris, Regis Poloniæ legatus Pragam adveniens cum Bohemis in abitum ad Concilium consentire. Procopius Rasus, Thaboritarum Dux quoque adventare, atque in Polonici Legati honorem lautum convivium ante abitum suum instruere.

assendunt.

[7] Pragensium ecclesiastæ una cum Legato Polonico & Procopio Raso divini numinis auspicio 3. Cal. Decemb. Basileam abire, tertioque Non. Decemb. Tustam pervenire, in eoque oppido cæteros Nobiles Bohemos expectare, atq; tum 300. equitum comitatu, in quotum numero præter eos, quos paulo ante diximus, etiam erant Wilelmus Costca, Benessius Macrovvusus, una cum aliis quibusdam Nobilibus, qui omnes sospites salvique die 3. Regum, qui erat 8. Id. Ian. anni Domini 1433. Basileam pervenire, ubi tota urbs, iuxta Sylvium, ipsis obviam procedere, multi pinnas mœnium conscendere, virorum vultu gravium visendorum studio,[8] quorum omnium terribilissimus erat, Sylvio teste, Procopius Rasus, statura brevis, capito, vultu, ater, naso aquilino, ideoque omnes ipsum monstrum arbitrari, puellique in plateis ipsius conspectum metu effugere.

Procopii Rasi descriptio.

Iuliani Cardinalis ad Bohemos oratio in Concilio habita.

[9] Bohemi 5. Id. Ian. anni 1433. audiēdi ad Concilium admitti, ubi Iulianus Cardinalis, qui iam annum cum copiis suis in Bohemia cæsus & in fugam versus fuerat, Bohemos diu multumque hortari, dicens, Sanctam ecclesiam, Christi sponsam, fidelium omnium matrem esse, quæ claves habeat ligandi & solvendi, quæ pulchra absque macula, ruga, talibusve quibusdam, quæ in nullis ad salutem necessariis errare possit. Quam qui contemnat, paganum, impium, ethnicumque habendum esse, eam non posse melius, quam in Concilio cognosci.

Decreta quoque Concilii doctrinam Christianæ ecclesiæ agnoscenda, iisque non minorem, quam S. euangelio, fidem tribuendam, quod ita in S. literis iniunctum atque præceptum sit. Bohemis, qui & ipsi filii ecclesiæ esse velint, ipsius, quæ, ceu mater, filiorum oblivisci nequeat, vocem audiendam esse. Eos non ita pridem absque matre sua vixisse, ad eam tamen, salutem suam quærentes, rediisse. Diluvii tempore, quæcunque extra arcam fuissent, omnia aquis suffocata: agnum paschalem à solis Iudæis mactatum, quo ab angelo interfectore defenderentur: sic neque extra ecclesiam esse salutem. Hanc, esse fontem, de quo qui bibat, eum non unquam iterum sitire, eamque aquam ab hoc Concilio petiisse, matrisque suæ verba audire velle, Bohemis maximo bono esse. Inimicitiis abiectis, arma bellumque fugiendum: Patres ipsos audire promtos: ipsis igitur & S. Concilii, cui fideles omnes, quotquot æternum servari velint, obtemperare oporteat, consilium acceptandum esse.

Ad quæ Bohemi respondere: à sese neque Concilia, neque ecclesiam Christianam

nam ſpretam fuiſſe. Sententia in ipſos Conſtantiæ lata ne vel minimum quicquam ipſorum cauſæ derogari, ſiquidem & Patrum autoritas apud ipſos inviolata & illibata honeſtaque eſſet: quæcunque etiam traderent, vel in concionibus proponerent, verbo Dei comprehendi, id quod ipſi probare promti eſſent: utque ſemper fecerint, publice audiri, laicosque (ita rudem populum nominare) admitti peterent. [11] Rogati quidnam eſſet Rom. eccleſiæ contrarium, quatuor illa capita proponere. [12] Cardinale vero quærere pergente, quidni & cætera ſimul annotaſſent? cum tamen, de quo fama percrebuiſſet, & *Monachorum mendicantiũ ordinem à Diabolo excogitatum eſſe* docerent: Procopius Raſus ſurgens dicere: *atqui non eſt falſum. Quicquid enim nec à Moſe, nec à Patriarchis, Prophetis, Chriſto, Apoſtolisq́ institutum eſt; nec ullum in S. ſcriptura mandatum habet: Diaboli inventum eſt. Cum ergo mendicantium ordo ſimile opus ſit: quis dubitet, quin à Diabolo ſit, cum præſertim non politicum ſive forenſe, ſed ſacrum munus ſit?* Quo dicto patres omnes loco reſponſi ridere incipere.

Bohemi Concilio 4. illa capita cõfirmanda ſcripto tradunt.

Actio Concilii cum Bohemis.

Sylvius ſcribit, Cardinalẽ reſpondiſſe, nequaquam vero omnia, quę in S. literis non fundata ſint, Diabolum autorẽ habere: Spiritus ſancti etenim inſtinctu Concilia Chriſtianamque eccleſiam condendorum decidendorumq; poteſtate pollere: ad quæ Procopius reſponderit: *Cur ergo ſcriptum eſt?* ad legem & teſtimoniũ; quod ſi nõ dixeritis iuxta verbũ hoc, non erit vobis matutina lux, *Ieſ. 8. v. 20. Itẽ Pſ. 119. v. 105.* Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. *Item 2. Tim. 3. v. 16. 17.* Omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendũ, ad arguendũ, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. *Item Ioh. 20. v. 31.* Hæc ſcripta ſunt, ut credatis, credentesq; vitam habeatis in nomine Chriſti. *Verum* ingenti exorto ſtrepitu atque clamore, ſilentio cunctis impoſito, quatuor à Bohemis, *M. Ioannes Rochezanus, M. Nicolaus Pelrimoviskius, Vldricus* Orphanorum eccleſiaſtes, & *M. Petrus Anglicus* eligi, qui cum Concilii Commiſſariis *Ioanne de Raguſio, Ægidio Carlerio*, Decano Cameracenſi, *Heinrico Frigidoferro*, & *Ioanne Polomario* de capitibus hiſce conferrent, quæ quidem concertatio à 17. Cal. Febr. ad prid. Non. Maii durare, ubi diligentiæ fructus perire. Acta hæc in eo libro, cuius inſcriptio eſt, *Antiqui rerum Bohemicarum ſcriptores &c. ex Bibliotheca Marquardi Freheri Conſiliarii Palatini &c.* ſolide comprehenduntur. Liber iſte Hanoviæ typis Wechelianis, magnitudine ea, quàm vulgo *in folio* dicunt, anno Domini 1602. exiit, ad quem, literatum deque rebus Theologicis ſincere iudicantem Lectorem remitto, propterea quod, quantum equidem pro tenuitate mea iudicare poſſum, non eſſe neceſſe, ut omnia iſta conſcribantur; ſed intelligentes earumque cognitionis avidos ad graves hiſtoricos remittendos, atque ita ad eorum accuratius inquirendorum deſiderium accendendum arbitror.

[13] Rebus igitur omnibus in Concilio fruſtra tentatis, Patres Concilii non contemnenda autoritate Legatos ad Bohemos mittere, qui rem omnem componerent, atque, ſi fieri poſſet, eos ipſis conciliarent: qui quidem Legati à veteris urbis incolis honeſtiſſime excipi & haberi. Magn. etiam Academiæ Rector, una cum Magiſtris omnique Studioſorum turba comparere, Legatosque honorario quodam ornare. [14] Ut autem tandem aliquando res optatum finem aſſequeretur, omnium Bohemiæ Moraviæque Ordinum panegyris celebrari, in qua Heinricus Tockius orationem, à Cochlæo deſcriptam, habere, qua, quæ geſta fuerant, repetere, Conciliiq; mentem exponere. [15] Eo die quatuor capitum Pragenſiũ confirmatio Bohemis à Legatis promiſſa, [16] quæque *compactata* dicuntur, ſancita, quorum confirmandorum pacisque miſere oppreſſæ ditioni tandem reddendæ gratia Bohemi M. Procopium Pelſinenſem, M. Martinum Lupaccium, tum apud Chrudimenſes eccleſiaſten, & M. Matthiam Laudam à Chlumeccian è Bohemia ad Concilium mittere, cum inſuper etiam [modo de patrum voluntate fieret] de quatuor hiſce capitibus diſputandi poteſtate, ita tamen, ut verbum Dei ſemper normam obſervarent atque ſequerentur, pro ut Egræ deciſum atque concluſum fuerat.

Concilium Legatos in Bohemiam mittit.

Comitia ab omnibus Bohemiæ Moraviæque ordinibus habita.

Legati Bohemis quatuor capitum Pragenſium confirmationem pollicentur.

Compactata *quæ dicuntur, ſancita.*

[17] Hoc anno 1433. Sigiſmundus Romæ prid. Cal. Iunii [quidam falſo 15. Calen.

Sigiſmundus à Papa coronatur.

Dissidiū inter Papam atq; Concilium tollit.

anni 1432. tradunt) à Papa Eugenio coronari, simulque dissidium Papæ & Concilii tollere, ita ut ille hoc legitimum agnosceret.

Caput LXXX.

[1] Procopius Rasus Pelsinam obsidet. [2] Thaboritæ in Bavariam irruunt. [3] Boiorum Dux cum Bohemis confligit. [4] Bohemi è Bavaria profligati. [5] Concilium Bohemis Compactata, quæ dicuntur, confirmat. [6] Thaboritarum atque Bohemicorum Despotarum dissidium. [7] Czazco & Gulielmus Costca Procopio subsidio veniunt. [8] Pelsinenses hostes suos obruunt.

Procopius Rasus Pelsinam obsidet.

PRocopius Rasus Idib. Iuliis ad urbem Pelsinam, solam à Bohemis in religionis negocio dissidentē accedens, eam à latere Septentrionali, eo in loco, ubi Warto & Myza, duo flumina, confluunt, obsidere, ad patibulum, ubi etiamnum hodie valla ipsius sub patibulo videre est, ipsumque patibulum, in quo culinam suam habuit, stat, memoriæque servatur. Ex eo loco ille urbem tormentorum ictibus vehementer graviterque infestare, atratorumque cœnobium, minoremque, quæ dicitur, portam, validissimis, quos diximus, tormentorum ictibus petere, nec se cessaturum putare prius quam urbem expugnaret. Quod autem adversus vim satis munitum esset, fame perficere velle, militesque, suos in pagos ad prædam emittere, viasq; omnes quotidie obequitandas curare, atque ita omnes ad urbem aditus occludere.

Thaboritæ in Bavariam irruunt.

[2] Thaboritæ quoque Ioanne Rzitca & Przibicæo Clenoviskio una cum Glattoviensibus, Tustæis, Misenis, Schuttenhoferianis (qui *Lopatam* arcem proxime diruerant) in Bavariam irrumpere, pagos qui circum Rottingam, Silvorivium Germanice (Waldbach) Divitorivium [German. Reichenbach] Nittenaviam Napurgum, & Nigrocornu [Germanice Schwartzenhorn] erant, direptionibus exactionibusque vexare, castraque in colle prope Hildesheimium ponere; iam enim Boiorum Ducem in armis esse, magnas copias in ipsos movere audierant. In æquore igitur convenientes pugna incipiente Bohemi castra sua fortiter tueri.

Boiorum Dux cum Bohemis confligit. Bohemi è Bavaria profligati.

[3] Primarius quoque Boiorum vexillifer in primo congressu missili tactus occumbere, idque Bavaris tantum metum incutere, ut fugere inciperent. [4] verum Fridericus Lycopetræus [Germanice von Wolffenstein] vexillum corripientem Hynieccus Pfugius, Ducis Legatus, & Huldricus Wartberius sequentes aciem instaurare, & post quam certamen diu durasset, Bohemos in fugam vertere, ut 2000. ipsorum cæsis cæteri turpi fuga Bohemiam repeterent.

Concilium Bohemis compactata confirmat.

[5] Legati prid. Cal. Decemb. anni 1433. Basilea reversi Compactatorum, quæ dicuntur, confirmationem à Concilio se cum afferre, quæ quidem compactata, quod nimium prolixa typisque divulgata sint, hic omittere non inique visum fuit.

Thaboritarum atq; Bohemicorum Despotarum dissidiū.

[6] Thaboritæ Orphanique, compositione hac cum Concilio cognita, Despotas Nobilesque, quod nimirum Concilio nimium concessissent, criminari. Hinc igitur Despotæ coacti, convenire, consultare, eoque nomine queri, quod absque regio capite viventes Raso sacerdoti servirent, utq; seq. videlicet 1334. anno 4. Non. Ian. Pragæ Comitia universalia fierent, efficere.

Czazco & Guilielmus Costca Procopio subsidio veniunt.

[7] Hoc anno Czazko, Orphanorum ductor, è Borussia, in qua Regi Polono cōtra Despotas Cruciatas sive Crucigeros [Germanice die Creutz Herren,] inserviebat, domum redire, atque circa 17. Cal Novemb. una cum Despota Guilielmo Costca & sacerdote Bed. cicho, qui in Moravia Bohemiaque magnas copias collegerant, Thaboritis ad Pelsinam subsidio venire, atque iuxta Thaboritarum castra ad patibulum (ubi satis amplum & elegans æquor est) castrametari. Ipsi igitur magno numero ad urbem recumbentes non satis diligenter excubare.

Pelsinenses hostes suos obruūt.

[8] Pelsinenses igitur commoda occasione arrepta ex urbe erumpentes magnum eorum numerum cædere, magnaque præda acie structa sive ordine servato in urbem reversi Orphanorum Camelum se cum abducere, id quod hostes ita iniquo animo ferre, ut, nonnisi recepto Camelo suo, ab urbe recedere cogitarent; res tamen longe secus accidere, uti benevolus lector accipiet, atque Pelsinenses Camelum retinere, quin & in perpetuum eius rei testimonium ab Imp. Sigismundo Camelum in insignibus suis referendum accipere. Insuper autem & hoc nomine gloriantur,

riantur, quod nimirum Sigismundus privilegia ipsorum immunitatesque confirmans precatus fuisse dicatur: ut *Pelsina in faucibus hæreticorum perpetuo amarescat.*

Hyeme igitur adventante Pelsinenses in spem liberationis ab obsidione erecti, bono animo esse, donec Thaboritas sese ad hyberna parare perspicerent, tum vero maiorem commeatus rationem habere, certamque legem ferre, quæ observaretur, ne urbs hostibus fame dederetur.

Caput LXXXI.

[1] *Comitia Pragæ gesta.* [2] *Thaboritæ Papam nolunt ecclesiæ caput agnoscere.* [3] *Mainhardi de nova-domo oratio in Procopium.* [4] *Gubernatores in Bohemia electi.* [5] *Pelsinenses Concilium opem ferendam rogant.* [6] *Thaboritæ sese novæ urbis incolis adiungunt.* [7] *duarum urbium Pragensium dissidium.* [8] *veteris urbis incolæ in novam urbem irrunt.* [9] *utriusque harum urbium molitiones hostiles.* [10] *nova urbs expugnata.* [11] *Pelsinenses Procopium ludificantur.* [12] *Procopius Pelsinensem obsidionem solvit.* [13] *de obsidione Pelsinensi μνημόσυνον.*

Comitia Pragæ gesta.

NOvi anni 1434. auspicio elapso comitia solide geri. Concilium Philibertum episcopum Constantiensem, cum duobus Doctoribus, qui omnia ad optatum finem perducerent, in Bohemiam mittere.

Thaboritæ Papam ecclesiæ caput agnoscere nolunt.

Re igitur tentata, Conciliiq; confirmatione Ordinibus indicata, omnes conquiescere, unoque consensu Romanæ ecclesiæ obedientiam, quæ morigeros liberos deceret, spondere: [2] solis Thaboritis exceptis, Papam caput agnoscere plane recusantibus, reque infecta discedentibus, quo quidem Despotæ tanto magis in ipsos exacerbari. [3] Proinde Mainhardus de Nova-domo ordines ita compellare: *Id demum regnum felix est, quod neq; segnicie torpet, nec variis bellorum motibus enervatum adeoq; imbecillius est. Quoniam igitur Bohemia sine intermissione multos iam annos gravissimis bellis vehementer debilitata est: nihil eam certius manet, quam ipsius interitus, cuius quidem unicus autor est Procopius, in cuius manibus omnia sunt, qui pro libitu suo urbes atque oppida censet, Despotasq; & Nobiles vexat. Exitiosum hoc bellum, quo regio vastatur, pagi diruuntur, populus consumitur, nemini, nisi ipsi prodest. Perpetua enim pace sancita, dominium ipsius mox interibit. Equidem quendam, qui cum cæteris, qui ipsi adiuncti fuerint, tum pacis, tum belli tempore regnet, ex equestri ordine quotannis eligendum puto. Ne vero Despotæ imperium capessere videantur, ab ea regni administratione plane abstinere volunt.* [4] Id ergo ab omnibus Ordinibus uno consensu acceptari, & Alessius Wreeschtioviskius eligi, cui Meinhardus una cum Despotis *Ptaccero* & *Cencone Welisiis* adiungi.

Meynhardi de Nova-domo oratio in Procopium.

Gubernatores in Bohemia electi.

In hisce Comitiis etiam cum Legato Basileēsi de communione infantum agi; Legatus autem prætendere, sibi hac de re mandata nulla data esse; sua vero sponte id attentare non audere. Rector Academiæ Pragensis, una cum collegis suis negocium perpendens, Papæque primas sive potestatem, quam Bohemorum utiliorem esse persentiscens, sibi quoque cavere volens, se Romanæ ecclesiæ tutelæ dedere atque committere, id quod tamen Rochezanus haud permittere velle; sed rem eo deducere, ut pax utrinque coleretur.

Pelsinenses Concilium opē ferendam rogant.

[5] Ut autem ad Pelsinenses redeam, perspecta satis hostium pertinacia, nec in Bohemia ullum subsidium exploratum habentes: literis ad Concilium mense Ianuario datis orare, ut eam urbem, quæ Romanæ ecclesiæ constanter adhæsisset, vindicarent, ne fame hæreticis, qui in ea petulantiam sua exercere decrevissent, dedenda esset. Patres, quibus nullum erat ærarium, de suo 8000. nummos aureos, quos *Ducatos* vocant, conferre, Mainhardoque mittere, quibus milites colligeret, Pelsinensesque obsidione liberaret.

Thaboritæ sese novæ urbis incolis adiungūt.

[6] Interea vero res Hussitarum atque Thaboritarum eo devenerant, ut Thaboritæ sese cum novæ urbis Pragensis incolis coniungerent, in eamque sese reciperent, atque in ea castra ponerent, in fossa quoq; è regione veteris urbis ligneas crates, propugnacula, sepemque exstruerent, veterisque urbis incolis Porciczschanensem Cuthnomontanamque portam occluderent, ne isthac commeatum accipere possent. Alessius, gubernator huius rei ergo Ordines convocandos curare, eamque confusionem ipsis proponere, simulq; addere, potestatem suam meram umbram esse, propterea, quod omnia ordinum decreta contemnerentur, novæ res ingeminarentur, pax per provinciam sancita non servaretur, nec obe-

Digitized by Google

dientia ipsi præstaretur: se itaque vehementer etiam atque etiam orare, ut sibi eo se munere abdicare liceret, aut certe seditiosos punituro opem ferrent. Ordines deliberantes, copias illas, quibus Mainhardus Pelsinam liberare debebat, primo Pragam deducendas, novæque urbis incolas ad imperata facienda adigendos, id quod Aprili mense statim effici, cum novæ urbis incolis, ut extemplo ab hoc incepto abstinerent, nec pacem per provinciam, vix confectam, turbarent, sed gubernatori parerent, aditus ad veterem urbem aperirent, turres atque propugnacula in fossa exstructa diruerent, pacemq; cum veteris urbis incolis colerent, iniungeretur. [7] His autem denegatis illi (veteris scilicet urbis incolæ) die quodam, quo solennis erat eaque frequentissima equorum venditio, [8] in novam urbem irruere, quosdam occidere, prædaque ad sese in veterem urbem recepta portas custodia munire. [9] Novæ urbis incolæ hac contumelia affecti effervescere, tormenta sua bellica in cœmeterio Mariæ-nivis collocata pro libitu suo in veterem urbem explodere, quibus veteris urbis incolæ suis tormentis, quæ in veteris curiæ [quæ scilicet prima curia in veteri urbe fuerat] collocarant, respondere, novæ urbis cives à suis ipsorum tormentis repellere atque reiicere, elegantemque & altam turrim quatere, in qua magna campana erat, *Carolus* (quod Carolus Imp. eam fundendam curasset) dicta, quæ una cum turri corruere. Postridie à veteris urbis civibus campanam illam ablatum iri maximus rumor esse: itaque novæ urbis incolæ tormenta sua in plateam protrahenda; [10] veteris autem urbis incolæ novæ urbis sepem suffodiendam curare, propereque in novam urbem irruere, primumque curiam occupare, fornicatas cameras atque cryptas effringere, ipsorumque privilegia atque κειμήλια auferre, Thaboritasque cum multis civibus trucidare, sepes turresq; & propugnacula in fossa exurere, totaque nova urbe potiri.

duarum urbium Pragensium dissidium. Veteris urbis incolæ in novã urbem irruunt. Vtriusq; harũ urbium molitiones hostiles.

nova urbs expugnata.

[11] Pelsinenses eo cognito vehementer lętari, Procopiumque ludificantes iubere, ut suis succurreret: stultum esse aliis bellum inferre, suisque defendendis non esse. Quodsi vero ipse cedere nolit, iam venturos, qui ipsi viam mõstraturi essent. Procopius omnes ipsorum sannas spernere, quodque urbem maxima rerum penuria laborare gravissimaque fame premi perspectum haberet: in ipsorum conspectu pulchra liba, pulchrasque placentulas & sapidas beneque olentes carnes assas proferendas curare, bonoq; animo esse iubere. [12] Res autem gestas omnes edoctus deserta puro fervore Pelsina urbe, Pragam, cum Despotis conflicturus, omni contentione petere. Hinc Pelsinenses diem Stanislai, quo obsidionem solvit, solẽnibus sacris celebrare, ad patibulum armati exire, populum oratione quadam exhortandum curare. [13] In ipsorum quoque templo hæc de hac obsidione legere est:

Pelsinenses Procopium ludificantur.

Procopius obsidionem solvit.

de obsidione Pelsinensi [illegible]

Anno Domini 1433. in divisione sanctorum apostolorum Id. Iuliis obsessa fuit civitas nova Pl̃zna per Wiclephistas, Hussitas, Thaboritas, gravi obsidione circumdata, & eo coangustata undiq; sicut Ierusalem, & duravit decem mensibus, quibus elapsis Deus omnipotens ex sua immensa pietate misertus nostri impios à nobis potenter fugavit, qui nimio terrore concussi recesserunt à nobis anno Domini 1434. octavo idus Maii, in crastino S. Stanislai, qui pro tunc erat dies dominica infra octavas ascensionis domini nostri Iesu Christi. Quanta mirabilia Deus omnipotens fecit nobiscum infra illud tempus, qui audierit, non facile credit, nisi qui præsens fuit, & propriis oculis vidit.

Vulgus spargit, porcum, qui tum in urbe ultimus erat, autore & consuasore vetula quadam, tritico, siligine, pisisque repletum atque de muris deiectum fuisse, quo à militibus, tantum commeatus urbi superesse putantibus, reperto, ex desperatione obsidionem solutam esse. Quod, quam vere dicatur, quisque iudicet.

CAPUT LXXXII.

[1] Procopius Rasus Pragensium ditionem invadit. [2] fœderatos convocat. [3] Pelsinenses Mainhardo auxilia mittunt. [4] cum Pragensibus in negocio religionis consentiunt. [5] amici quidã Procopii ipsum ad reconciliationem cum Despotis, atque obedientiam decreto provinciali præstandam frustra adhortantur. [6] Despotæ in Procopium arma movent. [7] pugnæ exordium. [8] Procopii equitatus fugam capessit. [9] Procopius fortiter dimicans occumbit. [10] Pragensium atque Despotarum de captivis consilium. [11] captivi nefario dolo pereunt.

Proco-

Procopius Rasus Pragensium ditionem invadit.

PRocopius Rasus Pelsina ita deserta, ira effervescere, Deumq; iurare, sese vel huius contumeliæ Despotarumq; defectionis ultorem atq; vindicem futurũ, novæq; urbis incolas, Despotis provinc a pulsis restituturũ, vel vitã suã ꝓfusurũ. Primum igitur Pragensium ditionem invadere, eamq; direptionibus, incẽdiis, cædibus crudelissimè vexare. ¶ [2]. Inde Cuthnomontum tendere, literisq; ad omnes fœderatos datis, Orphanos quoq; per sese cum Despotis Pragensibus confligendi libidine prurientes excitare. Convenientes igitur omnia Despotarũ qui in ipsos conspirarant, ferro flammisq; vastare, præcipue v. Mainhardi ditionem, quam funditus evertere. Mainhardus in ipsos libenter arma movisset, quod tamen se ipsis imparẽ videret, prohibere non posse, datisq; ad omnes urbes omniaque oppida, præcipue vero Pelsinam, literis, ut omnibus viribus exsurgerent, atq; prædonibus occurrerent, hortari.[3] Pelsinenses qui ingrati esse nollent, cõiunctis suis cũ Despotę Alessii Stellæmõtani copiis, Mainhardo suppetias latum, Pragã tendere, quo etiã Desp. *Ptaccecus, Alessius Wrſchtiovius*, gubernator, *Diwiſchus Borcecus* & Despota *Rosæmontanus* cum auxiliis suis sese cõtulerant.[4] Tum vero Pelsinenses de consilio episcopi Constantiensis cæterorumq; legatorum in negocio religionis sese cum Pragensibus conciliare, unaq; cum Rosæmontano ultro quatuor illa capita acceptare, eaque vita fortunisq; tutanda spondere, idque literis obsignatis confirmare.

fœderatos convocat.

Pelsinenses Meynhardo auxilia mittũt.

Pelsinenses in religionis negocio Pragensibus assentiuntur.

[5] Omnibus igitur iam ad conflictum cum Thaboritis sese armantibus, quidam Procopii amici in Thaboritarũ castra venire, atq; urgere, ut cum Despotis in gratiã redeuntes, pacem colerent, provincialiq; decreto audiẽtes essent. Procopius respondere se non ante cum teterrimis istis hæreticis in gratiam rediturum, quã Pelsinam, qualis ante discessum fuerat, novamq; urbem cum omni armorum apparatu, privilegiisq; & immunitatibus Thaboritis redderent: sin minus, se in viribus illis, quibus Meynhardus cæteriq;, quibus cum ipso confligere volupe esset, pollerent, periculum facturum. ¶ [6] Pace plane desperata, quod Thaboritæ Orphaniq; omnia flammis ferroq; vastarent, Meynhardus auxiliis, quæ diximus, instructus in ipsorũ conspectũ venire, amboq; hi Bohemici exercitus inter Pragã & Curcimã in magno planoq; campo infra Lippã ad pagũ *Hrciby* 4. Cal. Iunii concurrere.[7] Procopius sese curribus concatenatis, ceu vallo, nõ tamen undiq;, inopia nempe curruũ, munierat. Despotæ v. postea quã sibi melius quoq; prospexissent, de curribus sagittas emittere, tormentorumq. ictibus aliquantum temporis hostem vehementer infestare. Tandẽ v. Despotę viso neutrã partẽ ex opportuno loco cedere velle, curribus suis divulsis equitatu suo in Procopii aciem irruere, eo in loco, ubi curribus deficientibus in aciẽ aditus patebat. Mox aũt Procopii iussu vallũ illud curruũ deseri, conflictusq; in aperto æquore recrudescere. [8] Quod autẽ Despotæ numerosioribus copiis acieq; instructiori instructi essent, Czapecus equitũ Procopii Magister, rem desperatã putans, statim cum sibi commissis equitibus fugã capessere, quibus cum Colinã profugiẽs sese servare. [9] Procopius Rasus ab equitatu desertus, ultimo fortunam periclitari volens militum fortissimis & exercitatissimis quibusq; assumtis, cũ Procopio Minore denuo hostes invadere acerrimeq; in medios irrũpere, quos profecto superasset, nisi Czapecus antea turpiter terga dedisset: tandẽ aũt superatus, nec tã victus quàm vincendo fessus, Sylvio teste, una cum Procopio Minore occidi, fortiterq; emori, more heroum illorum, quos sapientissimus ille ethnicus Aristoteles lib. 3. Eth. cap. 8. *fortes* appellat, æternaque memoria dignos iudicat, propterea quod rebus tum secundis, tum adversis, imo & in ipsa morte constantes, longeque inter hostes cæsos reperti fuerint.

Procopii quidã amici ipsum ad reconciliationẽ cum Despotis, atque obedientiam decreto provinciali præstandam frustra adhortantur.

Despotæ in Procopium arma movent.

pugnæ initium.

Procopii equitatus fugam capessit.

Procopius fortiter dimicans occumbit.

[10] Finita hac pugna, quid de captivis faciẽdum esset, cõsultari cœpit, propterea quod vivis ipsis nulla certæ firmæq; regni pacis spes esse posset. De omnibus igitur cædendis trucidandisque decerni. Mainhardus autem huic sententiæ adversari, propterea, quod multos à Procopio vi attractos exploratum haberet. Hãc igitur fraudẽ excogitare: Captivos omnes vinculis solutos in conspectũ suũ adducẽdos curare, amiceq; eos compellare, dicens, Procopiũ fidẽ, servare nolẽtẽ, merito iusteq; cæsum esse: iam autẽ primum pacis regno reddendę, Czapeciq; qui Colinam confugerit, ad imperata facienda adigendi, tum v. exterorũ hostiũ

Pragensium atque Despotarum de captivis Thaboritis consilium.

Digitized by Google

infestandorum animum esse, quam ad rem militum numero opus esset. Quod si ergo ipsis æquè ac Zis æ Procopioque obtemperare vellent, mentem suam aperirent, inq; proximum horreum sese reciperent, ubi nomina ipsorum consignanda, stipendiumque ipsis dicendum esset. [11] Thaboritæ gaudere, horreum intrare, nullumque, nisi in rè bellica exercitatum ad se admittere. Horreum autem claudi, miserique & exercitati milites misere comburi, 3. Cal. Iunii anni 1434.

Captivi nefario dolo pereunt.

Caput XXCIII.

[1] *Sigism. Imp. Legatos in Bohemiam mittit.* [2] *Comitia in Bohemia gesta.* [3] *Thaboritæ sese gubernatori dedunt.* [4] *Legati è Bohemia ad Imp. missi.* [5] *Imperator in Hungariã abit.* [6] *Dissensio religiosorum in Bohemia.* [7] *Gubernator Comitia indicit.* [8] *Imp Legati ad ea veniunt.* [9] *Bohemia Concilio Basil redeuntes.* [10] *Rochezanus religiosorum inspector.* [11] *Thaboritæ rebelles.* [12] *Despotæ copias in Thaboritas conscribunt.* [13] *Ostromeccium à Ptacceco obsidione cinctum, expugnatum, dirutum.* [14] *Lompnicium sese Despotæ Rosamontano dedit.* [15] *Colina ab Orphanis capta.* [16] *capita Sigismundo Cæsari servanda à Bohemis proposita* [17] *Colina Orphanis erepta.*

Sigismundus Imp. Legatos in Bohemiam mittit.
Comitia in Bohemia gesta.
Thaboritæ sese gubernatori dedunt.

INterea vero rebus suis in Italia peractis Imperator feliciter Ulmã redierat, ubi Thaboritarum cędem, Bohemorumq; cum Concilio conciliationem, quiq; tũ habebatur, conventum, quo de Comitiis gerendis inter sese cõveniret, edoceri. Legatos itaq; cum literis Despotarum laudem continentibus, quod seditiosos exstirpassent, additamq; petitionem, ut deinceps placide inter sese vivẽtes ipsum Bohemum Regem agnoscerent, ad Bohemos mittere. [2] In hisce Comitiis primũ de Thaboritarum compescendorum modo agi, ideoq; ad Thaboritas atq; Czapecum, Colinam mitti, [3] qui post multam transactionẽ sese cum omnibus suis oppidoq; Thabor gubernatori dedere, obsequiumq; spondere. Certa quoq; pecuniæ vis, qua gubernator sese aleret provinciæ quotannis exsolvẽda iniungi. Itẽ ut in montibus Cuthenis officinæ monetariæ instaurarentur, quiq; adulterinam monetã cudere deprehenderetur, sicut & ante, combureretur: utq; omnes exulesq; & captivi dimitterentur; quodsi v. quispiam ob delicta sua plane tolerari nõ posset, ei bona sua divendere, atq; ita discedere permitteretur. [4] Ad Imp. literas responderi, Legatos ad ipsum missum iri, id quod & factum, cum. 6. Cal. Septembris Despotarũ nomine *Maynhardus de Nova-domo*, *Ptaccecus Rattyæus*, Nobilitatis, *Benessius Macrovvusius*, Thaboritarum Orphanorumq; *Socol & Czapecus*, Pragensiũ *Ioãnes Welvvar*, cæterarumq; urbium regiarum nomine, *Marciccus Lurcida*, Tusta Ratisponam ad Imp. abirent. Hi, quod cum Concilio sese conciliassent, Imperatori referre, qui id vehementer approbare. Postulanti autem, ut, an ipsum Dominum suum agnoscerent, nec ne? categorice responderent, illi referre, hoc sibi in mandatis non esse datum: se tamen ea de re cum ordinibus collaturos ipsiusque Maiestati significaturos. [5] Imperator eos iterum adhortari, secundoq; flumine Budam inde Albam regalem descendere, ibiq; cum familia sua aulica hyemẽ eam sequentemq; æstatem, id quod Sylvius cap. 52. testatur, degere, nec Brinnæ in Moravia, iuxta Hagecum, propterea quod Sylvio, qui tum cum Imp. erat, hac in parte plus fidei tribuendum est

Legati è Bohemia ad Imp. missi.

Imp. in Hungariam abit.

Dissensio religiosorum in Bohemia.

[6] Religiosorum conventu, de quo in prioribus Comitiis decretum erat, incohato, maius dissidium exoriri. Thaboritæ à Rochezano ad Concilium, quo cum ceremoniarum nomine pacem facere volebant, appellare, quod idem Magistri Academiarum, propterea quod vetera ipsorum iura perfringerentur, ipsique Pragensium tutelæ committerentur, facere velle: quo viso sacerdotes M. Ioanni Rochezano non amplius parere velle, sed M. Petrum Anglicum, propterea quod in pluribus, ipsis, quàm Rochezano consentiret, vicarium sibi deligere: tandem multis actis re infecta à sese invicem discedere.

Gubernator Comitia indicit.
Imperatoris Legati quoq; ad ea veniunt

[7] Gubernator, viso pacem in Bohemia, nisi religiosis inter se compositis servari non posse, Comitia in annum sequentem indicere, in quibus lis omnis componeretur. [8] Comitiis hisce anno 1435. die D. Valentini inchoatis & Imperatoris Legati, capita illa, in quæ ille consensisset, secum adferentes adventare: qui alacriter lauteq; excipi, tantumq; apud ordines efficere ut certum expressum cõstansq; & affirmativum responsum illi ad proxima Bacchanalia intra abstinẽtiæ tempus, (quod vulgo *ieiunium quadragesimale* dicitur) sese daturos pollicerentur.

Digitized by Google

rentur. Quo[illegible]dito Thaboritæ in id consentire nolle. De sacerdotum quoque concordia ad pacem conservandam necessario sancienda comitiis hisce agi. [9] Qui etiam è Bohemia Thaboritarum Academiæque nomine missi erant Legati, à Concilio redierant.

Bohemi à Concilio Basileensi redeuntes.

[10] Despotæ ergo M. Ioan. Rochezanũ eligere, qui omnia tantisper, dũ Archiepiscopus aliquis eligeretur, administraret, religiososque compesceret, atq; q. fręno retineret, deque omnibus mediis, quibus ipsos omnino inter sese conciliaret inveniendis laboraret. [11] Cui cognito Thaboritæ sese opponere, iratique nec Rochezano, nec Gubernatori auscultare volentes Praga discedere. [12] Despotæ igitur consultatum cõvenientes de seditiosis hisce puniendis decernere, copias colligendas curare, easque partim Despotæ Ptacceco, partim etiam Rosæmontano mandato simul de omnibus, pacem servare nolentibus, ferro flammisq; cogẽdis addito, committere. Ptaccecus copiis suis assumtis arcem *Ostromecciam*, à Thaboritis exstructam gravi obsidione cingere propterea quod, quibus pacis illius amplectendæ servandæq; animus non esset, in eam sese recepissent. Obsessi sese diligentissime tueri atq; defendere, duosq; menses emissis missilibus vehementer repugnare atq; resistere. Tandem quidam audentiores è Ptaccecі copiis noctu exsurgentes clam arcem conscendere, eamq; igne accendere, quem obsessi quidem restinguere velle; sed hostis ipsis imminens omnes, qui flammas evaderent, occidere. Ptaccecus etiam arcem istam funditus evertere.

Rochezanus religiosorum Inspector.

Thaboritæ rebelles.

Despotæ copias in Thaboritas conscribunt.

Ostromeccium à Ptacceco obsidione cinctum, expugnatum, dirutum.

Interea Despotæ *Vdalricus Rosæmontanus* & *Maynhardus* Przebeniccium, quod etiam Thaboritarum erat, obsidere, facile expugnare, inde [14] Lompnicium tendere, idq; oppidum tantisper obsidere, dum cives sese dedere cogerentur, imperataq; sine dolo facturos pollicerentur. Thabor iam ante cum Despotis tamen fecerat, Sigismundoq; Rom. Imp. Domino suo fidem dederat obedientiãq; spoponderat. [15] Orphani quoq; Colinam, quod aliquid iuris in ipsam haberent, obsidere, & absq; magno labore expugnare.

Lompnicium sese Despotæ Rosamontano dedit.

Colina ab Orphanis capta.

[16] Quibus ita gestis ordines iterum convenire, & capita quædam, de quibus observandis atq; præstandis Sigismundus cavere deberet, consignare: videlicet,

Capita Sigismundo Imperatori servanda à Bohemis proposita.

1. ut quatuor illa Pragensium capita, quę Concilium Basileense ipsis concessisset, confirmaret, nec quicquam in ea peccaret.
2. in aula sua Hussiticos ecclesiastas foveret.
3. ne quenquam in ditione sua vel ad arces exstruendas, vel Monachos excipiendos adigeret.
4. ut Academiam instauraret, bonaque nosodochii Pragensis adaugeret.
5 ne regni cives diruta monasteria reparare cogerentur.
6. ut regno privilegia sua una cum sacris ornamentisq; regalibus restitueret.
7. ut extra tẽplũ, Germanico; in eo v. Bohemico sermone cõciones haberẽtur.
8 ne peregrini in senatorium ordinem cooptarentur.
9. ne orphani pupillive siue cognatorum suorũ consensu nuptias cõtraherent.
10. ut probam monetam cuderet, montanasq; civitates extolleret.
11. ne absens externo regni administrationem committeret.
12. ut Iudæis saltẽ so[illegible]s, quæ ipsis deberetur redderetur, nec itidẽ usura exsolveretur.
13. qui tempore seditionis vel profugissent, aut (quod tamen Deus opt. max. clementissime avertat) in ulla deinceps profugituri essent, invitis civibus ad suos ne redirent.
14. denique quæcunque gesta essent, oblivione veniaque sepelirentur.

Cum igitur inter ipsos de capitibus hisce convenisset, ad Imperatorem, qui Brinnam in Moraviam venerat, Legatos mittere, atq; capita illa ipsi proponenda curare, eaq; acceptantem atq; confirmantem, Regem Dominumq; suum agnoscere velle. Interea v. Legati Imp. adventare: profectio igitur illa in aliud tempus differri, inprimis aũt etiã, [17] quod *Bedreichus* sacerdos cum suis copiis Colinã abierat, eamq; Orphanis eripuerat. Illi igitur ipsum adoriri, atq; ad servandam pacem adigere velle, Thaboritæ v. intervenientes litẽ componere, ita ut Colina Meynhardo tradita apud ipsum in sequestro poneretur, dum inter Thaboritas Orphanosq; de ea conveniret, unoq; cõsensu de magna cum autoritate legatis ad Imp. ablegandis, per eosq;, quæ modo dicta sunt, capitibus ipsi offerendis decernere.

Colina Thaboritis erepta.

Digitized by Google

Caput XXCIV.

[1] *Religiosorum conventus Berona.* [2] *consensus in negocio religionis.* [3] *Thaboritæ tumultuantes caduntur.* [4] *Sigismundus Imp. in Bohemorum capita sibi proposita consentit.* [5] *Comitia indicta.* [6] *Dn. Casparus Schlick / Imperatoris Cancellarius in Bohemiam ablegatur.* [7] *Bohemi Sigismundum Regem recipiunt.* [8] *Legati ad Imp. de diademate missi.* [9] *M. Ioannes Rochezanus fit Archiepiscopus Pragensis.* [10] *ipsius suffraganei.*

Religiosorum conventus Berona. Consensus in negocio religionis.

INterea vero religiosi sese Beronam conferre, neq; dum inter sese convenisset, digredi coacti fuerant. [2] Ad hos autem & Concilii Basileensis Legati sese contulerant, negociumque eo promoverant, ut 15. Calend. Augusti plane inter ipsos conveniret, idque eo modo, quo in Synodo decretum fuerat, atque in, quæ dicuntur, *Compactatis* comprehensum erat. Id porro omnes Pragensis Academiæ Magistri, Hussitæ, Thaboritæque & Orphani acceptare, observandumque polliceri.

Thaboritæ tumultuantes caduntur.

[3] Autumni tempore septingenti Thaboritæ, ducenti pedites & quingenti equites Lomnicium recuperare velle: verum Despota Rosæmontanus cum ipsis confligens, quadringentos eorum, in quorum numero sacerdos ipsorum, qui ipsos ad arma concitarat, etiam erat trucidare.

Sigismundus Imp. in capita sibi proposita consentit.

[4] Imperator, cum Legati Brinnam advenissent, ordinumque nomine capita ipsi proposuissent, facile acquiescens in omnia plene solideque consentire. Illi itaque domum reversi Gubernatori omnia referre, [5] qui circa 17. Cal. Novemb. (id quod Hagecus tamen anno seq. circa 4. Id. Martii factum vult) Comitia indicere in quibus omnia componi, unoque omnium ordinum consensu de Sigismundo, capita hæc, prout pollicitus fuerat, una cum genero suo, Alberto Austriaco, comprobante, in regnum recipiendo, Dominoque agnoscendo decerni.

Comitia indicta.

Dn. Casparus Schlick Imp. Cancellarius in Bohemiam ablegatus.

[6] Ad eadem Comitia Casparus Schlick / qui Imperatori à libellis erat, venire, inque Collegio Caroli IV. referre, se ab Imperatore certum ratumque responsum ab omnibus Bohemiæ ordinibus allatum ablegatum esse.

Bohemi Sigismundum regẽ recipiunt.

[7] Quibus dictis ordines omnes assurgere, primumque Imperatori pro tantæ autoritatis Legatis, tum vero & ipsi domino Casparo Schlick eo nomine, quod laborem eum in sese suscepisset gratias agere, tum vero tertio die post, decretum provinciale responsi loco ipsi offerre, id quod hoc erat: *Sigismundum, capita illa, quæ supra dicta sunt, confirmantem, ab omnibus religiosisq; & profanis Regem agnitum iri.*

Legati ad Imp. de diademate missi.

[8] Amplissimi quoque Legati ad Imp. mitti, qui cum Casparo Schlicken in Hungariam Albam-regalem usque abire, Imperatori cum summa honoris significatione Bohemicum diadema offerre, utque se ad ipsos conferret, clemensque ipsis Dominus bonusque pater esse vellet, orare. Imperator hosce Legatos æquissimus accipiens, omnia, quæcunque peterent, ipsis polliceri, Legatosque 60000. florenis magnoque pecudum numero donare, id quod illi gratissimo animo acceptare, lætique in Bohemiam redire, atque post Calen. Ian. anni 1436. in publico omnium ordinum conventu rerum gestarum rationem reddere. [9] In hisce Comitiis etiam M. Ioannes Rochezanus ab universa ditione Archiepiscopus creari, [10] cui *M. Martinus Lupaccius* & *Wenceslaus Motius* suffraganei addi. Iisdem Comitiis etiam è Pragensibus atq; cæteris ordinibus quidam eligi, qui una cum M. Rochezano post 9. Cal. Maii ad Imperatorem Iglaviam se conferrent, ipsumque in Bohemiam deducerent.

M. Ioannes Rochezanus fit Archiepiscopus Pragensis. ipsius suffraganei.

Caput XXCV.

[1] *Legati Bohemici Iglaviam sese ad Imp. conferunt.* [2] *qui ipsis Compactata, quæ dicuntur, iterum iuramento, Rochezanumque Archiepiscopum confirmat.* [3] *Rochezani & Legati Pontificii lis.* [4] *Bohemi à diris atque proscriptione absolvuntur.* [5] *Sigismundus & politicum ordinem confirmat.* [6] *Pragam advenit.* [7] *Epilogus.*

Legati Bohemici sese ad Imp. Iglaviam conferunt. is 4 Non. Iulii Compactata ipsis confirmat.

LEGATI regni Bohemici 5. Calendarum Iunii anni 1436. Iglaviam ad Imperatorem sese conferre, [2] qui 4. Non. Iulii una cum Alberto, Duce Austriaco, genero suo, Compactata, quæ dicuntur, iureiurando, &

& postea 10. Calend. Augusti electionem Rochezani publico hocce diplomate confirmare.

Sigismundus D.G.Rom.Imp &c. Quoniam Despotæ, Equites aurati, Nobiles, civitatesq; nostri Bohemiæ regni nostrum Bohemiæ Regis ius, quod in electionem Archiepiscopi Pragensis habemus, sibi communicari supplices Brunnæ petierunt: hac ipsorum petitione in ditionis commodum benigne clementerque acceptata, nostrum illud, quod dictum est, ius ad istam electionem ipsis concessimus, id quod è pluribus, quæ diploma nostrum, quod hac de re ipsis tradidimus, continet, videre est. Electione igitur etiam finita nobis reverendum M. Ioannem Rochezanum cum duobus suffraganeis proponentes, electione illa approbata ipsum Archiepiscopū, unà cum cæteris duobus suffraganeis acceptavimus, electionemq; illam cōfirmavimus, atque vi huiusce nostri diplomatis acceptamus, electionēq; illam confirmamus, nec ipso vivo ullum alium quæremus; sed de electione hac atque consecratione quam primum omni studio modoque, quem diploma nostrum continet, defendenda tuendaque laborabimus. Datum Iglaviæ anno 1436. die D. Apollinaris, regnorum nostrorum &c.

Quibus peractis Rochezanus omnium in Bohemia religiosorum nomine ipsum acceptare, Romanæque ecclesię obedientiam secundum compactata polliceri. [3] Ipso tamen postridie Missa celebrata, Laicis calicem distribuente, novæ turbæ exoriri. Pontifices enim Legatus prętendere, novo sive peregrino in templo hoc fieri, compactatis repugnare. Sed Imperator intercedere, nec levioris huius rei gratia concordiam divellendam permittere velle.

Rochezani & Legati Pontificii lis.

[4] Quo peracto Bohemi per apostolicæ sedis Legatum nomine & potestate patris Papæ ab exsecratione absolvi, imo etiā illis Bohemis, qui S. ecclesiæ Christianæ concordiam in omnibus statutis, capitibus atque clausulis servant, venerandique sacramenti altaris sub utraque specie, nimirum sub pane & vino participes fiunt, hic honos haberi, ut primogeniti S. Christianæ ecclesiæ filii habendi essent.

Bohemi à diris atque proscriptione absolvuntur.

Interea vero dum illi hac sua consuetudine libere fruerentur, eos, qui id sub una sumunt, ne vexarent, ullave saltem contumelia afficerent: vicissim autem ii, qui venerabile sacramentum Corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, iuxta Christianæ ecclesiæ statuta sub una sumerent, alteram partem in sua sumtione nec ludificarentur, nec impedirent, atque ita neutra pars alteram in suis templis locisque ullo modo turbaret: ad summam, quæque religio venerabile sacramentum altaris suo more distribueret, eoque in suis templis, sacellis adytisque tum recepto more uteretur.

Id quod postea anno 1437. Sigismundi Imp. Philibertique Episcopi, Legati Concilii iussu die Veneris à festo paschatis, Bohemice, Latine, Germanice & Hungarice publice promulgari, & tum aureis, tum etiam vulgatis literis deinceps, tum templi corporis Christi, tum aliorum plurium templorum parietibus, quemadmodum etiam in nonnullis templis intus supra valvas inscribi.

Veteris etiam Pragensis urbis cives in templi Redintuinensis fastigii summitate inter duas turres, forum versus, magnum calicem inauratum collocandum, æneumque gladium & ipsum inauratum appendendum curare, qui tamen ante paucos aliquot annos à fabro quodam lignario miro astu solertiaque noctu depreptus, postulanteque A. Cæs. M. in arcem delatus etiamnum hodie in Bohemicis cancellis reconditus asservatur.

[5] Rebus sacris ita compositis Imperator Bohemis etiam de politicis ita cavere, ut hæc diplomatis verba referunt:

Sigismundus Imp. etiam politicum ordinē confirmat.

Sigismundus D.G.Rom.Imp.&c. Postquam (Deo opt.max.laus) pace inter nostri Bohemiæ regni sanctæque synodi Basileensis legatos constituta, cum ipsis, quos diximus, Bohemiæ Legatis huc apulimus, de nostri, naturalis scil. legitimiq; hæredis atq; patriæ Domini, politica regni administratione transacturi: honestissimi Pragensiū cæterarumq; Bohemici regni nostri urbium Legati nos orarunt, ut ipsis hac in parte cōsentiremus, ne scil. ullis, sive religiosis, sive profanis, qui antea in hisce urbibus habitarint, easq; hactenus (quacunq; de causa id factū fuerit,) vitare coacti fuerint, reditus in eas atque ad sua bona ipsis invitis concederetur. Ne igitur pax & cōcordia dirimatur, petitionis ipsorū ratione habita, ita in eam consentimus, ut civitates, quas diximus, ad quicquā, de quo modo, invitas nullo modo cogi velimus. In cuius rei testimonium

Digitized by Google

ſigilla noſtra diplomati huic noſtro appendenda curavimus, quod Iglaviæ datum eſt, die M. Magdal. anni 1436. regnorum noſtrorum Hungarici 50. Romani 26. Bohemici 16. imperii vero 4.

Pragā advenit. 6 Quibus peractis, Sigiſmundus à civitatibus atque Nobilitate Pragam deduci, in quam 8. Cal. Octobris anni 1436. adventare, magnificeque maximoque cum gaudio excipi, in veteris urbis curiam ingredi, deque omnibus ordine diſponere. Inprimis autem Thaboritas, ultro ſeſe ipſi dedentes, acceptare, novumque ipſorum oppidum Thabor tanta immunitate donare, ut ſatis dignas gratias ipſi agere nequeant.

Epilogus. 7 Atque ita magnum illud arduumque & grave bellum Huſſiticum ſuo fine terminabo, Deumque, ut patriam noſtram à ſeditionibus, cædibus, ſimilibusque cladibus bellicis clementiſſimè defendat, omnesq; tres Ordines unà cum ipſorum capite tueatur atque protegat, precabor.

AMEN.

PSALMVS

Digitized by Google

PSALMUS CIII. à M. ZACHARIA THEObaldo corollarii loco additus.

NVnc animæ vis tota mea, vis corporis ægri
te dignas totam in laudes effunde tonantis,
si vigor ullus inest fibris aut entheus ardor.
Laudis rumpe moras anima, & quæ contulit in te
dona Deus, memori conserva mente reposta.
Nam variis veniam dat nævis, ulcera tetra
vel delictorum sanat, mala crimina delet,
quæ corrupta patrat mens, & malè devius error.
Hic vitam mediis rapit ultor faucibus orci,
proventuque beat vario, tua tempora læto
magnifico applausu veluti diademate cingit.
Hic facit, ut noctem læta inter gaudia ducas.
hic reficit vires, & tempora verna iuventæ
reddit: deposito sicut Iovis ales avito
squallore, antiquas vires nitidamque iuventam
suscitat, & lætus prava inter nubila fulget:
solatur fraudem passos: examine iusto
quæsitor pensat causas, & crimina discit.
Hic Moysi leges dedit alto à culmine cœli,
Isacidasque patris docuit sensa, abdita sensa.
In veniam Dominus pronus, mentemque benignam
accipit in miseros; lento venit ira, secunda
gratia Pegaseo sed gressu. Præpete lite
haud furit in miseros: haud tristia iurgia vinclo
æterno nectit: non ardet semper in iras:
criminibus pœna haud respondet, nec mala reddit
æqua malis, quæ tunc facimus, cùm præpedit error
præceps incautos, nec fata futura videntes.
Terrenis quantum cœli plaga distat ab oris,
alma Dei tantum bonitas diffusa redundat.
Consurgens quantum sol est seclusus ab undis
Hesperiis, tantum sceleris vestigia nostri
transfert, ut solvant tristi formidine terras,
tristibus ut pulsis surgant secla aurea mundo.
Omnis ut in natis charis stat cura parentum:
sic tenet affectum patrium in sua iussa tenentes.
Scit fragilis massæ fatum, viresque caducas,
pulveris in morem, subito quas turbine nigro
conglomerat Boreas cœlo spectacula portans.
Vere novo veluti teneras herba exit in auras,

Digitized by Google

cui Coma versicolor, flos aureus, aurea forma;
at postquam virides exurit Sirius agros,
pulverulenta coquit siccis & solibus aestas,
flos perit, herba cadit, forma immutatur, in hora:
sic homo, sic vitae consumto flore fatiscit,
perque dies culmen nostri conscendimus aevi,
quo tacto, tangunt nos fata novissima fato,
vivacique nihil nisi pulvis corpore restat.
Ast bonitas Domini manet aeternumque manebit,
qui dans iusta suis servabit iugiter omnes
natorum natos, & qui nascentur ab illis,
si modo iusta colunt, noctesq; diesque volutant
mente Dei leges, & servant foedera pacta.
Ille sibi immotam nitidi tentoria Caeli
ut sedem posuit, qua rex de vertice Olympi
aspectat mare velivolum, terrasque iacentes,
& latos populos, sparsasque per aequora gentes,
quas omnes regit imperiis & fulmine terret.
Vos quoque Caelicolae, caelique exercitus omnis
collaudate Deum, sanctas contexite laudes
(illius vobis nam iussa capessere fas est)
ut Domini volitet pia fama per ora virorum.
Angelicae turmae, quas non virtutis egentes
condidit ipse Deus, Domino date laudis honores.
Tu mare, tu Caelum, & Caelo quaecunque teguntur,
ferte preces, date iusta Deo, date laudis honores.
Tuque animae vis tota meae, vis corporis aegri,
te dignas totam in laudes effunde Tonantis,
si vigor ullus inest fibris aut entheus ardor.

A M E N.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Numerus primus atque coniunctionem & sequens, paginamque teri, versus denotant.

A.

alienatio

Google

Google

C.

Cicero

Digitized by Google

P

D.

Digitized by Google

E.

Digitized by Google

F.

G.

Digitized by Google

Digitized by Google

Lissa.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

V.

irruit

FINIS.

Corrigenda.

PAG 3 v. 45.*lege* probant: ideoq; p 4.v.33.& 34.*l.*cœnac. p 6 36.*l sanctissima fel. ead.* 42.*l.* Hussio irat. p.10.3. *l* teste, del *ead.*39. regalia sacra sive orn. p.11.14.*l.*annos loculo cond. hæl. *ead.*25 administrari. p.12.24.*l.* Ioanne Papa *ead.*25.*l.*obsidere: ad q. *ead.*38.*l.*ubique valv. *ead.*48.*l.*accurrere. p.13.5 *l.tu.Rem.* ead 47.*l.*ecclesiastæ *ead.* 51.pro, *Theinano*, *l.* Redintuinano *vel* Redintuinensi. p.14.22.*l* rapi. *ead.* 23.*l.*involvi. *ead.*24.*l.*sepeliri. p.15.8 *l.* dicitur, in parvo 16.2.*l* extremo quidem digito vel levissime atting. p.17.32.*l.* Quo nobilis rustici dominus audito 18. *antepen.l.* ad Despotas, Equ. p.19.v.v.2.3.5.9.10. *pro voce* Domini, *repone* Despotæ. *Idem recurrit paginis* 20. v.v.42.53 56. item pag.22 v.v.5.7.25.30.45.47.49. & 30.v.7 item p.37.v.v 50.53.54.& 77.47.& fortassis alibi. p. 25.1.*l.dixi, sp ead.*37.quibuscunque opp. p.26 4.*l.*perfici. Eo *ead.*7.negare, imo ne p.36.20.*l rogaui ead.*42.*l.* universo Conc. p.37.8.*l.videretur.ead.*22.*l interrogants* pag 43.20 *frequens Conc.* p.47.21.*l.* *Gratum sane & insigne, sed quod int. & op. s f grave, quodque* p.48.54.*l* persæpe f. p.49.49.*l.*induere: calas. p.57.53.*l* cogitare, nec animum suum p.61.18.*l.*vaticinium tamen p.66.30.propterea quod, nov. *ead.* 46. argentum iam p.69.26. postero die. *ead.*40 Hos monachos Hagecus divinitus è carcere ereptos esse scribit. p.71.12. religionem gladio vindicatã. calceosq; Chrismate inunctos *ead.*48.à calice, divina spe dux Th. p.73.1. desunt hæc: *nensi, & S.Cas. Maiest. Rudolpho II. per admodum reverendum, patrem Paulum Paminnondam, Spontanum, eiusdem monasterii Abbatem, cum aqua Gregoriana, prius ab eodem. Rev.* p.75.17.*l.*lacum qu. p.76.47 datum, Hussit. p.77.47.*l.*bonus iste Despota vim m. *ead* 52. Despotas Guil. *ead.antep.* maleficorumque numell. p.78.v.3.*l.*ad Pragam recubantibus. *ead.* v.v. 19.& 22.*l.* Redintuinum episc. p.79.4.*l.* Carolum Imp. p.80.36.*l.* ridere p.81.41.*l.* dedicatum conf. p.83.41.*l.* *Zisca mons ead.*48.cingere, id à &c. p.91.22.*l. oppidum se Z. ead.*53.*l.*obruere, oppidanorũ M. p.93.32. *l.* sacerdotes p.95.28.*l.* Zisca cel. *ead.antep.*21.sacrificuli s.fl. p.103 37.*l.* comburere Satzamque reddere. Quo Germani cognito, reversi non munita oppida Cadan. p.112.51.*l.* qui sese in arc. P.118.v.31.*l* quod Pragenses ipsis ansam præbuissent. p.115.v.11.*l.*vindicanda à Germ. p.122.8.*l.*posteriora revelata p.126.3.*l.* Archiepisc. Tr. p.138.52.*l.*citius atque eo maiore fervore sal. p.151.57.*l.disputare, à* p 153.37. ita eorum ac. p.154.20.*l.* Clenoviskio ducibus, una cum Gl.



Digitized by Google

Digitized by Google